¶ Sed q̃tum ad istuz articulũ videtur michi dicẽdum q̃ suppositũ creatum vnde suppositũ non addit vltra naturã hanc singularez z indiuidualẽ aliquid reale positiuũ quo formaliter sit positiuum sed solum negationẽ seu aliquid negatiuum vel priuatiuũ eo modo quo dicit infra. ¶ Probo ergo per aliquas rationes q̃ suppositũ creatum sup hanc naturã cuius est suppositũ nihil addit reale positiuum p qd̃ sit formaliter suppositũ Et arguo sic. ¶ Primo illud quo suppositũ est formaliter suppositũ in actu p̃supponit hãc naturã singulariter existẽtem in actu: qz prius est hãc naturã existere singularitin actu q̃ ipsam suppositari. vnde z in christo manet natura humana singulariter existẽs in actu z nõ manet suppositata supposito p prio. Vnde illud prius est natura alio. Sed omne positiuum reale aduenies nature z presupponẽs ipaz existere singulariter in actu est sibi accidẽs: qz accidẽs est illud qd̃ aduenit rei preexistẽti in effectu ẽm vltimũ esse z completũ generis specici z indiuidui talis generis ẽm omnes loquẽtes de accidente. Et patet qz tale quid nec est genꝰ illiꝰ cui aduenit: nec species nec differẽtia substantialis quecũq̃ sit illa. Si g̃ illud quo suppositũ est formaliter suppositуz dicat aliquid positiuum reale oportet necessario et sequitur q̃ illud sit accidẽs. Sed illud est impossibile: qz substãtia nõ suppositaꝯ per accidẽs sed magz ecõuerso vt patet: g̃ ꝛc. ¶ Et ab aliquibꝰ cõfirmatur hoc q̃ illud quo suppositũ est suppositũ nõ possit esse accidẽs. Tum quia generatio per se terminatur ad suppositum: nõ autem ad aliquod accidens Tum quia suppositi primo est existere non autẽ alicuius accidẽtis. Tum qz pdicatio hominis de supposito puta de Sorte est pdicatio per se qd̃ esset impossibile si suppositũ per se includeret accidẽs. Sicut nec ista est per se homo albus est homo. Tuz qz substantia vel suppositũ eius substat accidentibus omnibus tanq̃ subiectũ receptiuum: ergo nõ includit aliquod accidens sed est ab omni accidẽte intrinsece denudatũ sicut z receptiuum a recepto. 2. z. 3. de anima. Scdo et tertio de anima. Tum qz suppositũ substantie est aliquod ens vnũ per se patet. 7. metha. vbi distinguit id cuius est quidditas in dictũ per se z per accidens z accipit dictũ per se pro per se supposito quidditatis. 7. meta. ¶ Sed quicquid sit de istis confirmationibus non curo multum de ipsis.

¶ Secũdo arguo sic principaliter. Si suppositũ creatũ esset formaliter suppositum per aliquid reale positiuum. Sequeretur q̃ suppositũ manẽs esset vnibile vel assumptibile ad suppositum aliud vnitatẽ suppositi. Sed hoc est ĩpossibile z falsum: g̃ ꝛc. Falsitas consequentis patet. Nam sicut dictũ fuit in primo suppositum dicit aliquid formaliter incõmunicabile z vt qd̃ sicut vniuersale cõmunicatur singularibus vel inferioribus et vt quo sicut forma cõmunicatur alicui vel etiã natura vt ipsa possit dici ipsum tale qd̃ autem vnibile est alteri in vnitate suppositi est sibi cõmunicabile vt quo dicatur ipsum tale: quare ꝛc. Probatio consequẽtie qz omne positiuum reale qd̃ inuenit in natura ex parte sui ante assumptionẽ vel vnionem est vnibile: qz est in potẽtia obedientiali respectu diuine volũtatis vt agẽtis ad hoc vt ad suppositum diuinũ extrinsecũ dependeat vt cui innitatur in subsistendo sicut z natura ipsa. ¶ Et cõfirmat hoc per Damascenũ li. 3. c. 52. Michil inquit eorũ que plantauit in nostra natura verbũ a principio plasmans nos derelinquit/totus toti vnitus est michi vt totã toti salutẽ tribuat z qd̃ est inassumptibile z incurabile. Vult ergo q̃ quecũq̃ entitas positiua in natura nostra est vnita verbo: z per ꝓs si formale cõstitutiuum suppositi esset aliquid positiuuz qd̃ suppositum esset vnibile z de facto fuisset assumptum a verbo sicut z natura ipsa: quare ꝛc. Damas.

¶ Tertio sic. si suppositũ creatũ puta hũanũ diceret aliq̃d positiuũ reale vltra hãc naturã singulariter existẽtẽ quo formaliter esset suppositum. Sequeretur q̃ verbuz non posset naturam humanã deponere nisi vel largiretur sibi aliquã nouam realitatẽ per quam formaliter subsi

steret in ꝓpꝛio supposito vel nisi natura illa maneret in re nullo modo suppositata nec supposito ꝓpꝛio nec extrinseco puta supposito ꝟbi. Sed vtrũq; est impossibile. Primũ quia illa noua entitas sibi data vel esset substãtia uel accidens. Non põt dici q̃ substantia: q̃ vel materia vel forma vel cõpositũ. Et patet q̃ nullum: q̃ natura illa nõ maneret eadẽ substantialiter que ꝓtius. Nec etiã illa noua substãtia pertineret intrinsece ad illã vt videtur. Nec accidẽs potest esse: quia accidens non est ratio suppositandi substãtiam: sed magis econuerso. Secundũ etiã patet impossibile. s. q̃ natura humana possit esse in re ⁊ in effectu nõ suppositata in aliquo supposito quocunq; et tũ hoc videretur possibile: quia si verbũ deponeret naturã assumptã non ꝓpter hoc necessitaretur ad largiendũ sibi aliquã entitatẽ positiuam quã ꝓtius nõ habuisset in ipso verbo ⁊ planum est q̃ entitatẽ positiuã realẽ constitutiuã ꝓpꝛij suppositi non habuit in verbo: quare ⁊c.

¶ **Quarto sic** Illud reale positiuũ quo natura suppositatur formaliter aut est idem essentialiter cũ natura hac singulari aut essentialiter distinctũ ab ipsa. Nõ potest dici q̃ sit idem essentialiter: quia tunc manente natura ⁊ existente maneret illud positiuũ ⁊ ita in ꝓpo mansisset illud sicut ⁊ natura ⁊ per consequẽs ꝓpꝛiũ suppositũ nature humane q̃ est falsum. Suppositũ enim eo quo est formaliter suppositũ est formaliter incõmunicabile vt patet. Nec potest dici secundũ q̃ tunc illud positiuum necessario esset accidẽs: ⁊ nõ substantia: ⁊ tunc vel esset accidẽs absolutũ vel respectiuũ. Non accidẽs absolutũ nature: q̃ tunc necessario presupponeret naturã sicut essentialiter distinctam ⁊ vtrũq; indifferẽter posset esse sine alio virtute diuina q̃ est falsum. Nec respectiuum q̃ tunc omne suppositũ creatũ esset respectiuũ. Secundo etiã quia natura posset esse sine tali accidente essentialiter distincto licet nõ ecõuerso: quare ⁊c.

Resolu. ¶ **Sic igitur** dico q̃ suppositum nature create vel creatum non addit super hanc naturam actu existẽtem aliquid reale positiuum quo formaliter sit suppositum. Dices q̃ esse existere in actu formaliter facit vel cõstituit ipsum suppositũ. Dico q̃ hoc est impossibile. Primo cũ natura humana habeat ꝓpꝛium existere licet vnita verbo alioquin non esset in rerum natura ⁊ illa esset nichil. Sequeret q̃ haberet ꝓpꝛium suppositum in verbo q̃ est falsum ꝓcipue q̃ ẽm aliquos eorũ existere solum differt ab essentia vel natura intẽtione solũ ⁊ ita sunt insensibilia. Si dicas q̃ differũt re sicut aliqui volũt dicere. Dico ad hoc q̃ nullus ponit q̃ sint separabilia licet differant re et ita redit illud q̃ ꝓtius. Preterea q̃ existere est ita cõmunicabile sicut ⁊ natura vel essentia: g̃ ꝓ ipsum nõ est suppositum formaliter suppositum ⁊ incommunicabile.

¶ **Contra illũ** modũ derelictus patet q̃ est fictus sicut argutũ est in scdo in questione de principio indiuiduationis ⁊ in quadã alia. vtrum dimensiones interminate ꝓcedãt formã substantialẽ in materia. ¶ Secũdo etiã dato q̃ ille modus esset aliquid tũ nõ põt esse ratio suppositãdi naturam: q̃ cum sit sibi substantialiter ẽm illos qui ponũt eũ oportet q̃ inueniat vbiq; inueniatur natura: ⁊ per ꝓns est ita communicabilis sicut ⁊ natura ⁊ ita nõ potest esse formale cõstitutiuũ suppositi q̃ est simpliciter incõmunicabile ⁊ ꝓ ꝓns inassumptibile quare ⁊c. ¶ Preterea sequeret cõtra ipsos q̃ suppositũ esset vnũ per accidẽs: q̃ cum ex vnione nature ad accidẽtales ꝓpꝛietates suppositi ⁊ ad quãlibet sequat modus ꝓpꝛius cuilibꝫ corrñdẽs quero q̃s illorũ sit ratio suppositãdi naturã ⁊ nõ plus põt dici de vno q̃ de alio vt videretur. Sequit g̃ ẽm omnes q̃ suppositũ non est per se vnũ sꝫ per accidẽs. ¶ Preterea etiã modus ille sequitur vnionẽ substãtie ⁊ accidẽtis: g̃ est accidẽs ⁊ passio cõpositi ex substãtia ⁊ accidẽte ex natura ⁊ ꝓpꝛietate accidẽtali: ⁊ sic etiã suppositũ non est vnũ ꝓ se sed per accidẽs. ¶ Preterea ipsi dicũt q̃ est cõtradictio ponere q̃ aliqua distinguant ex natura rei ⁊ nõ distinguant sicut res a re arguendo contra formalitates ⁊ ipsi ponunt idem de isto modo ⁊ natura. vnde sibi ꝓpꝛiis contradicunt.

¶ **Dico ergo** q̃ nullo positiuo addito nature suppositũ creatum est formaliter suppositũ. ¶ Secũdo dico q̃ oportet necessario q̃ suppositũ addat aliquid sup hanc naturam singulariter existẽtem q̃ verbũ talem naturam assumpsit ⁊ nõ assumpsit suppositũ ẽm Damascẽ. li. ꝯ.3.c.57. Ubi dicit q̃ verbũ assumpsit naturã in athomo hoc est singularẽ nõ tũ ꝓsonalitatẽ ꝓpꝛiã: quia non posset stare cum vnitate suppositi. Summa tio auctoris. Damas.

¶ **Ex hoc** oportet necessario concludere q̃ suppositũ vltra naturam hãc singulariter existẽtem dicat negationẽ vel negatiões aliquas. Ad cuius euidẽtiam vtrideamus que sint iste negationes et quot.

¶ **Notandum est q̃ sicut videtur** ad põens suppositũ dicit negationem innitendi alteri vt supposito substẽtanti vltra naturã substãtialem cõpletam ⁊ pfectam in genere specie ⁊ indiuiduo indiuidualiter existentẽ. Hoc eẽ voco suppositũ creatum aliquid de genere substãtie cõpletũ ẽm genus speciem ⁊ indiuiduum nõ innitẽs alteri: vt supposito substentãti sed per se existẽs dependentia autẽ vel innitentia respectu alterius quã ꝓtius vel negat suppositus vel ratio formalis suppositi a natura suppositata creata supposito ꝓpꝛio posset ĩtelligi tripler. Una actualis alia aptitudinal ⁊ tertia possibil. Et differũt iste: q̃ ꝓma dicit actũ scda aptitudinẽ ⁊ tertia possibilitatẽ q̃ abstrahit ab vtroq; ⁊ sic negatio dependẽtie vel innitẽtie ad extrinsecũ suppositũ posset intelligi vel negatio innitentie actualis vel negatio dependẽtie aptitudinal vel potẽtial. ¶ Prima negatio ẽ nuda siue sola. Scda ẽ cũ inclinatione ad actũ oppositũ ⁊ tertia cũ repugnãtia ad actũ ⁊ est exẽplũ de istis q̃ ꝓmo mõ superficies si nõ eẽt alba haberet negationẽ albedis Scdo mõ lapis hꝫ negationẽ eiꝰ q̃ ẽ surdus q̃ hꝫ ĩclinatiõem nãlẽ ⁊ aptitudinẽ eẽndi deorsuꝫ. Tertio mõ angelus hꝫ negationẽ essendi albũ vel ẽtum q̃ non potest esse albus sed sibi repugnat simpliciter. Notãdũ de supposito creato.

¶ **Hoc** ꝓmisso ꝟ ab aliqꝫ q̃ suppositũ creatũ vltra naturã hãc singularem addit negationem innitendi alteri supposito actualiter. Sed hoc non sufficit q̃ tunc aĩa separata esset ꝓpostasis vel suppositum: quia actualiter non dependet ad suppositum extrinsecum cui actualiter innitatur. Sed oportet q̃ addat cum hoc negationes

dependentie aptitudinalis vel innitentie ad aliqꝫ aliud in subsistendo que etiam per seipsam non sufficit: quia talem negationes habet natura humana a verbo assumpta: ⁊ tamen non habet rationẽ ꝓpꝛij suppositi. ¶ Oportet ergo q̃ in natura concurrãt ambe negationes iste ad hoc vt suppositetur in supposito ꝓpꝛio scilcet negatio innitentie vel dependentie actualis ad extrinsecum suppositũ ⁊ negatio dependẽtie aptitudinalis. Ita q̃ natura nec actualiter nec aptitudinaliter alteri vel extrinseco supposito innitatur vel dependeat. ¶ Et etiã hoc patet: quia nec anima separata nec accidens separatum in eucaristia habẽt rationem ꝓpꝛij suppositi: quia aptitudinaliter dependent ad suppositum vel aliquid extrinsecum cui nata sunt inesse. Similiter etiam natura humana in christo nõ habet ꝓpꝛium suppositum: quia actu dependet ad extrinsecum suppositum puta ad verbum. Tertia vero negatio impossibilis est inueniri in natura scilicet negatio impossibilitatis dependentie ad extrinsecum suppositum: quia natura substãtialis prẽdicta possibilis est dependere ad extrinsecum suppositũ puta ad verbum nec repugnat hoc sibi eo q̃ est in plena obedientia diuine voluntatis respectu talis dependentie vel innitentie a natura.

¶ **Sed videtur mihi** q̃ si capiantur que prẽdicta sunt non est talis distinctio dependentie necessaria ad excludẽdum accidens vel animam separatam ⁊ ad probandum q̃ non sint supposita creata vel etiã partem quãcunq; faciens vnum per se cum alia in toto vel natam facere. Nam sicut iam aliqualiter tactum est sola natura substantialis perfecta ẽm genus speciem ⁊ indiuiduum immediate est suppositabilis supposito ꝓpꝛio ⁊ per ista excluduntur tã accidens quodcunq; q̃ non est substantialis nature q̃ anima separata que nõ est nature perfecte ẽm speciẽ vel indiuiduum speciei: sed nata est esse pars licet bene sit verum q̃ negatio tam actualis dependentie q̃ aptitudinalis concurrat in natura singulari substantiali completa et perfecta ad rationem suppositi ⁊ illam duplicẽ negationem includat sup positum creatum sicut dicunt: ⁊ in hoc valde bene. ¶ De illa etiam tertia dico q̃ est impossibile sicut dicunt q̃ concurrat ad rationem suppositi ꝓpter rationem prẽdictam quia impossibilis est ĩ natura.

Finalis resolutio huius articuli. ¶ **Sic igitur** ẽtum ad istum articulum dico primo q̃ suppositum creatum non addit super naturam hanc singularem substantialem perfectam ⁊ cõpletam ẽm genus speciem et indiuiduum nisi negationẽ actualis ⁊ aptitudinalis dependentie ad extrinsecum suppositum alterius nature cui innitatur actualiter vel aptitudinaliter natura ipsa. Et hoc patet: quia ista duplici negatione posita in natura tali statim habet sup positum creatum. Ipsa vero non posita sed amota vel per positionem affirmationis apposite vel affirmationum in aliquo statim tolletur ratio suppositi creati. Unde suppositum est. ¶ Secũdo patet hoc idem de negatione aptitudinalis dependentie quia de negatione actualis non est dubium. Alioquin enim si natura aptitudinaliter dependeret ad extrinsecum suppositum violenter suppositaretur in ꝓpꝛio supposito q̃ est contra inclinationẽ naturalem. hoc autem est falsum: quia ꝓpꝛium suppositũ est sibi generale: non autẽ aliud extrinsecũ.

¶ **Secundo dico q̃** dependẽtia vel innitentia talis ad extrinsecũ suppositum quam ꝓtiuat formalis ratio suppositi nõ est depẽdentia causati ad causam. Tunc enim indifferenter terminaretur dependẽtia nature humane assumpte ad tria diuina suppositapuibus causalitas respectu creature cuiuscũq; cõmunis est: sed est dependentia vel habitudo nature alicuius vt communicabilis ad suppositum extrinsecum in se subsistens et cui subsistenti vniatur sic q̃ ipsum dicatur tale ẽm talem naturã ⁊ ista dependentia vnio quedam est non per informationem q̃ diuinum suppositum nec est informabile nec informãs nec componibile: quia est purus actus. Nec per aggregationem. Tum quia diuinum suppositum nõ habet rationem partis nec cum aliqua crẽatura facit aliquid maius. Tuꝫ quia si per aggregationẽ isto modo diuinum suppositum vniretur nature cuiuslibet sed est vnio ordinis nature ad verbũ vel ad aliud suppositum sicut est possibile qui quiquidem ordo non attenditur ex parte verbi: sed est relatio realis tantum ⁊ dependentia quedam nature create assumpte ad verbum: ⁊ est habitudo posteriꝰis ad ꝓtius eo modo quo dictum est supra scilicet vt nature cõmunicabilis alteri vt supposito extrinsece nature q̃ ẽm ipsam dicatur tale vt ẽm humanitatem verbum dicitur homo: quare ⁊c.

¶ **Ad rationes ergo aliorum** probãtium q̃ suppositum creatum: vnde tale dicat aliquid positiuum reale sup naturaꝫ. Respondeo. ¶ Ad primã dico q̃ verbum assumpsit naturam ⁊ nõ suppositum: licet suppositũ nichil positiuũ reale addat super hanc naturam quo ipsum sit formaliter suppositũ: quia sicut dictum est supra verbũ assumpsit naturam sine illa negatione que sibi infuisset nisi assumpta fuisset ꝓ quã fuisset formaliter suppositata in ꝓpꝛio supposita ⁊ nõ assumpsit eam cũ illã negatione. ¶ Ad secũdam dico q̃ suppositum creatũ ẽm rationẽ suam formalem ⁊ ẽm illud quod addit super naturã nõ dicit perfectionẽ: immo nec suppositum diuinum q̃ plus est sicut dictum est in primo: licet bene neget imperfectionẽ dependendi vel innitẽdi naturã extrinseco supposito. Nulla. n. negatio perfectio est: licet bene sit negatio imperfectionis: q̃ negatio cuiuscũq; siue perfectionis siue imperfectionis nõ est aliquid positiuum intrinsece ⁊ formaliter. ¶ Ad tertiã que est confirmatio quãdo dicitur q̃ nichil includit imperfectionem nisi ratione alicuius perfectiõis. Ita q̃ illud q̃ est ratio excludẽdi impfectionẽ est pfectio. Dico q̃ excludere aliquid impfectionẽ formal'r eo modo quo negatio excludit affirmationẽ põt ꝓuenire alicui q̃ nõ dicit pfectionẽ: q̃ nulla negatio dicit pfectionem. Verũ est tũ q̃ illa negatio ad aliqd positiuũ reducit a quo excludit illã impfectionẽ sicut est in ꝓposito ⁊ illud positiuum frequẽter non est ratio excludendi talem imperfectionem necessario: q̃ illud positiuum aliquando est indifferẽs ad illam imperfectionem et ad negationem illius. Si autem sit sub

altero illorum hoc est ex operatione vel actione alicuius agentis vel ex cessatione actionis vel suspensione sicut magis dicetur infra in proposito de illa depēdētia ⁊ eius negatione. ¶ Ad illud de principio indiuiduationis. Dico q̃ indiuiduo simpliciter repugnat diuidi sic q̃ sibi non potest conuenire per quācunq̃ potentiam ⁊ nature etiā singulari p̃ principium indiuiduationis: ⁊ ideo bene oportet q̃ per aliquid positiuū qd̄ sit ratio talis repugnātie. Sed licet nature suppositate in supposito ꝓprio nō conueniat suppositari in alio vel depēdere ad aliquid: nod tamen sibi repugnat hoc manēti eandē naturā sed contingēter sibi potest inesse. Negatio autē bene potest esse ratio talis repugnātie nō simpliciter et absolute sed ꝫm quid ꝫ diu inest talis negatio. Exemplum accidēti separato nō repugnat simpliciter dependere ad subiectum licet sibi non conueniat sed secūdū quid posset dici sibi repugnare pro quāto stante illa separatione non posset simul stare q̃ inhereret. ¶ Ad quartū dico q̃ non addit aliqd positiuum sed negationes predictas.

¶ Ad primum contra hoc dico q̃ negatio est p̄mo incōmunicabilis tāq̃ illud p qd̄ repugnet simpliciter alicui cōmunicari sed magis aliquid positiuum sic est incōmunicabile primo ⁊ ipsum necessario cōsequit negatio incōmunicabilitatis: ⁊ tunc dico q̃ per istam negationem quā addit suppositum nō repugnat nature ꝓmunicari altert: q̃ tūc nō posset assumi sicut nec diuinū suppositum sed bene verum est q̃ sibi cōuenit nō cōmunicari cuius oppositū potest sibi contingēter inesse ⁊ negatio bene est prima ratio talis incōmunicabilitatis ipsa stāte nec oportet q̃ sequatur entitatē simplicit incōmunicabilē. ¶ Per hoc patet ad confirmationē de diuino supposito q̃ non est simile quia negatio incōmunicabilitatis est necessaria in diuino supposito ⁊ nature diuine simpliciter repugnat suppositari supposito nature extrinsece ⁊ ita incōmunicabilitas uel independentia ad aliquod extrinsecū suppositum consequitur ibi aliquā entitatem positiuam incōmunicabilem primo nō sic autem in proposito quia nature create simpliciter non repugnat suppositari in supposito extrinseco. Et ideo nō oportet q̃ illa negatio indepēdentie consequatur in ipsa aliquā entitatem incommunicabilem primo: quare ⁊c. ¶ Ad secundum dico q̃ suppositum substātie ꝫtum ad istud qd̄ addit super indiuiduum nō est maxime ens sed singulare substantie est maxime ens inter illa sui generis ⁊ indiuiduum ipsum qd̄ est aliquis ⁊ hoc intendit Aristoteles. ¶ Ad tertium dico breuiter q̃ omne suppositum creatum vt sic est aliquid negatiuum cōstitutum vt sic ex positiuo qd̄ est natura singularis et hec ⁊ negationibus suprādictis. ¶ Ad quartū cōcedo q̃ non est per se vnū licet singulare vel indiuiduum sit vnū per se ⁊ ratiōe illius singularis inclusi in supposito probatur vniuersale in concreto de ipso q̃ se nō ratione negationis illius. ¶ Ad illud de 7. metha. dico q̃ intendit sicut dictū est ⁊ q̃ singulare substātie est per se terminus generationis. ¶ Ad illud quod dicunt alij de existere. Dico q̃ siue actualitas vltima sit existere siue non q̃ per ipsum non suppositatur natura: sed magis per negationē predictā. ¶ Ad aliud q̃ existere ⁊ subsistere sunt idem falsum prout accipitur subsistere suppositaliter sed vnum dicit formaliter quid positiuum et aliud negatiuum ⁊ ideo non valet. ¶ Ad alia que adducuntur in deductione pro illo modo patet q̃ nichil valent sicut dictum est supra.

7. meta.

¶ Ad quintam rationē prin/cipalem dico q̃ in promptu apparet ratio quare natura non predicatur per idētitatem de supposito licet nichil reale positiuum addat suppositum super hanc naturam quia ad predicationem per idētitatem necessario oportet q̃ vtrumq̃ extremum vel alterum secundum suam rationem formalem sit infinitum ⁊ per consequens q̃ sit positiuum ⁊ q̃ non sit predicatio formalis. In proposito autem nō est ita sicut patet: quia suppositum secundum rationē suā formalem est quid negatiuum nec alterum eorum vel vtrūq̃ est infinitum. ¶ Ad sextum dico q̃ Aristoteles non dicit q̃ suppositi sit agere: sed bene q̃ actiones sunt singularium vel circa singularia ⁊ ita dato q̃ illud cui⁹ esset agere differret a natura per aliquid positiuum non valet istud argumentū contra propositum. Vel dicendum dato q̃ suppositi sit agere non oportet q̃ illud in quo distinguitur a natura sit aliquid positiuum: quia illud non est sibi ratio agendi sed magis natura ipsa. ¶ Ad septimus dico q̃ si in deo accipiatur habens pro supposito: et q̃ habetur pro natura q̃ in deo sunt idem habēs et q̃ habetur: sic tamen q̃ suppositum aliquid reale positiuum addit vltra naturam quo non obstante vnum predicatur de alio per identitatem sic autem natura et suppositum habens et habitum non sunt idem sicut dictus est supra: nec tamen oportet q̃ sic differant sicut positiuum et aliud positiuum. Si vero accipiatur habens et habitum pro abstracto et concreto sicut deus et deitas sic sunt idem sola ratione differentia ⁊ modo significandi ⁊ sic etiam in creaturis abstractum ⁊ concretum precise acceptū sed de hoc non est sermo ad presens. ¶ Ad octauū dico q̃ natura determinatur ad singularitatem per aliquid positiuum sibi superadditum sed nō ad suppositalitatem et ratio tacta est supra: quia sic determinatur ad singularitatem q̃ sibi repugnat simpliciter ipsa manente diuidi vel multiplicari in plura quorum quodlibet sit totum: et ideo oportet q̃ per aliquid positiuum sibi repugnet. Puta per differētiam indiuidualem nō sic autem ad suppositū creatum contrahitur: sed contingēter ad ipsum sic q̃ ipsa manens eadē potest illo non suppositari: sed alio et ideo licet ex seipsa ad suppositum nō determinetur non tamē per aliquid positiuum sed per aliquid negatiuum sicut dictum est supra. ¶ Ad illud qd̄ dicunt alij de existere. Dico q̃ siue actualitas vltima sit existere siue non q̃ per ipsum non suppositat natura sed magis per negationes predicta. ¶ Ad aliud q̃ existere substātie vel subsistere sunt idē falsum est prout accipitur subsistere suppositaliter sed vnum dicit formaliter quid positiuum et aliud negatiuum ⁊ ideo non valet. ¶ Ad alia que adducūtur in deductionē pro illo modo patet q̃ nichil valent sicut dictum est supra: quare ⁊c. Hec de primo articulo principali.

¶ Quantum ad secūdum ar/ticulum. Restat declarare possibilitatem incarnationis diuine persone assumendo naturas humanas sine ꝓpria suppositalitate vel ꝓprio supposito ad suppositum diuinū ⁊ q̃ diuinum suppositus cōparatur ad istam assumptionem vel vnionem benedictam ⁊ sicut efficiens ⁊ causans ipsam effectiue ī natura assumpta. Ideo probāda est in primo possibilitas hui⁹ vnionis ex parte diuini suppositi. ¶ Secundo ex parte nature assumpte. Adhuc primo ex parte diuini suppositi vt efficiens est vel causans. ¶ Secundo vt terminans ipsam.

Possibilitas ī carnationis ex parte diuī suppositi vt effi. ⁊c.

¶ Quantū ad primum probatur possibilitas hui⁹ ꝓprimo sic. Agens omnipotēs pōt in oē illud extra se quod non ēplicat ꝓtradictionem ex terminis alioquin nō esset adequatio inter omnipotētiā ⁊ omne possibile sed esset aliqd possibile q̃ non implicans contradictionem in quod nō posset omnipotentia. Sed ista assumptio vel incarnatio vel vnio nature humane ad verbum vel ad diuinum suppositus ex terminis non implicat contradictionē sicut ondēt īfra. ꝫ ⁊c. ¶ Scdo sic. Agens p̃ suum velle ⁊ intelligere pōt in omne illud extra se qd̄ potest intelligere ⁊ velle sicut dictum est in primo. Sed ista vnio intelligibilis est ⁊ volibilis q̃ sub ente continetur vel ꝓtineri potest nec est aliqua repugnantia sicut patebit īfra ergo ⁊c. ¶ Tertio sic. Agens simplr primū pōt facere fundamentū respectu intrinseci ad aliquē terminus sub illo respectu vt videtur vel sub negatione talis respectus q̃ hoc nullā implicat ꝓtradictionem. Sed talis vnio vel assumptio in natura nō dicit nisi respectū quēdam extrinsecū in ipsa tanq̃ in fundamento. ergo ⁊c. ¶ Quarto arguitur ⁊ ē bona ratio adducendo eam ad istam ꝓclusionē. Illud quod virtualiter ⁊ eminēter ⁊ illimitate ꝓtinet pfectionem totalē suppositi creati potest effectue supponere naturam sine ꝓprio supposito vel inextrinseco supposito vt vr: ⁊ est ꝓbabilis ꝓpositio. Sed suppositum diuinus est hmōi vt ptz. ergo ⁊c. Et q̃ non est dubiū de hoc scz q̃ deus hoc potest facere si est possibile fieri nō opz circa hoc amplius īmorari

Possibilitatis ꝓbatio vr terianz

¶ Scdo ꝓbanda est possibilitas hui⁹ ex parte diuini suppositi vt terminātis q̃ diuinum suppositū scz possit vnionem talem terminare. ¶ Ad hoc adducuntur alique rōnes quarū due prime cōiter adducuntur. Alie due adducūtur a Scoto ī suo quolibeto. qōne. xix. articulo. 2. ¶ Pria est talis Suppositū qd̄ ꝓtinet eminēter pfectionē suppositi creati potest supplere vicem eius in substentando naturam illius suppositi creati vt videtur Sed suppositum diuinus est huiusmodi. ergo ⁊c. ¶ Cum ergo substētare naturam extrinsecam in supposito ꝓpo nichil aliud sit ꝫ assumere eam et terminare eius dependentiam ad ipsum suppositum concluditur q̃ diuinum suppositum hoc potest. ¶ Secunda ratio est talis Suppositum respectu cuius quelibet natura creata est in potentia obedientiali potest eam substētare in seipso vt videtur. Sed diuinum suppositum est huiusmodi. Est enim agens p̃ imperium cui subiecta est obedientialiter oīs creatura. ergo ⁊c.

ꝫ pdictrationes

¶ Sed videtur q̃ pdicte rationes non concludunt. ¶ Prima nō concludit q̃ cōtinere virtualiter vel pfectionaliter perfectionem suppositi creati non cōuenit diuino supposito per illō quod est sibi ratio terminandi talem vnionem vel assumptionem. Puta per ꝓprietatem personalem sed magis per essentiā vel aliquid qd̄ est perfectionis simpliciter in deo cuiusmodi nō est pfonalis ꝓprietas. Tunc esset perfectio simpliciter ⁊ infinita formaliter in deo ⁊ posset esse ratio producendi creaturas ⁊ creandi quod est falsus. ¶ Scdo q̃ Si rō cōcluderet Sequitur q̃ vna persona nō posset incarnari sine alīs q̃ tribus pfonis diuinis cōuenit illud ꝓueniēter ⁊ antecedēter ad incarnationem illud per quod quelibet continet virtualiter ⁊ eminenter pfectionem suppositi creati ⁊ ita quelibet equaliter terminaret vnionem incarnationis ⁊ necessario ita q̃ vna non posset incarnari sine alia. ¶ Similiter contra secūdam potest argui q̃ nō cōcludit. Non esset per hoc pōt diuinū suppositum terminare hanc vnionem vel dependentiam ad ipam quia habet omipotentiam quam respicit potentia obedientialis in creaturis. Tum q̃ ista dependentia non est dependentia effectus ad causas sicut dictum est supra. Tum q̃ etiam tūc omnes pfone incarnarētur simul ⁊ vna nō posset sine alia sicut eis tribus ꝓuenit oīpotentia ⁊ vnica quam respicit potentia obediētialis in creatura. Ita q̃ ratiōes iste non ꝓcludunt personam diuinas posse substentare vel terminare talem dependētiam: sed magis si aliquid ꝓcludunt ipse ꝓbant q̃ persona diuina pōt talem dependētiam efficere vel causare. ¶ Adducit ergo tertia ratio talis probās q̃ subsistēs incōicabile diuinum vt tale possit terminare talem dependentiam ⁊ vniones nature ad ipm q̃ si repugnaret sibi terminare dependentiam talem. Aut illa repugnantia esset per hoc q̃ est istud subsistens vel persona: aut hoc quod est pfona diuina: aut per hoc q̃ est pfona talisque scz sola ponitur terminare. Sed per nullum istorum repugnat isti persone terminare licet nō conueniat sibi per quodlibet. ergo ⁊c.

Tertia ratio apparētior

Maior patet. Minor ꝓbatur sic. Independenti simpliciter nō repugnat terminare aliquam dependentiam ⁊ si habet dependentiam ꝓriam nō repugnat sibi esse ꝓprium terminum correspondētis dependentie. Sed verbum vel persona ista seu diuinum suppositum ꝫtum ad suam entitatem ypostaticam ⁊ personalem est independens simpliciter et ꝓpria indepēdentia q̃ sibi formaliter rōne ꝓprietatis ypostatice etiā repugnat quelibet imperfectio vel quodlibet imperfectionum annexam cuiusmodi est quecūq̃ dependentia. Nihil enim potest poni in diuinis quin sibi precisissime cōsiderato repugnet impfectio quecūq̃ q̃n sit ratio sufficiens excludendi quācunq̃ imperfectionem licet non sit pfectio simpliciter alioquin sibi pcise quātum est de se posset aliqua impfectio competere quod ē falsus ergo videtur q̃ potest dependentiam nature terminare. ¶ Secūda ratio sua est ista aliqua est in entibus dependentia nature cōicabilis vel vt cōicabilis ergo aliquid incōicabile quod vt sic natum est terminare dependētiam talem. Cum igitur diuinū suppositum sit verissime incōicabile īmo ipsum solum per aliqd positiuus sit incōmunicabile sicut dictum est supra verissime potest aliquam talem dependentiam terminare ⁊ sic repugnat sibi ex parte sui terminare dependentiam nature alicuius vt cōmunicabilis nō autem ꝓprie nature q̃ illa nō est dependens. ergo extrinsece nature tanq̃ suppositum non per se. Q̃ aūt sit dare aliquam dependentiam talem declarat per naturam accidentis q̃ non solum dependet ad substantiam vt informatiua ipsi⁹

vt ad subiectum: sed etiam vt ad suppositum sustentans z dat intelligere quare similiter potest eē de substantia creata per comparationem ad extrinsecum suppositū. Puta ad suppositū diuīe nature

Rep̃robantur p̃rime rationes.

¶ Contra istas rationes duas instatur multipliciter.

Contra p̃mam. Primo sic. Si independentia diuini suppositi cōcludit q̃ possit terminare dependentiam nature create ad suppositum in quo subsistat pari ratione indepēdentia talis cōcludet posse terminare omnem dependētiam talem quod ptz falsū in multis. Nam omnis substātia independens est dependentia accidētis ad subiectum z tamen non quelibet substantia potest terminare dependētiam cuiuslibet accidentis. Nō enim quodlibet accidēs potest inesse cuilibet substātie sicut patet. Simili ꝗ patz in dependētia totius ad partes qz multa sunt independentia ēm talem dependētiam z tamē non possunt terminare aliquam talem dependētiam qz nec habent rationem totius nec partis cuiusmodi sunt omnia simplicia. Similiter etiā patet de hoc de depentia causati ad causam qz angelus est indepēdēs a quocūq; ente creato vt a causa z tamē nō potest terminare dependentiam alicuius substātie createvt effect⁹ vel effecte. Similiter patet hoc de diuina essentia que est independens simpliciter loquendo de quacūq; dependētia z etiam suppositali z tamen non potest terminare dependētiaz vnionis ad suppositum qz non est quid incōmunicabile vltimo de p̃rietate personali de qua est ad positū quia p̃rietas p̃sonalis diuina cū sit simpliciter independēs ēm p̃missam rationem z veritatem secūdum hoc posset omnem dependētiam terminare et ita dependentiam creature ad deum vt causati ad causam z ēm rationē cuiuscunq; causabilitatis qd est falsum vt dictuz est supra quia p̃rietas ī p̃sona non est ratio formalis creandi: sed aliquid cōmune tribus ēm Augustinum. ¶ Secūdo sic cōtra maiorem rationis quia nō videtur q̃ independētia alicuius sufficiat ad terminādum dependentiam: sed cum hoc in terminante dependētiam sit aliqua perfectio ratione cuius terminet: z p cōsequēs q̃ habeat aliquam pfectionem respectu illius z rationē priozis eēntialiter. Patet de depēdētia causati ad causam. Ita q̃ depēdens respectu illius sit impfectum. entitas autem ypostatica nō habet rationez pozis eēntialiter respectu nature dependētis quia talis pozitas z posteriozitas nō est nisi inter essentias distinctas quia quiditates rerum se habent sicut numeri. entitas autem vel p̃rietas ypostatica nō dicitur essentia in diuinis. Similiter etiam non est perfectio simpliciter vel pfecta. quare ꝛc.

¶ Contra probationem minoris etiam arguitur. Nā licz illō ratione cuius repugnat aliqua pfectio particularz alicui nō sit pfectio: simpliciter tamē videtur q̃ ratio repugnantie cuiuslibet impfectionis sit pfectio simpliciter. Si ergo entitas ypostatica non sit pfectio simpliciter ratio formalis repugnādi quālibz imperfectionez supposito diuino: sed magis essentia diuina vt videtur.

¶ Contra secūdam rationem z ipa que dicūtur in ea instat etiā.

¶ Primo sic. qz q̃ sit aliqua natura suppositabilis p̃ suppositum nature extrinsece. hoc non est nisi quia est talis nature q̃ potest inherere alteri z facere vnum p̃ accidens cum ipa vel cum ipo. Sz nulla natura substātialis p̃t inherere alteri z si posset tamē nō posset inherere diuino supposito qd est purus actus. Unde breuiter nulla natura substantialis est p̃municabilis supposito extrinseco vt videt.

¶ Secūdo sic. qz dependētia accidentis nō est p̃ se ad suppositum substātie sed ad singularem substātiam. Quod patet. Nam suppositum ꝗtum ad illō quod dicit vltra naturam nō dicit nisi negationem Negatio aūt nō est ratio terminādi aliquam depēdentiam. Et confirmatur qz natura singularis assumpta a verbo eodem modo terminat dependētiam accidentium sicut si esset supposita p̃po supposito. Nec potest dici q̃ dependentia accidētis terminetur ad suppositum vel p̃sonam assumētem: qz dependentia accidētis nō est nisi inhere. Accidēs autem diuino supposito nō inheret: quare vt videtur nulla est p̃batio de substātia p̃ simile de accidēte. ¶ Ad ista respondetur. Ad p̃mum dicitur q̃ licet nō quodlibet independēs possit quālibet depēdentiam terminare nec q̃ independēs tali depēdētia possit quālibet talem deppendentiam terminare sicut bene p̃batur p̃ illas instantias. Tamē ista p̃positio videtur vera q̃ simpliciter indepēdens incōicabile vt tale possit aliquam dependētiam terminare. Cum ergo diuinum suppositum sit simpliciter independēs z incōmunicabile ipm p̃t aliquā dependentiam terminare: aliter em inter entia nō esset ordo. Cum ergo ipm vt sic nō possit terminare dependentiā nature q̃ est causati ad causam nec mensurati ad mensuram. Par ratione nec posteriozis effectus ad priozem restat q̃ istam de qua loquimur possit terminare.

Solutio p̃dictoz.

¶ Et confirmatur ista: qz licet substantia quelibz nō posit terminare dependētiam inherentie cuiuslibet accidētis. Sicut angelus nō potest terminare dependentiam inherētie quātitatis nec lapis dependentiam sapiētie z sic de toto z partibus z illo quod nec est totum nec pars z de angelo qui est independens a creatura tamē omnia ista vt talia sunt possunt aliquam vel aliquas dependentias terminare respectu sibi ꝓuenientium z hoc sufficit etiam quātuz ad vltimam instantiam de p̃petate q̃ licet terminare non possit dependentiā causati ad causam nec mēsurati ad mēsuram nec effectus posteriozis ad p̃orem saltem predictaz terminare potest. Nec apparet aliqua repugnātia. Nec enim talis terminatio ponit vel arguit in ratione terminādi aliquam pfectionem nec aliquam impfectionem. quare ꝛc. nisi enim independēs simpliciter cuiusmōi est p̃sonalis p̃rietas posset aliquam dependentiam terminare nō haberet cōnexionem cum aliquo ente nec aliquod ens depēderet ad ipam. Potest ergo aliquā terminare sed nō illas que requirunt in termino pfectionem simpliciter sicut rationem terminandi sicut est dependētia causati ad causam z mensurati ad mensuram. Nec illam etiam que ponit impfectionem sicut illam que est posteriozis effectus ad priozem quia oīs effectus imperfectus est in seipo

¶ Ad secundum dicitur q̃ licet in proposito terminus depēdentie sit poz essentialiter natura dependēte nō tamē oz hoc vniuersaliter sicut dicetur infra vbi ostendetur q̃ vnum suppositū creatū pōt naturam alterius eiusdem rationis substentare licet nō sit prius essentialiter ipo sed tantum dependentia vel vnione cum ista sit extrinsec⁹ adueniens z accidentalis z possibilis nō eē manēte fundamēto suo sed tantum dependentia debet dici. Et tunc ad instātiam dico q̃ p̃rie loquēdo de p̃oritate eēntiali z posteriozitate que est inter essentias z quiditates vel ratione ipsarum sic est vna priozitas triū p̃sonarum respectu creature. Et isto modo dico q̃ non opz rationem terminādi quācunq; dependētiā esse p̃ozem essentialiter ipo dependēte: sed bene oz hoc de dependētia causati ad causam vel alia quacunq; que arguit in termino pfectionez simpliciter Sed loquēdo de p̃oritate essentiali que est p̃oritas p̃ se extendendo nomē ad p̃oritatez necessariam ratione cuiuscūq; entitatis siue quiditatiue siue ypostatice quelibet p̃rietas in diuinis habet p̃priam priozitatez respectu creature z sic p̃cedo in p̃posito q̃ p̃rietas priozest essentialiter natura dependente ad ipam z sibi cōmunicabili. ¶ Ad tertium dicitur q̃ illa p̃positio est falsa sibi q̃ illud quod est ratio repugnandi quālibet impfectionem sit pfectio. Non enim oportet hoc quicq̃d enim potest esse in simpliciter pfecto est sibi ratio repugnandi quālibet impfectionem nō obstante q̃ nō sit pfectio simpliciter ex sua formali ratione quod additur de eēntia. Dico q̃ pfectio essentie cum sit potentia est rō p̃ima repugnādi deo quālibet imperfectionem z attributum quodlibet est ratio repugnādi sed non potētia sed in ordine suo: z similiter quelibet relatio in ordine. Nec est incōueniēs q̃ sint plures tales rōnes repugnādi ipfectionē alicui ordinate tū.

¶ Ad p̃mā instātiam contra secundam rōnem dicitur q̃ sufficit habere ex illa rōne q̃ ex parte diuini suppositi incōicabilis vt tale nō repugnet q̃ ipsuz terminet aliquam dependentiam nature cōmunicabilis. Sed quādo dicitur vltra q̃ nulla natura potest habere talem dependētiam respectu suppositi nature extrinsece nō possit sibi inherere: dicēdū q̃ ēmo sicut apparebit postea. Quod sic declaratur. Naz accidens ēm aliquos nō solum habet dependētiaz inherentie ad subiectum que ē habitudo forme ad informabile cuius extremum est substātia vel subiectum vt in potentia receptiua talis forme z talis habitudo nō potest esse nature alicuius ad diuinū suppositum quod est purus actus. Aliam vero habet habitudinē vt dependētis ad substātiam z naturaliter posteriozis respectu eius z extremum huius est substantia vt essentialiter priozaccidente z talem dependētiam p̃ter primam pōt habere natura ad diuinum suppositū vt incōmunicabile z non alia nisi illa dependētia vnionis de qua loquimur ī p̃posito que nullam impfectionem ponit vel argnit in diuino supposito. ¶ Ex quibus pz vnum cōmune dictum q̃ natura humana ī ipo se habet ad verbum quasi accidēs. Non qz habeat habitudinē forme ad informabile fz nature cōmunicabilis extrinsece z posteriozis qualem etiam habet natura accidentis respectu suppositi substātie. ¶ Ad secūdaz dicitur q̃ dependētia accidētalis licet sit ad singularem substātiam que est incōmunicabilis cōmunicabilitate vniuersalis nō tamen vltimate ad ipsuz sed aliquid incōmunicabile simpliciter quod nec ē cōmunicabile sicut vniuersale nec cōicabile alicui sicut vel forma z ratio essendi qd quid est ipm suppositum. Unde vltimate nō terminatur dependētia accidentis nisi ad supposituz cui ꝓuenit natura singularis vel tanq̃ sibi eadem z a quo non dependet talis natura vel tanq̃ sibi cōmunicata tanq̃ natura extrinseca z dependēs ab ipo. Quādo dicitur vltra q̃ suppositum nō addit supra naturaz nisi negationem. Dicendum q̃ verū est de supposito creato de diuino nō est verum. Quādo dicitur vltra q̃ negatio nō est ratio terminādi. Dico q̃ z si hoc verum sit tamē negatio p̃us cōuenit supposito creato q̃ terminare dependētiam accidētis. Et tūc vltra dico q̃ vltimate terminare qd conuenit supposito duo dicit: scilicet terminare z sic terminare scilz q̃ nihil vlterius terminet. Ratio ergo terminandi est aliquid positiuū z nō est negatio: fz q̃ terminatio sit vltimata rō illa est negatio: qz fcz terminans nō est cōmunicabile si em esset alicui cōmunicaret tunc illud adhuc vlterius terminaret dependētiaz ad illud cui ipm cōmunicaretur quicq̃d dependet ad aliquid cōmunicabile vlterius depēdet ad ipm cui illud cōmunicabile z ratio essendi sicut si scōm aliquos accidēs dependet ad alīd accidēs vt color ad supficiem nō terminatur vltimate ibi eius depēdentia: fz ad illō cui ipa supficies est forma z esto q̃ nō depēderet ad illō cuius est forma fz tantū eēt sibi ratio essendi adhuc vltimata dependētia esset ad illud cui supficies est forma vt vr. ¶ Ad cōfirmationem de accidētib⁹ que ita terminātur ad naturam in p̃po sicut si staret in p̃po supposito z tamē non terminātur ad suppositū verbi potest dici vno mō sicut iam tactum est supra q̃ ēmo dependentia accidētium terminatur ad verbum nō ēmediate tā q̃ ad illud cui inhereāt fz vltimate z mediate tāq̃ ad illō cui cōmunicatur natura singularis ad quā ēmediate terminatur coz dependētia. Nec hoc aliquam potentialitatem vel impfectionem arguit in verbo sicut nec q̃ illa natura vniatur sibi vñ z vltimate terminatur verbū talibus accidentalibus.

Rō terminādi.

¶ Aliter dici potest q̃ accidētia in p̃po nō sunt vltimate terminata in actu fz aptitudinaliter dependent z terminātur ad p̃priuz suppositū nature humane qd nata est ipa habere. Sicut enizpotest defacere q̃ accidēs actu nō dependeat nec p̃ sequēs dependentia eius terminetur ad naturam singularem subiecti qñ facit accidens sine subiecto. Ita potest vt videtur q̃ non ad p̃rium nature subiecti licet ad naturam singularem subiecti sicut in proposito. quare ꝛc.

¶ Sic ergo resumatur tus duarum p̃dictaꝝ rationū ad p̃bandus q̃ incarnatio est possibilis ex parte diuine persone vt terminantis vnionē nature assumpte ad ipm suppositum vel incōmunicabile simpliciter independēs potest ꝗtum est ex parte sui terminare dependentiam alicui⁹ nature cōicabilis ad ipm̄ que nullā ponit vel arguit impfectionem in ipo. Ista supra p̃bata z declarata. Sz diuinum suppositum est huiusmōi z dependētia vnionis est talis z nulla alia nec ponit vel arguit impfectionem qz nō est p̃ informationem vel aggregationem vel sicut effectus posteriozad priozem quia diuinū suppositum nō est effectum. ergo ꝛc.

Epilogatio p̃dictozuz

Possibilitas ꝛcarnationis

¶ Restat igitur probare possibilitatē huius incarnationis

ex parte nature humane assumpte. ¶ Ultima ratio ad hoc potest adduci ⁊ est iam aliqualiter tacta quia pfectionis est in substātia creata vel saltē nō est impfectionis in ipa qō possit terminare dependentiam nature extrinsece ⁊ alteri⁹ generis ab ipo substētādo eam in ꝓprio supposito licꝫ impfectionis sit q̄ sit subiectum informabile ab ipa scꝫ natura accidētis. Accipiēdo igitur illud vel qō est pfectionis vel qō saltem nō est impfectionis ⁊ dimittendo illud impfectionis. Videtur pbabile q̄ diuinum supposi tum possit naturam extrinsecaꝫ sic in seipso substētare ⁊ dependētiam vel vnionem eius vt cōmunicabilis ad ipm vt subsistens incōmunicabile terminare. Nec repugnat hoc ex parte diuini suppositi terminantis.

¶ Vltimo quātum ad istum articulum restat declarare possibilitatem incarnationis ex parte nature assumpte. Ad cuius euidentiam primo. ¶ Notandum est q̄ suppositum creatum sup hanc naturam suam sicut dictuꝫ est supra non addit nisi duplicem negationē innitēdi naturam alicui supposito extrinsece nature actualiter. scilicet ⁊ aptitudinaliter ⁊ stāte ista duplici negatione semp natura manet suppositata ī ꝓprio supposito ⁊ si debeat suppositari in alio manēs eadē singulariter oportꝫ q̄ careat ista duplici negatiōe vel saltem altera in ꝓposito puta in natura substātiali ⁊ iō oportet necessario q̄ aliquid positiuū affirmatiuum formaliter incōpossibile ⁊ oppositum tali negationi detur nature ⁊ causetur in ipa qꝫ negatio non tollitur ab aliquo manēte nisi p affirmationeꝫ vel positiuum oppositum sicut nec cecitas tollitur ab oculo manēte nisi p visum illud aūt positiuū nō est nisi actualis dependētia vel initentia ad extrinsecum suppositum qꝫ aptitudinalis esse nō potest ī natura substātialiter. Ista autem initentia ad extrinsecum suppositum nō pōt dicere aliquid absolutum qꝫ impossibile est ipam intelligi a quocunq̄ intellectu non intelligēdo suppositum ad quod est. Vñ non est nisi habitudo respectiua nature ad suppositum extrinsecum. Ista autem habitudo vel respectus iste nō pōt esse habitualis nature qꝫ tūc impossibile esset q̄ natura subsisteret nisi in intrinseco supposito. Nec est respect⁹ ītrinsecus adueniēs qꝫ nec necessario nec naturaliter ponitur posito fūdamento ⁊ extremo. Non esset necessario nec naturaliter ponitur posita natura humana ⁊ supposito extrinseco sicꝫ pꝫ: sicꝫ magis posita naſa suppositabili naturaliter ⁊ de lege. igitur ponitur negatio opposita qua natura subsistit in ꝓprio supposito. Est ergo respectus extrinsecus adueniēs nature ex operatione vel actione libera diuini agētis circa ipaꝫ causantis talem respectum in ipa ⁊ p ꝓſis actiue assumentis ipam ad extrinsecum suppositum. Unde ⁊ negatio sibi opposita nō inest nature necessario: sed cōtingēter inest sibi ⁊ separabiliter ab ipa. Sicut nō esse album inest superficiei qñ non est alba. Non esset inest tali nature talis negatio respect⁹ qꝫ ipa natura sit incōpossibilis ⁊ formalit repugnās tali respectui sicut negatio albi inest nigro vel negatio irrationalis inest rationali vel vnius specifice vel naturaliter inest multo vel ecōuerso: sed iest talis negatio ex remotione vel nō actione agentis supnaturalis supra naturaꝫ ipam qñ scꝫ nō causat in ipa talem respectum non inest aūt qñ causat in ea talem respectum ⁊ p ꝓsequēs nō manet in supposito ꝓprio si assumatur ad alienum.

¶ Ex quibus omnibus cōcludo q̄ vnio nature humane ad verbū ratione cuius verbū dicitur incarnatum ⁊ natura dicitur assumpta nec manet in ꝓprio supposito sed per talem vnionem formaliter īnititur alteri nō est nisi quidā respectus extrinsecus adueniens vel inherens nature causatus in ipa a diuina voluntate ⁊ tota trinitate supernaturaliter ⁊ cōicabilis est ⁊ terminatus ad diuinum suppositū vnicum tantum quod est verbum vt tale subsistens et suppositum incommunicabile. Unio humane nature ad ꝓ bum qd.

¶ Hijs premissis adducuntur ab aliquibus rationes ad pbandum q̄ non repugnat nature create sic vniri diuino supposito vel nature diuine in vnitate suppositi. ¶ Prima ratio est qꝫ por naturaliter ē hec natura q̄ suppositum eius prius natura indiuidua ē q̄ suppositetur. Vñ nec ꝓuertūtur ista. Bene enīꝫ sequitur q̄ si natura suppositatur ergo indiuiduatur sed nō ecōuerso. Vñ nō omne indiuiduuꝫ creatum est suppositum creatum licꝫ ecōuerso. Sꝫ pori naturaliter nō repugnat q̄ virtute diuina prius natura sit sine posteriori ergo natura hec ⁊ singularis potest esse sine ꝓprio supposito sed ipa vel est in ꝓprio supposto vel in extrinseco supposito quia nō est medium. ergo ⁊c. ¶ Scda ratio est hec. Licet natura vnius generis nō possit esse natura alterius generis tamē potest habere modum illius alterius generis. Sicut licꝫ accidēs nō possit ē substantia tamē pōt habere modū substātie sicut patꝫ de accidente separato qō per se subsistit ⁊ habꝫ modum suppositi substātie ⁊ differentia substātialis predicatur in quale sicut accidēs licet sit substātia vere ergo similiter ecōuerso nō videtur impossibile q̄ substātia licet nō possit esse accidēs tamē habeat modum accidētis innitēdo supposito extrinsece nature. ¶ Tertia ratio. Quāto magis aliqua recedunt ab vniuocatōe tāto magis pōt ex ipīs fieri vnum vel possunt vniri. Quod patet qꝫ ex duobus indiuiduis eiusdem speciei qꝫ maxime sunt vniuoca eo q̄ in specie specialissima ꝓueniūt in qua consistit vniuocatio maxima nō potest fieri vnū ex duabus vero speciebus qꝫ recedūt ab vniuocatōe maxima ⁊ vniuocātur solum in genere in quo latēt eq̄uocationes pōt fieri aliquod vnum sicut ex duob⁹ coloribus diuersis specie fit vnus color medius. Ex materia vero ⁊ forma qꝫ adhuc magis distant ⁊ minus conueniunt potest fieri vnum p se ⁊ per se possunt vniri ad ꝓstitutionem vnius puta totius. Cum ergo natura humana ⁊ diuina minime cōueniant ⁊ maxime distāt maxime possunt vniri. Nec repugnat nature hūane vniri diuine in vnitate suppositi. ¶ Quarta ratio. Natura ꝓparatur ad suppositum ⁊ est comparatio eorum sicut materie ad formam vel ecōuerso. Vñ ⁊ in septimo metaphisi. Natura ⁊ quiditas dicitur forma ⁊ suppositus vel indiuiduū dicitur materia sicut ergo reperire materiam excedentem appetitum sue forme sicut est materia cuiuslbet forme corruptibilis. Patet in hijs inferioribus ⁊ formam excedētem appetitum sue materie sicut est forma intellectiua qua transcēdit suam materiam nec intūgitur sibi ⁊ formā adequatam appetitui sue materie ⁊ ecōueso sicut ē forma celi. Unde celum est simpliciter incorruptibile ita videtur est inuenire suppositum excedens naturam suam sicut hec materia vna numero est sub forma ignis et aeris ⁊ ad diuersas naturas potest pertinere. Similiter etiam naturam excedētem suum suppositum sicut anima intellectiua. Similiter tertio est inuenire naturam adequatam suo supposito sicut natura diuina que nō pōt suppositari in extrīseco supposito. Cum ergo vt dicūt natura humana comparetur medie nature qꝫ ex diuino munere excedit suum suppositum videtur q̄ possit vniri extrīseco supposito puta verbo ⁊ sic verbum potuit humanari vel incarnari. quare ⁊c. 7. meta.

¶ Sed iste rationes parum valent ad ꝓpositū declarandum. Si esset prima ratio esset bona per ipaꝫ probaretur q̄ natura hūana posset assumi sine sua singularitate ad singularitates diuine ꝓsone vel nature quia natura humana prior est in esse specifico q̄ sit indiuidua. Nam indiuiduatio fit per aliquid superadditum nature ⁊ ꝑ us intelligitur ipa vt specifica q̄ indiuidua ergo pōt assumi sine sua singularitate non sequitur. Similiter etiā sequeretur q̄ deus posset facere naturam generis sine omni specie ⁊ naturam speciei sine omni indiuiduo est quia genus est prius natura q̄ species ⁊ species q̄ indiuiduum nec ꝓuertitur ꝓna inter ea. Non ergo pōt deus facere quodcūq̄ prius natura sine posteriori nisi sit tale q̄ sit essentialiter distinctum ab ipo ⁊ ita deberēt pbare q̄ hec natura singularis sit por natura ꝓprio supposito suo sic q̄ sint separabilia ⁊ vnū possit manere sine alio qō nō pbant. ¶ Scda ratio non valet accipiendo eam sicut sonat ⁊ iacet. Nam sicut natura vni⁹ generis nō potest esse natura alterius. Ita nec potest habere ꝓprium modum vniuocū illius generis qꝫ sicut substātie ⁊ accidēt i sicut dixi in ꝑmo nihil est vniuocum. Ita nullus modus vniuocus. Preterea etiam sequeretur q̄ substantia posset inherere sicut accidens potest subsistere. Quādo dicit q̄ accidēs separatum habet modus substātie. Dico q̄ falsum est qꝫ modus subsistendi substantie est nō inherere alteri nec actualiter nec aptitudinaliter nec possibiliter nō sic autē accidēs quātūcunq̄ separatum qꝫ inheret aptitudinaliter saltem. Unde accidēs in sacramēto separatum nec habet rationem suppositi nec modum substantie. ¶ Q aūt nō sit suppositus nec hēat modū substātie quātum ad hoc ptꝫ. Tū qꝫ natura accidētis nō subsistit vltimate in tali accidēte separato sed cum inclinatione aptitudinali ad extrinsecum suppositum puta ad suppositum substātie. Tum qꝫ singulare accidētis separatū esset vere suppositū. Tunc cum suppositum alicuius nature ꝓprium sibi adeq̄tur. Ita q̄ q̄tum nata est suppositari naturaliter tantum etiam illud natum est naturaliter suppositare ⁊ ecōuerso. oportꝫ q̄ excludat a natura quācunq̄ inclinationem naturalem siue actualē siue aptitudinalem ad extrinsecum suppositus ⁊ sic natura accidentis separati non inclinaretur aptitudinaliter ad aliquam substātiam vel ad suppositū eius quod est falsum. Tum qꝫ si accidēs separatum esset suppositum sequeretur q̄ aliqua natura magis naturaliter subsisteret in alieno supposito q̄ in ꝓprio qꝫ accidens magis nāl̄r est in subiecto q̄ separatus a subiecto īmo separatū a subiecto nō ē nisi supnāliter hoc aūt est impossibile qꝫ ꝓprius suppositū cuiuslibet nature est sibi ꝓnaturale. Tum qꝫ etiaꝫ sequeretur q̄ aliqua natura supnaturalit subsisteret ī supposito ꝓprio sicut natura accidētis in accidēte separato ⁊ naturaliter in supposito alieno. Puta in supposito substātie qñ inesset sibi quod videtur impossibile licet possibile sit aliquam naturā naturaliter subsistere in supposito ꝓprio ⁊ supernaturalit in alieno vt patet de natura humana que potest naturaliter esse in ꝓprio supposito ⁊ supernaturalit in alieno puta in verbo. Vñ dico q̄ natura humana non potest habere modum ꝓprium nec vniuocū accidentis nec ecōuerso. Ad cōfirmationē de differētia substātiali q̄ p̄dicatur in quale. Dico q̄ modus predicādi nō est vniuocus modo accidētis/ qꝫ predicatur in quale substātiale nō aūt accidentale. ¶ Tertia etiā ratio nihil valet. Primo qꝫ minor cōuenētia ⁊ maior recessus ab vniuocatione nō ē ratio quare magis aliqua vniātur vel faciant vnuꝫ Patet qꝫ due aque que sunt eiusdē speciei magis possunt facere per se puta vnam aquā q̄ substātia ⁊ accidēs que nō vniuocātur in aliquo. Similiter etiam materia ⁊ forma que sunt eiusdē generis substantie magis faciunt vnū q̄ substātia ⁊ accidens que sunt alteri⁹ ⁊ alterius generis qꝫ illa faciūt vnū per se ⁊ ista nō. Est ergo in ratione fallacia ēm nō causam vt causam ⁊ ideo nō concludit q̄ natura diuina ⁊ humana sint vnibiles saltem non ꝓcluvit q̄ tali vnione sint vnibiles. ¶ Quarta ratio est tota parabolica ⁊ ꝓtinet plura falsa. Primo qꝫ licet natura ⁊ suppositum aliquo modo equiuoco valde vel analogo sic se habeant sicut materia ⁊ forma nō tīsunt materia ⁊ forma nec oportet ꝓsequēter arguere de ipīs sicut de materia ⁊ forma. Alioquin arguetur q̄ sicut materia informatur a fora sic suppositū a naſa ⁊ multa alia absurda ꝓcluderētur. Preterea etiam quādo dicit q̄ est dare formam excedētem suam materiam sicut animam. Ista excedētia nō facit ad ꝓpositum qꝫ sic nō excedit q̄ possit aliā informare sicut deceret. Similiter etiā qñ dicit q̄ in celo est materia adequata forme ⁊ ecōuerso falsum est sicut ꝓbaui in scdo. Ubi dixi q̄ in celo non est materia. Similiter q̄ applicando vocat materiam suppositum respectu naturarū quaꝝ est pars Et similiter animam vocat naturā ⁊ corpus suum suppositum. Patet q̄ nihil est. Nec enim anīa nec materia habēt rōnem suppositi vel nature suppositabilis respectu illorum quibus comparant ista. Similiter etiā q̄ dicitur vltimo q̄ natura humana ex diuino munere excedit suppositum suum ita q̄ potest subsistere in alio Dico q̄ est petere ꝑncipiū. Ipsi enim dūt ꝓbare hoc q̄ nō repugnat sibi hoc conferri vt subsistat in extrinseco supposito ⁊ ipsi hoc assumunt. ꝗ ꝓcedē. rōnes.

¶ Adduco igitur alias rationes. ¶ Prima est ista. Illud ē ponēdum possibile vel ꝓpossibile cuius nō apparet ratio q̄ sit impossibile vel incompossibile alioquin poneretur aliquid vel negaretur aliquid sine ratione qō est incōueniēs apud sequētes rōnē Sed nulla ratio impossibilitatis vel incōpossibilitatis apparet inter naturam humanam ⁊ vnionem ypostaticam sui ad verbum quod patet ex rationibus terminorum. Ratio nature humane plana est. Alie rōnes q̄ vnio ex parte nature hūane vel create ē possibilis.

Ratio vero predicte vnionis dicta est supra q̃ est respectus quidaꝫ extrinsecus nature cõicabilis ad aliquid incõmunicabile substãtans ipsam. Nature inq̃ cõmunicabilis alicui alterius nature sicut aliquid quo id aliud dicatur ⁊ possit dici tale ⁊ tanq̃ quiditas supposito nõ sicut forma materie vel vniuersale particulari vel singulari. Hoc aũt nullam videtur ꝓtradictionem implicare nec repugnãtiaꝫ ad naturam humanam. Bene eñ ꝓtradictionẽ implicaret q̃ in ꝓpꝛio supposito subsisteret etiam cũ hoc simul ⁊ semel in extrinseco supposito verbi: ſz q̃ nõ subsistẽs in ꝓpꝛio supposito subsistat in alio nulla est ꝓtradictio. Similiter etiã q̃ diuinuꝫ suppositum sit suppositum nature diuine p se ⁊ intrinsece ⁊ suppositum alteri⁹ nature nõ p se nec intrinsece. Hec tanq̃ nature dãtis simpl̃r esse p̃muꝫ nulla ꝓtradictio videtur. quare ⁊c. ¶ Secũda rõ est ista Non magis termiatur necessario substãtialis natura creata manẽs eadem ad ꝓpꝛium suppositum vel subsistẽdũ in ꝓpꝛio suppposito q̃ accidẽs ad suppositũ nature extrinsece. Sicut enim substãtialis natura suppositabilis supposito ꝓpꝛio ita etiam accidentalis natura supposito alieno vel nature alieue sed accidẽti manẽti nõ repugnat non suppositari in actu supposito alieno substãtie qꝛ ibi non repugnat separari igitur nature hũane nõ repugnat non suppositari supposito ꝓpꝛio. Sed ſi nõ suppositatur supposito ꝓpꝛio ⁊ maneat oꝫ q̃ alieno. Hã inter affirmationem ⁊ negationem dependẽtia ad extrinsecum suppositum nõ est medium. ergo ⁊c.

¶ Tertia ratio est ista verbum sicut dictum est in p̃cedẽtibus vt incõicabile est põt termiare aliquã dependẽtiam ⁊ nõ nisi dependẽtiam nature et cõmunicabilis sibi sicut est ꝓbatum ⁊ nõ dependẽtiã ꝓprie nature ergo extrinsece igitur extrinsece nature puta humane non repugnat sic dependere vel vniri. ¶ Quarta ratio. Natura que ẽ in potentia obediẽtiali nõ habet repugnantiam ad aliquid qd̃ nõ implicat cõtradicoionem fieri in ipsa. Sz ad oẽ tale potest deduci ſaltem virtute diuina. Sed natura humana ẽ huiusmodi ⁊ nõ ꝓplicat ꝓtradictionẽ fieri talem vnionem in ipsa qꝛ negatio p̃posita sibi inest ꝓtingenter. ergo ⁊c. ¶ Aſ aũt natura creata sit neutra ⁊ indifferens ad ꝓpꝛiam suppositalitatem vel negationeꝫ illius. Patet de natura huius aque que ẽ aqua ⁊ supposituꝫ quãdo distincta ẽ ſi autem vniatur alteri aque tam non est suppositũ ¶ Quita ratio qꝛ sicut diuina natura nõ adequat vni supposito suo in suppositari. Ita videt q̃ vnicum suum suppositum puta verbum nõ adequatur sibi in suppositare ergo potest aliam suppositare.

Summa ¶ Sic igitur dico mane vel create talis vnio est possibilis ¶ Sed contra hoc sunt due instantie. ¶ Prima est qꝛ omnis actio terminatur ad aliquid absolutum. Si q̃ circa naturam sit actio diuina in assumendo ipsam oꝫ dare aliquid absolutum de nouo adquisitum in natura. Sed hoc ẽ falsum qꝛ natura assumpta a verbo posset deponi sine corruptione cuiuscũq̃ absoluti vt videtur. Similiter etiam illud absolutum nõ ꝓtineret ad vnitatem nature humane qꝛ totum quicqd est de vnitate nature humane est in natura nõ assumpta. ergo nihil faceret ad vnionem vel assumptionem nature hũane. quare ⁊c. ¶ Secũda instantia qꝛ in quolibet dependẽte ad aliud est aliqua ratio dependẽtie vt dependẽdi. Alioquin nõ dependeret. Patet in dependẽtia causati ad causam ⁊ in qualibet alia ⁊ ita ſi natura humana in ꝛpo dependet ad verbum necessario habet aliquam rationem dependendi sibi intrinsecam. Sed hoc est falsum qꝛ cũ sit eiusdem rationis omnino cũ natura sortis nõ hz aliquam rationem dependedi sicut nec natura sortis ⁊ ita non dependet sicut nec natura sortis. Nature enim eiusdem rationis cõpetit vel nõ puenit similis ratio dependendi ad eundem terminum natum terminare dependentiam sicut etiam omnibus albis cõuenit referri relatione similitudinis ad illud album excepto illo eodem albo quod non potest referri ad se ipsum. quare ⁊c.

¶ Ad primum Dico q̃ maior est falsa. Non enim oportet oẽm actionem terminari ad aliquid absolutum in passo vel receptiuo sed ad respectuꝫ extrinsecũ põt actio terminari sicut motus terminatur ad ybi ⁊ sic etiaꝫ dico q̃ actio diuina terminatur ad istum respectũ vnionis in natura ⁊ ſi natura deponeret solum corrumperetur vel cessaret esse talis vnio p decisioneꝫ conseruationis diuine nullo absoluto corrupto.

Solsuntur instãtie p̃dicte.

¶ Ad secundum dico q̃ in quolibet dependẽte in actu est aliqua ratio formalis dependẽtie qua formaliter dependet: ⁊ aliqua rõ fundamẽtalis super quam fundatur talis dependẽtia: sed dico q̃ nõ oꝫ de omni dependentia ſi adquiratur de nouo q̃ ratio fundamẽtalis eius de nouo adq̃ratur. Hec opꝫ q̃ ſi dependentia ipsa in vno adquiratur q̃ in alio fundamento eiusdem rationis adquiratur p̃cipue quãdo illa dependẽtia est respectus extrinsec⁹ ſicut in ꝓposito. Unde dico q̃ in natura humana in ꝛpo est ratio formalis dependentie qua formaliter ⁊ actu dependet ad verbum nõ autẽ in natura mea vel licet in natura mea sit similis ratio fundamẽtalis dependentie q̃ posset causari in natura mea vel tua ſi deus vellet eam cãre. Sed ſi dependentia ista esset ſic intrinseca ⁊ cõsubstãtialis nature sicut dependẽtia causati ad causam primam vel creature ad deum bene oporteret hoc q̃ sicut natura illa dependet ad verbum in ꝛpo. Ita etiã ⁊ mea cum sit eiusdem rationis dependeret non est autem sic. iõ ⁊c. Unde et nature mee ſi assumeretur modo a verbo non adderetur aliqua noua ratio fundamẽtalis dependendi ad verbum sed tantum causaretur in ipsa respectus dependẽtie sicut est in aliꝫ respectibus extrinsecis. Patet de accidente separato ſi vniretur subiecto nihil nouum absolutum causaretur in ipso quod esset ratio fundamẽtalis illius dependẽtie sed ipsa natura sua quã p̃us habuit separatum existens esset sibi ratio fundamẽtalis dependẽdi et solum causaretur in ipso respectus vnionis ad subiectum. Hoc de secũdo articulo questionis.

¶ De tertio articulo supposito nihil dicam modo quia est nimis longus sed infra de hoc faciam vnã questionem specialem.

¶ Ad primum principale dico q̃ nõ omne vnibile alteri est cõponibile sibi vel alteri nisi sit vnibile vt actus vel potentia respectu alicuius. Suppositum aũt diuinum licet sit vnibile nature humane ⁊ ecõuerso Neutrum tamẽ comparatur alteri sicut actus ꝓfectiuus ad potentiam. Hec est etiam aliqua relatio realis suppositi diuini ad naturam extrinsecam cui vnitur sed tm̃ respectus rationis licet nature humane bene sit relatio realis ad verbũ cum qua relatiõe ipsa componitur sicut subiectum cũ accidẽte. ¶ Ex quo patꝫ q̃ per vnionem istam de nouo non ꝓcluditur aliqua mutabilitas vel inouatio in diuino supposito sed tantum in natura assumpta que notatur vel ſaltim recipit talem respectum realem de nouo. ¶ Ad secũdum dico q̃ maior est falsa. Planũ est enim q̃ corpus humanum ⁊ anima intellectiua que differunt pluſq̃ genere sicut corruptibile ⁊ incorruptibile eo modo quo accipiũtur differentia pluſq̃ genere in quarto metaphi. ꝓstituunt vnũ numero vel suppositũ nõ tamen simplex diuisio ⁊ sic indiuisibile sicut alterum ipsorum. Unde dico q̃ natura diuina vel persona ⁊ natura humana nõ obstante q̃ sic distinguãtur pluſq̃ genere sicut corruptibile ⁊ incorruptibile possunt cõstituere vnum supposito vel concurrere in eodem supposito nõ tamẽ p informationem sicut anima ⁊ corpus sed ẽm vnionẽ p̃dictam. Quãdo dicis q̃ que sunt vnum numero vel supposito sunt eiusdeꝫ generis ⁊ speciei. Dico q̃ non opꝫ hoc esse verum vniuersaliter nec de genere predicabili metaphisico vel logico nec de genere phisico ſicut patet qꝛ accidens ⁊ subiectum sunt vnum subiecto ⁊ supposito ⁊tamen nõ sunt eiusdẽ generis predicabilis ⁊ corpus ⁊ anima ⁊ non sunt eiusdem generis phisici. ¶ Ad philosophũ dico q̃ vnum nũero qd̃ vocat Aristoteles indiuiduũ per se alicuius generis est vnum specie ⁊ vnũ genere: qꝛ vnum ĩdiuiduum nõ potest ꝓtineri nisi sub vna specie ⁊ vno genere generalissimo vel in eodẽ ordine ⁊ istud nõ spectat ad propositũ vt patꝫ. Hã licet indiuiduum vel singulare alicuius generis sit vnum genere vel specie põt tamẽ ꝓcurrere in eodẽ supposito cũ aliquo alio quod nõ est eiusdem generis cum ipso sicut patet de hac natura humana in ꝛpo ⁊ de hac albedine in subiecto. ¶ Ad confirmationem qñ dicit q̃ nullam habẽt ꝓportionem sicut nec finitum ⁊ infinitum. Dico q̃ non habẽt ꝓportionem ꝓmẽsurationis ſz habitudinis p̃dicte potẽtialis fundari in natura humana ad diuinũ suppositum ⁊ p̃terea diceretur q̃ suppositum etiã diuinum vnde suppositum ⁊ tale non est formaliter in infinitum sicut nec ꝓpꝛietas personalis. ¶ Ad tertium dico q̃ licet p ꝓpꝛium suppositum humane nature nihil positiuum reale addat ſup hanc naturã q̃ tamẽ nõ sunt idem penitus extra intellectum sed suppositum addit super naturam illas negatiões extra intellectũ quas non facit intellectus. Sicut nec intellectus facit ceritatem que non est nisi negatio visus in oculo ⁊ qꝛ vna illarum negat vnionem dependẽtie ad extrinsecum suppositum seu dependẽtiam que est vnio. Ideo impossibile est q̃ suppositũ creatum manẽs supposituꝫ assumatur qꝛ in hoc ꝓtradictio implicatur manifesta. Sed possibile est q̃ natura assumat̃ nec hoc impedit aliqua ꝓtradictio sicut patet ex p̃dictis. ¶ Ad vltimuꝫ dico q̃ natura quelibet substãtialis dat illi supposito cui inititur esse substãtiale sic q̃ ipsa vel per vnionem vel per identitatem ipm̃ est tale aliquo modo. Natura ergo humana vt quo verbum est homo nõ p idẽtitatem sed p vnionem natura ergo humana vt quo verbum habꝫ aliquod esse substãtiale vt esse hominẽ. Sed hoc non esse primariuꝫ diuini suppositi. Hec opꝫ q̃ natura substãtialis det primũ esse substantiale supposito cui inititur nisi illud sit suppositum proprium ⁊ ita nõ oportet q̃ hũana natura substãtiet diuinũ suppositum sed potest depẽdere essentialiter ad ipsuꝫ ⁊ ipm̃ p̃supponere sicut patꝫ. q̃re ⁊c. ¶ Dices qũo per istam vnionem habet esse verbum tale puta eẽ hominem? Aut eñ hoc est p se aut per accidens. Non p se vt videtur qꝛ nõ primo modo nec aliquo alio modo dicẽdi p se sicut patet. Hec etiam p accidens qꝛ natura humana nõ est accidẽs. q̃ ⁊c. Preterea accidens vt natura cõmunicabilis nõ p̃dicatur de subiecto nisi qꝛ inheret sibi. Sed natura humana nõ inheret ergo ⁊c. Dico ad hoc q̃ ista natura nõ predicatur in cõcreto de verbo per se aliquo modo dicẽdi per se. Hec etiã per accidẽs de mõis illis de quibus Aristoteles loquitur. Sed dico q̃ aliquo modo p se qꝛ nõ p accidẽs eo modo quo accidens de subiecto licet aliquo modo etiam p accidens forte qꝛ nõ p̃dicatur sicut aliquid de suo conceptu quiditatiuo nec ecõuerso nec ipm̃ quo modo aũt hec p̃dicatio sit vera magis patebit ifra in illa questione que fiet vtruꝫ ista predicatio sit vera de⁹ est homo qꝛ nõ est ad presens discutiendum de hoc causa breuitatis.

¶ Distinctionis Prime.
Questio Secunda.

Secundo quero. Utrum per scripturã canonicaꝫ a Judeis receptã possit efficaciter ꝓbari personã diuinam fuisse incarnataꝫ ⁊ messyam promissum a legeꝫ ꝓphetis aduenisse de facto.

¶ Videtur q̃ non Primo qꝛ ſi potuisset hoc ꝓbari vel posset non est verisimile quin iudei periti in scriptura veteris testamenti puerterẽtur ad ꝛpm̃. Sed planum est q̃ sunt multi tales qui non cõuertũtur. ergo ⁊c. ¶ Secũdo sic ysaye 2°. dicitur de aduentu messye ẽm expositores. Erit in nouissimis diebus p̃paratus mons domus dñi in vertice mõtiuꝫ ⁊ fluent ad eum oẽs gentes. Et sequitur. Et ꝓflabunt gladios suos in vomeres ⁊ lanceas suas i falces nõ leuabit gens cõtra gentem gladiũ nec exercebuntur vltra ad prelium. Sed Jesus nazarenus non fuit in nouissimis diebus qꝛ post ipm̃ multa tẽpora fluxerunt nec mons domus domini q̃ ẽ mons syon fuit adhuc positus in vertice trium montium scilicet montis Thabor ⁊ Synay ⁊ montem Carmeli qui ad locum hierusalẽ sunt a dño transferendi. Hec ad montem Syon fluxerunt oẽs gentes qꝛ non omnes crediderũt adhuc in Jesum nazarenũ/ nec adhuc credunt. Similiter etiã post temp⁹ iesu nazareni gens leuauit cotra gentẽ gladium ⁊ fuit exercitium ad p̃lium grauissimum qꝛ in Judea fuerunt bella atrocissima tempore Titi ⁊ Vaspasiani ergo non fuit vere ꝛpus vel messyas. ¶ Tertio sic ysaye. xi. dicitur de aduẽtu messye ẽm oẽs. Egredietur virga de radice Jesse. Et sequitur ibidem. Habitabit lupus cũ agno ꝛpardus cũ edo accubabit. Et sequitur. Delectabitur infans ab vbere super foramina aspidis ⁊ in cauerna reguli qui oblectatus fuerit mittet manum suam. Sed ista nõduꝫ

ysaye 2°

ysaye. xi.

sunt impleta. Nondum enim animalia silvestria sunt domestica nec habitant pacifice cū domesticis. Si militer etiam patz q animalia venenosa adhuc nocent pueris ⁊ infantibus ⁊ hoibus nec possunt secure ludere cum eis. ergo ⁊ sic non venit xpus.

Deutronomio 30. ¶ Quarto sic. q: Deutronomij tertio dicitur sic. Si ad cardines celi fueris dispatus inde retrahet te dominus deus tuus ⁊ assumet atqz ītroducet in terram quam possederunt patres tui ⁊ hoc ēm expositores intelligitur esse vel fore in aduentu messye. Sed hoc nō est impletum q: Judei per totum mundū sunt dispersi ⁊ non sunt ꝓgregati ergo nō venit xpus nec messyas. ¶ Si dicatur q hoc fuit impletum in reductione de captiuitate babilonica

Eze. 39. Contra hoc arguit p illud Ezechielis. 39. Sciēt q ego dominus eorum eo q trāstulerim eos in nationes ⁊ cōgregauerim eos sup terrā ⁊ nō dereliq̄rim quēquam ex eis ibi. Multi autē derelicti sunt de captiuitate Babilonica ⁊ Asyriorū q: non oes reuersi sunt. ergo tunc non fuit impletum qd predictum est.

¶ Contra quia multi litterati ⁊ doctores eorum peritissimi in lege ⁊ scriptura peperūt xpm aduenisse ⁊ scripturas de ipo esse impletas ⁊ sic a tpe xpi aliqui ⁊ ad ipz sicut ad messyam verum deum ⁊ verum hominē fuit cōuersi. Patet de Natanaele Nichodemo ⁊ Gamaliele ⁊ apostolo Paulo ⁊ Josepho quātum ad dictum suum sicut allegabitur infra. Vnū ⁊ Johānis. 12. di

Jo. 12. citur q de principibus multi ceciderūt in eum sed ꝓpter phariseos nō ꝓfitebātur ne de synagoga expellerētur. Et dicebantur tunc principes sacerdotes ⁊ legis doctores ergo videtur rationabile q ꝓbari possit per scripturam eorū xpm messyam vere deum ⁊ verum hominem aduenisse.

¶ In ista questione sic proce/dam. ¶ Primo pmittam aliqua ad euidētiā questionis vel terminorum. ¶ Secūdo q: questio implicat duo. Vnuz de persona xpi vel messye an possit probari q sit deus ⁊ homo. Et aliud de tempore an scilicet possit probari aduenisse de facto inq̄ram primum istorum. ¶ Tertio inquiram de secō ¶ Quarto mouebo aliquas instantias iudeorum contra dicta ⁊ soluam. ¶ Quinto ⁊ vltimo respōdebo ad rationes contrarias pncipales.

¶ Quantum ad primū intel/ligendum est primo que sunt scripture recepte a iudeis ⁊ dico q libri canonici veteris testamenti recipiuntur ab eis tanq̄ deo inspirāte scripti ⁊ sunt in vniuerso. xxij. ēm antiquam cōputationes scōm numerum literarum sui alphabeti ⁊. 24. ēm modernam ⁊ nouam cōputationem. Et q: lamentationes Hieremie ⁊ lib. Ruth ponūtur modo pro duobus libris a libris Hieremie ⁊ iudicium separatis de istis libris quinq̄z dicuntur legales scilicet quinq̄z libri Moysi ⁊ sunt in primo ordine apō iudeos sicut ⁊ apud nos. ¶ Alij dicūtur prophetales scilicet Josue Judicum Samuel primus ⁊ secūdus regum Malachim tertius ⁊ quartus regum ysaias Hieremias Ezechiel libri. 12. prophetarum et isti sunt in secūdo ordine. ¶ Reliqui libri dicūtur agyographi idest scripture sancte vel sanctorum ⁊ sunt isti libri psalmorum. Parabole Salomonis. Job. Ecclesiastes cātica. Ruth lamētatiōes. Hieremie. Hester. Daniel. Esdras. Paralipomenon. ⁊ isti sunt in tertio ordine. ¶ Secundo dico q isti libri sunt apud eos multipliciter conscripti. Vno modo pure hebrayce sicut primo traditi sunt scilicet sermone hebrayco. Alio modo hebrayce ⁊ nō purevidelicet sermone caldaico scz litteris hebraicis quia caldaicum ⁊ hebraicum sunt ydiomata ꝓpinqua eundem numerum litterarum habētia que littere quāuis discrepent in figura tamē conueniunt in sono ⁊ ꝓtuteyt dicit Hieronym⁹ i sermōe galeaco ⁊ ideo vnum ydioma potest faciliter scribi ꝓ litteras alterius. Hoc igit mō plures scripserūt ve tus testamētum ⁊ maxime Jonathan filius Oziel cuius scriptura est ita autentiqua apud hebreos q nullus ausus fuerit sibi contradicere propter quod in libris notabilibus iudeorum ponitur hebraicuz purum in vna colūna ⁊ caldaicum scriptum ab illo Jonathan litteris hebraicis in altera ⁊ vtuntur in dei isto caldaico quasi pro expositione quia aliqua que erant multum obscura in hebraico puro clari⁹ ponuntur ⁊ quasi exponuntur in illo caldaico vt infra patebit magis ⁊ ideo illa translatio necessaria est ad disputandum cum iudeis in multis passibus Similiter etiā translatio 70. iterp̄tuz hētur apud eos saltē aliquos studiosos. Illi ēm septuaginta īterpretes fuerūt electi de toto populo israel tanq̄ excellentissimi ⁊ litteratissimi ⁊ periti in lingua hebraica greca secūdum Josephum duodecimo libro antiquitatuz. Ipsi autem non semp trāstulerunt de hebreo in grecū verbum in verbo sz frequenter sensum ex sensu mutātes aliqua vel ocultātes ex industria que possent esse causa errozis Tholomeo regi. Hanc autem translationē non possunt ipi negare ⁊ dato q nusq̄z apud eos haberetur tāq̄z factum sapientissimorum virorum suorum. Unde ⁊ studiosi iudeorum voluerunt i ham habere q: ipsam scripserunt sapientiores ⁊ meliores de toto populo illo ⁊ in tanto numero existentes ⁊ ideo de illa possumus nos iuuare ad probadum aliquid cōtra ipsos. Scriptura ista non differt a canonicis scripturis nisi sicut lex data verbo a lege data i scripto q: ista fuit reuelata Moysi a deo sicut illa que sunt scripta in libris Moysi. Sed tunc Moyses non scripsit ea que continētur in Thalamud ⁊ hoc potuit esse duplici de causa vt pote q: non erat necessarium vt populus sciret talia sicut erat necessarium de legis preceptis vel quia talia erant magis in secreto habenda. Moyses tamē tradidit ea Josue ⁊ alijs senoribus verbo sicut habuerat a domino ⁊ illi alijs posteriozibus eodē modo: ⁊ sic ꝓnter quousq̄z scripta sunt talia per doctores ne caderēt in oblivionem. ¶ Quarto dico q dicta doctorum hebreorum qui glosauerunt vetus testamētū sunt autentiqua apud eos multomagis q̄z apud nos dicta Hieronymi vel Augustini et aliorum doctorū catholicorum ⁊ hoc potissime ꝓpter illō quod scribitur deutrono. 17. Non declinabis a verbis eorū ad dexteraz sicut ad sinistram. Ubi loquitur scriptura de sacerdotibus ⁊ doctoribus ad quos precipit scriptura in dubijs recurrere ⁊ eorum sentētiā indiscusse tenere: licet autem huius scripture sicut Thalamud ⁊ glose eorum doctorum ⁊ huiusmodi pro magna parte sint false tamē per eas possumus contra eos efficaciter arguere sicut ⁊ ipsi facerent contra nos ex eu ālio ⁊ scripturis apostolorum ⁊ huiusmodi licet reputēt huiusmodi scipturas esse falsas. ¶ Ultimum dictū premittēdum est quia in questione propositū est an possint per ꝓdictas scripturas a iudeis receptas illa que implicātur in qō ne efficaciter ꝓbari cōtra iudeos distingue de ꝓbatione efficaci. Vno ēm modo potest accipi efficacia probationis talis ⁊ tanta q nō possit euitari sine cōtradictione vel euidenti negatiōe scriptu re ⁊ sic non videtur adhuc probatum ꝓ dictas scripturas illud qd in questione queritur. Cuius ratio est q: misterium incarnationis xpi expressius ponitur secundum omnes in nouo testamēto q̄z in scriptura veteris testamenti ⁊ tamen heretici multi totum nouum testamentum recipiunt ⁊ pro suis erroribus ipm exponunt. Aliqui tamen ipsorum negāt diuinitatem in xpo sicut Arrius ⁊ aliquiveram humanitatem sicut Manicheus qui dicit ipsum habere carnem fantasticam ad quod sequitur ipm non esse verum hominem quia causatio vera est de veritate hominis vel humane nature. vij. metaphisice. Similiter etiam Arrius dicit nō habere animā sed verbum supplere locum anime quod tamē verbum posuit creaturam. Similiter apollinaris dicit ipm non habere animam intellectiuam licet assumpserit sensitiuam ⁊ ad dictuz vtriusq̄z sequitur Christum nō esse verum hominem cū ab anima intellectiua sicut a vltima forma partiali accipiatur veritas humane nature. Si igitur predicti heretici pro se exponebāt scripturam noui testamēti multomagis iudei possunt pro se exponere scripturam veteris testamenti. ¶ Alio modo potest efficacia probationis accipi per scripturam sic q licet scriptura posset aliter exponi aliquo modo saltē ad euadendum absq̄z cōtradictione manifesta: tamē simpliciter loquendo non potest alio modo rationabiliter exponi quin semper magis appareat expositō fidei catholice rōnabilior ⁊ hoc modo puto esse loquendum ꝓsequēdo questionem de probatiōe efficaci sicut etiā dictū fuit in primo q per scripturas ab eis receptas potest efficaciter ꝓbari ꝓtra ipos trinitas personarum in deo quam ipi negant fortissime. Sicut ⁊ ipsam negauit Sabelius heretic⁹ vt in eodem primo dicebatur. Hoc de primo articulo principali.

¶ Quantum ad secūdum ar/ticulum Dico q efficaciter probari potest per scripturas a iudeis receptas q xpus ⁊ messyas ꝓmissus in lege ⁊ ꝓphetis sit verus deus ⁊ verus homo

Hie. 33. ¶ Ad hoc autem probandum adducuntur plures auctoritates. Prima est Hieremie. 33. vbi dicitur sic. Ecce dies veniunt dicit domin⁹ ⁊ suscitabo dauid germen iustum. Et q: secūdum omnes ista auctoritas exponitur de auētu messye patet per istam auctoritatem xpi humanitas sequitur in eadem serie textus ⁊ de eadem persona. Et hoc est nomē qd vocabunt eum dominus iustus noster Per qd habetur ipsius xpi vera diuinitas quia vbi habemus dominus in hebraico habetur nomen domini tetragramaton quod quidem nomē est ꝓprissimum inter omnia nomina diuina ⁊ ꝓpter hoc de nullo dicitur nisi de deo vero. Hoc dicit expresse Rabi Moyses in libro directionis perplexorum dicens q oia nomina diuina deriuata sunt ab operibus diuinis ꝓter nomen domini tetragramaton quod est appropriatum altissimo creatori q: secūdū ipm significat diuinam essentiam cū proprietatibus suis intrinsecis. ¶ Cetera autem nomina imposita sunt ab operibus diuinis sicut patet de hoc nomīe Heloij / ⁊ Adonay que inter cetera videntur magis ꝓpria ⁊ tamē hoc nomē el vel eloy imponitur ad significādum deum ex generali prouidētia propter hoc etiā cōmunicatur alijs. Unde iudices ⁊ sapiētes ⁊ diuina sciētia ꝓditi aliquādo nominant eloy in sacra scriptura ēm q dicitur in psalmo. Ego dixi dij estis. ⁊c. In hebrayco ponitur eloym ⁊ consimilia habētur in pluribus locis. Similiter de hoc nomine Adonay quod imponitur a vniuersali pēsidentia ⁊ ideo bene dicitur in scriptura de sapientibus ⁊ potentibus ⁊ regibus. Non sic autē de nomine domini tetragramaton quod significat diuinam essentiam nudam ⁊ purā absq̄z respectu ad extra vt dicit doctor predictus ⁊ ideo nō est cōmunicabile alteri: ⁊ ideo cum ipse xpus nominetur hoc nomine vt patet per auctoritatem palegatam Hieremie. 33. Patet q xpus est vere deus. Hanc etiaz auctoritatem tractat vel allegat Augustinus. 18. de ciuitate. cap. 54. Similiter illam Baruth. Hic est deus noster. ⁊c. Posthec in terris visus est. ⁊c.

¶ Sed ad istam auctoritatem respondetur primo q nomen domini tetragramaton nō dicitur de deo tantūmodo: sed etiā de alijs. Patet in plurib⁹ locis scripture Ezechielis vltimo de illa ciuitate que ibi describitur. Nomen ciuitatis dominus ibidem ⁊ in hebraico ponit nomē dñi tetragramaton. Itē Genesis. 22. Vocauit Abraham nomen loci illius dñs videt: ⁊ ibi similiter vbi habem⁹ dñs ponitur nomen dñi tetragramaton. Item Judicū. 6. Edificauit ergo ibi Gedeon altare dño vocauitq̄z illud dñi pax. Hebreus dicit dñs pax: ⁊ habetur ibi nomen domini tetragramaton. Itē Exodi. 17. Edificauit Moyses altare ⁊ vocauit nomen eius dñs exaltatio mea ⁊ est ibi nomen domini tetragramaton vbi habemus dñs. ¶ Secō respondetur ad ꝓdictam auctoritatem corrūpendo veram literā dicendo q sic est in hebraico Hieremie. 33. Et hoc ē nomē q vocabunt eū dominus iustus noster. Ita q nomen domini tetragramaton loco cuius ponit in trāslatione nostra Dominus vt dictum est non refertur ad messyam filium Dauid: sed ad deū verum qui vocabit ipsum ad liberationem populi sui quādo sibi placuerit. ¶ Tertio respōdetur ab aliquibus dicentibus q per hoc non habetur q messyas sit deus q: non dicitur q debeat esse deus sed q vocabitur deus. ¶ Sz dico q solutio prima nō est bona q: nomen domini tetragramaton nulli ꝓdictorum cōmunicatur de quibus in ipa obijcit sed nominatur quodlibet predictorum a quodam effectu dei qui deus solus nominatur ⁊ hoc nō est incōuenies sicut aliquis homo bene vocatur a deo datus vel deus dedit vel huiusmodi non tamen vocatur deus absolute ⁊ patet discurrēdo per omnia q̄ ad oppositum adducūtur. Nam Ezechielis vltimo non dicitur nomē ciuitatis dominus vel tetragramaton sed dicitur ibi dominus ibidē. i. denominari debet a diuina inhabitatione ⁊ patz per translationem caldaicā que sic habet nomē ciuitatis exponēt a die qua fecit dominus descēdere diuinitatem suā ibidē. Similiter Genesis. 22. nō dicit vocauit

Abraham nomen loci illius dominus absolute sed dominus videt qz ille locus denominatus est a diuina visione qz vidit ibi humilitatem ⁊ afflictionē ipsius ysaac liberans eum a morte et arietem loco illius ponēs vel qz abraham vidit ibi in spiritu tēplum edificādum per Salomonem in quo deus visurus erat preces populi ⁊ oblationes: ⁊ hoc patet
Gen.22. per caldaicum vbi dicitur Adorauit ibi Abraham ⁊ ait coram domino hic erunt colentes generationes. Similiter Exodi.17. Moyses non vocauit illū
Exo.17 altare nomīe domini tetragramaton absolute sed vocauit illud dominus exaltatio mea a quodā effectu diuino quia dominus liberauerat populum de manu Amaleth ad preces Moysi sicut patet ibidē Similiter Judicū sexto. Gedeon nō vocauit altare illud nomīe domini tetragramaton absolute sed
Judicū sexto. a quodam effectu dei: ⁊ ideo vocauit illud domini pax vel dominus pax qz dominus promiserat sibi pacem ab inimicis psequentibus ⁊ de facto compleuit ⁊ hoc patet per translationem caldaicam. Edificauit ibi Gedeon altare domino et seruiuit super illud domino qui fecit ei pacem. Ex quibus patet q̃ prima solutio non est bona.

¶ **Contra** secundam solutionem nō potest argui nisi ostendo q̃ iudei corrumpūt literam vt negēt xpi diuinitatem. Hoc autem optime posset fieri ex antiquis biblijs que non essent corrupte in passu isto ⁊ in alijs in quibus fit mētio de diuinitate Christi si possent haberi ⁊ hoc modo illi qui precesserunt nos in hoc passu ⁊ consimilibus contra eos arguebāt ⁊ a fide dignis ratione scientie ⁊ vite affirmātibus etiam iuramēto habetur q̃ sic viderant in antiquis biblijs sicut habz translatio Hieronimi superius iducta. Si autem non possint haberi biblie antique non corrupte re
Translatio Hi. 70.iter. currendum est ad alias trāslationes quas iudei rationabiliter non possunt negare. Et primo ad trāslationem.70.interpretū que sic habet sicut trāslatio Hieronimi vt patet per officiū ecclesiasticū qd̃ de illa translatiōe assumptum est. In quo quidem officio sic ponitur. In diebus illis saluabitur iuda ⁊ israel habitabit confidenter ⁊ hoc est nomē quod vocabunt eum dñs iustus noster. Ex quo patet q̃ nomē domini tetragramaton refertur ad ipm xpm.

¶ Si autem q̃ratur quare.70.interpretes sic trāstulerunt cū ipi quātum poterāt occultarent diuinitatem xpi Tholomeo regi ne rex Tholomeus crederet eos adorare duplicem diuinitatez sicut dicit Hieronimus in prologo super penthatheucum et in pluribus alijs locis. ¶ Dicendum est ad hoc q̃ septuaginta iterpretes in hoc loco sufficiēter operuerunt diuinitatē xpi quia trāsferendo de hebraico in grecum potuerunt ponere nomen domini tetragramaton: sed loco illius posuerūt nomē cōmune kyrios quod in greco sonat idē q̃ domin⁹ apd̃ nos. Et hoc nomē indifferenter potest dici de deo seu de quolibet magno principe vel magnate ⁊ eodem modo Hieronimus tranferēdo de hebraico in latinum quia nō habent nomē proprium correspōdēs nomini domini tetragramaton. Ideo loco ei⁹ posuit hoc nomē cōmune dominus quod indifferēter dicitur de deo ⁊ quolibet homine magno propter qd̃ auctoritas predicta. Hieremie.33. non ē efficax ad probandum diuinitatem Christi secūdū translationem Hieronimi: sed solum ex hebraica veritate secundum quem modum ego processi.

¶ Secūdo vt pateat falsitas iudeorum recurrendum est ad translationem caldaicam que est autentica apud eos vt supradictum est in qua dicitur sic Ecce dies veniētes dicit dominus ⁊ statuā Dauid messyam iustum vbi habemus germen iustum. Ex quo patet q̃ hec auctoritas intelligitur de xpo ad literam. Et sequitur. Et hoc est nomen quod ipsi appellabunt eum dominus iustus noster. Et hiere mie.33. translatio caldaica. Et hoc est nomē quod ipsi dicent ei dominus iust⁹ noster ⁊ ibi ponitur nomen domini tetragramaton ibi ponitur hoc nomē dominus. Ex quo patet q̃ in hebraica veritate nō est vocabit sed vocabunt ⁊ sic nomen domini tetragramaton refertur ad messyam / quo nomine dicit Hieremias ipm appellandum aptis sibi subditis. Transla tio biblie caldaica

¶ **Contra tertiā** solutionē patet q̃ nō valet quia si ista noīatio vel vocatio vera est sequitur q̃ ipe sit deus re sicut ⁊ nomine. Sic autem est in pposito quia ibidē premittitur de ipo sic nominato. Ecce dies veniūt dicit dominus ⁊ suscitabo Dauit germen iustuz ⁊ regnabit rex ⁊ sapiēs erit ⁊ faciet iudiciū ⁊ iusticiā in terra. Hoc autem esset falsum si nomē diuinitatis pprium sibi vsurparet ⁊ in illo nomie vocari se permitteret nisi secūdum veritatē de⁹ esset. ¶ Itē licet iudei expectāt messyam purum hominem venturum tamen expectāt eum sicut pphetam sanctissimum ⁊ sanctiorem Moyse. Hoc autem esset impossibile vel falsum si permitteret se vocari nomine domini tetragramaton nisi sic esset secūdū veritatem imo videretur incurrere peccatum blaphemie ⁊ sic patet q̃ tertia solutio nulla est ⁊ q̃ stat prima auctoritas principalis.

¶ **Secūda prin**cipalis auctoritas ad pbandum xpm deum eē verum ⁊ hominē verum accipitur ysaye nono vbi dicitur sic. Paruulus natus est nobis ⁊ filius datus est nobis ⁊ factus est principatus super humerum eius ⁊ vocabitur nomen eius admirabilis cōsiliarius deus fortis pater futuri seculi princeps pacis. Per hoc enim q̃ hic dicitur Paruul⁹ natus ē nobis. ⁊c. ostenditur ipsius xpi vera humanitas. ysaye.9.
Per hoc autem q̃ subditur ⁊ vocabitur nomē ei⁹ admirabilis deus fortis. patet ipsius vera diuinitas. ¶ Sed ad hanc auctoritatem respondent hebrei q̃ in hebreo non habetur vocabitur sed vocabit. ⁊ sic illud quod īmediate sequitur quod exprimit diuinitatem non refertur ad paruulum natum sed ad deū nominātem ipm ⁊ nomen pueri ponitur in fine auctoritatis cū dicitur princeps pacis. Ita q̃ scōm eos non est ibi princes sed principē in actō ⁊ hoc de facili possunt dicere q̃ nomina apud eos sunt indeclinabilia ⁊ ideo eodē modo scribitur nominatiuus ⁊ accusatiuus. Est igitur sensus auctoritatis secūdum eos talis paruulus natus ē nobis ⁊c. Et vocabit ille qui est admirabilis consiliarius deus fortis pater futuri seculi nomē eius id est nomen paruuli nati principem pacis ⁊ ideo dicūt vltra q̃ ista auctoritas intelligenda est de Ezechia rege Juda sub quo dedit deus pacem populo interfecto exercitu Supnacherib regis Assyriorum ab angelo diuinitus misso vt habetur quarto regum.19. Vel si dicatur q̃ de Christo debeat intelligi per hoc non probatur eius diuinitas. Hebreo interpta tio.

Sensus verus pee. aucto. ¶ Sed quia sic respondentes corrūpunt textum. Ideo hic recurrēdum est ad alias translationes sicut in alia auctoritate fuit dictum et primo. patet hoc falsum p̃ translationem.70. interpretum que hic habet vocabitur sicut ⁊ translatio Hieronymi ⁊ q̃ nomina exprimētia diuinitatem xpi velauerūt in sua translatione ratiōe predicta in prima auctoritate ⁊ ideo sic transtulerunt. Puer natus est nobis ⁊ filius datus est nobis cuius imperium super humerum eius / ⁊ vocabitur nomen eius magni cōsilij angelus. Et ideo modo isto in officio misse recitatur in natiuitate domini qz officium ecclesiasti cum in hijs que accipiuntur de veteri testamēto sequitur trāslationem.70. interpretum vt in plurib⁹ Per hanc autez translationē patet q̃ in hebraico non est vocabit sed vocabitur ⁊ per psequēs q̃ ista nomina admirabilis deus fortis. ⁊c. que sunt exprimentia diuinitatem referunt ad puerum natū sicut ⁊ illud quod istis nominib⁹ correspondet in translatione.70. interptum scilicet magni psilij angelus quod idez significat implicite ⁊ velate sicut illa nomina significant explicite ⁊ etiam manifeste: quia maximum secretum ⁊ consilium diuinū fuit incarnationis diuine misterium anteq̃ in effectu cōpleretur. Patet etiā per hanc translationez nō potest intelligi de Ezechia rege Juda: quia ista nomina diuinitatem exprimentia sez admirabilis. ⁊c. non possunt ei cōuenire ⁊ p psequēs q̃ in fine auctoritatis nō habetur in hebraico principē pacis in accusatiuo: sed princeps pacis qz sicut dictum est in auctoritate pmittitur vocabitur ⁊ nō vocabit ⁊ p cōsequens si in fine auctoritatis poneretur principez pacis in accusatiuo nihil esset dictu vt patet de se. Item quod dicunt istā pacē debere intelligi de pace que fuit sub Ezechia iterfecto exercitu Supnacherib. Patet falsum per sequētem textum qz īmediate subditur in auctoritate ysaie p̃dicta. Multiplicabitur eius imperium ⁊ pacis non erit finis qz illa pax q̃ fuit sub Ezechia fuit satis breuis vt patet inspicienti. 4. regum. ¶ Iterum predicta responsio iudeorum patet falsa per trāslationem caldaicam que sic habet. Infans datus est nobis ⁊ filius datus est nobis ⁊ recipiet sup se legem ad seruandum eam ⁊ vocabitur nomē eius de ante mirabilis psilio deus fortis permanēs in secula seculoꝝ messyas in cuius dieb⁹ pax multiplicabitur. Per hoc enim q̃ dicitur hic messyas. Patet q̃ hec auctoritas nō est intelligenda de Ezechia sed de xpo Per hoc autem q̃ hic dicitur ⁊ vocabitur de ante mirabilis consilio deus fortis. patet q̃ nomina diuinitatez exprimentia referuntur ad Christū. Ita q̃ ipe est vere deus q̃ autē interponitur hic ista demōstratio de ante q̃ nō est in hebraico hoc est ad de notādum q̃ nomē Christi prius vocatum est a deo ⁊ etiam ab angelo q̃ temporaliter nasceretur sicut habetur Luce secundo ⁊ Mathei primo. ¶ Qui autem in hac translatione caldaica dicitur et recipiet super se legem ad seruādum eam loco cuius in hebraico ⁊ in translatione Hieronymi habet. Et factus est principatus super humerum eius. Hoc est ad denotandum q̃ Christus erat impleturus legem ⁊ seruaturus ꝛm q̃ ipe dicit expresse Mathei quinto. Non veni soluere legem sed adimplere. Transla tio calda ica.

Judeoꝝ falsitas. ¶ Item notandum est q̃ per vnum aliud apparet falsitas iudeorum. Nam in predicta auctoritate ysaie vbi dicitur de Christo Multiplicabitur eius imperiuz in hebraico ponitur lemarbe quod sonat in latino ad multiplicandum ⁊ scribitur hec dictio hebraica sicut hic litera mē clausa ponitur ī medio dictionis quod est contra naturam huius littere ⁊ vsus scribendi secūdum modum hebraicum qz nus q̃ alibi ponitur nisi in fine dictionis sic clausa secūdum q̃ tangit Hieronymus in prologo galeato. Quinq̃ lre duplices heb.
Vbi dicit q̃ apud hebreos sunt quinq̃ littere duplices quia per eas aliter scribūt fines dictionum ⁊ aliter media ⁊ principia. Et de istis quinq̃ litteris vna ē litera men. Vna est men aperta alia clausa ⁊ men clausa semp ponitur in fine dictionis men aperta in principio vel medio. Hic autem vt predictum est ponitur men clausa in medio dictionis ad denotandum q̃ Christus de quo loquitur prophetā erat nasciturus de virgine clausa ⁊ preter modū nature ⁊ q̃ misterium incarnationis erat clausuz ⁊ secretum. Sicut enim poeta per figuras grāmaticales significabāt aliquid subtiliter intelligentib⁹ sic prophete per talem modum scribendi insolituz misteria oculta aliquando designabant / ⁊ hoc mō Moyses significauit pluralitatem personarum in vnitate diuine essentie cōiungendo hoc nomen heloym cum verbo singularis numeri vt dictum est in primo.

¶ **Tertia auctoritas** ad pbandum incarnationez diuīe persone accipitur Michee quinto. Et tu bethleem effrata paruulus es in milibus iuda. Ex te enim mihi egredietur qui sit dominator in israel et egressus eius ab initio a dieb⁹ eternitatis. Michee quinto.
Quod autem hec auctoritas intelligat de Christo ad literam patet ex translatione caldaica que sic habet. Ex te mihi egredietur messyas vbi nos habemus Ex te mihi egredietur qui sit dominator. Per hūc autem exitum de Bethleem manifeste ostenditur ipsius Christi humanitas qui secūdum carnem natus est de semine Dauid qui fuit de bethleem vt habetur primo regū.16. ppter q̃ scribe iudeorum et periti in lege responderūt interrogati ab Herode de loco natiuitatis xpi q̃ nasceretur in bethleez ⁊ confirmauerūt dictum suum per hac auctoritatem Michee quinto. vt patet Math.2. Hanc auctoritatem adducit August. xviij. de ciuitate. ca.30. vide ibi ⁊ scdo ponit canticum Abacuth. ⁊ cōcludit illam auctoritatem. Ego autem in domino gaudebo ⁊ exultabo in deo Jesu meo. Per exitum eius a diebus eternitatis exprimitur natiuitas ei⁹ eterna qua semper nascitur a patre ⁊ semper natus est. Priore. August.

¶ Sed ad hoc dupliciter respondetur. Primo q̃ per hoc nō intelligitur eternitas xpi secūdum diuinitatem sed p̃uisio vel predestinatio eterna sue natiuitatis in humana natura tantum. ¶ Aliter respondetur qz secūdum aliquos iudeorum. 7. res fuerunt create ante mundum a deo sez lex / penitētia / tehēna / domus sanctuarij / thronus gloie / ort⁹ voluptatis. Plantauerat autē domin⁹ deus paradisum voluptatis a principio id est ante mundū per duo milia annoꝝ ⁊ hoc mō etiā exponūt qd̃ hic dr̃. Et egressus ei⁹ ab initio. ⁊c. qz nomen messye fuit creatū ante mundū mō p̃dicto. ¶ Sed prima rnsio pz q̃ nō valet qz eternitas talis p̃uisionis est oīb⁹ cōis qz oīa q̃tūcūq̃ minima sūt a deo eternaliter p̃uisa ⁊ preordinata ⁊ ita si hoc modo intelligeretur pre Improbāt solu. prece.

dicta auctoritas per ipsam nō exprimeretur aliqua specialitas in xpo respectu aliorum electorū. Propheta autem intendit per ipsam exprimere preeminentiam xpi ⁊ excellentiam vt patet intuenti.

¶ Secunda responsio friuola est ⁊ truphatoria. Lex enim non videtur creari nisi in aliquo intellectu angelico scilicet vel humano ⁊ tamen nullū intellectum creatum ponunt ante mūdum. Similiter etiam penitētia nō fuit nec videtur fuisse ante peccatum. ¶ Itez ita debent dicere de celo ⁊ terra q̄ fuerunt creata ante mundum sicut de orto voluptatis quia dicitur q̄ in principio creauit deus celū ⁊ terram sicut q̄ plantauerat paradisum voluptatis a principio rē. Preterea thronus glorie nō videtur nisi celum. Similiter etiam locus iehēne non videtur nisi terra. Preterea de noie messye quero quid est creatum vel substātia vel accidēs creatus. Si substātia tūc idem est q̄ messyas ⁊ fuit per duo milia annorum ante mundum. Si accidens non videtur probabile q̄ deꝰ creauerit sic vnum accidēs sine subiecto ante mundum. quare ⁊c.

¶ Quarta auctoritas ad pbādū cōclusionē

Cantico rum. 4. predictam habetur canticorum quarto. Egredimini filie syon ⁊ videte regem Salomonem in diademate quo coronauit eum mater sua ꝯm omnes doctores hebreorum vbiq̄ in libro canticorum ponitur nomen Salomonis sub illo nomine intelligendus est ipse deus qui est magnus Salomon id est pacificus qui facit pacem ⁊ concordiam in creaturis per conuersionē partium vniuersi sicut dicitur Job. xxv. Qui facit concordiam in sublimi-

Job. 25. nibus suis. Unde dicunt q̄ in toto libro illo agitur de dō ⁊ synagoga sub nomine Salomonis ⁊ nomine spōse sue seu amice sicut doctores catholici dicūt q̄ in eodem libro sub predictis nominibus agitur de cōiunctione xpi ⁊ ecclesie. ¶ Hoc supposito arguit ad propositum q̄ in predicta auctoritate dicitur de matre Salomonis q̄ coronauit eum. Si igitur nomine Salomonis intelligitur. Deus etiam secundum sensum literalem vt dicunt ergo oportet cōcedere q̄ deus habeat matrem. Hoc autem est ipossibile secundū naturam diuinam vel angelicam ergo ponendum est hoc secūdum humanam que sola inter alias naturas per generationē possibiles videtur cōueniētior ⁊ congrua ergo est verus deus ⁊ homo ipse xpus. ¶ Sed ad hoc respondetur ab aliquibus iudeis dicentibus q̄ deus qui est magnus Salomon/vocat in illo libro ecclesiam israel aliqñ matrem aliquādo filiam aliquādo sponsam ad ostendendum magnum amorem quem habuit ad ipsam. ¶ Sed cōtra hoc videtur q̄ vnus passus obscurus sacre scripture non debet exponi nisi per aliuꝰ clariorem eiusdem scripture. Huiusmodi autem alibi in scriptura veteris testamenti simile scilicet q̄ deus vocet ecclesiam israel matrem: sed bene q̄ vocat eā sponsam in eodem libro canticorum. Hanc auctoritatem adducit Augustinus. 18. de ciuitate capitulo. 36. ⁊ Hieremie secūdo. Recordatus sum tui

Hier. 2. miserans adolescentiam tuam ⁊ caritatem desponsationis tue. Aliquando filiam sicut Hieremie. 31.

eiusd. 31. Usq̄quo delicijs dissolueris filia vaga. Aliquādo sororem vt in eodem libro canticorum. Soror mea sponsa. Item mater habet rationē principij respectu filij. Hoc autem nullo modo potest intelligi de ecclesia israel respectu dei ⁊ sic videtur q̄ predicta responsio non sit rationabilis.

¶ Ultima auctoritas ad hoc accipitur zacha. nono. exulta satis filia syon iubila filia hierusalem Ecce rex tuꝰ

3. zacha. 9. veniet tibi iustus ⁊ saluator ipse pauper ⁊ ascendēs super asinam. Scōm doctores hebreorum. ¶ Ista auctoritas nō potest intelligi ad literā nisi de messya. Per hoc aūt q̄ dicitur hic pauper ⁊ ascendēs super asinam ostēditur eius humanitas in qua sicut pauper inter homines conuersatus est. Per hoc aūt q̄ dicitur rex iustus ⁊ saluator ostenditur in eo natura excellentior per quam possit saluare ⁊ regenerare q̄ pauper secūdum q̄ huiusmodi est impotēs ad talia ⁊ ideo fuit simul in vnum diues ⁊ pauper. Diues in natura diuina/pauper in humana. Et q̄ sic debeat intelligi predicta auctoritas zacharie. Patet per glosam hebraicam apud eos autenticā super illud canticorum primo. Exultabimus ⁊ letabimur in te glosa in te sancto ⁊ benedicto deo.

¶ Simile enim est hoc cuidam regine cuiꝰ maritꝰ ⁊ filij ⁊ generi transierāt mare. Postea per magnū tempus dictum est ei Venerūt generi tui. Respondit Quid ad me letētur filie mee. Dictū est ei venerūt filij tui. Rūdit letenē nurꝰ mee. Mā aūt dictū est ei venit vir tuꝰ. Dixit hec est pfecta leticia mea. Sic factū est vt eēnt pphete dicentes ad hierusalē Filij tui de longe veniēt. Respondit. Quid ad me letentur filie iude. Sed cuꝫ dictum est et zacharie nono. Ecce rex tuus venit. ⁊c. tūc fuit leticia perfecta. Unde ibidem premittitur. Exulta satis filia syon Iubila filia hierusalem. ¶ Ex ista glosa patet q̄ zacharias prophetа loquitur de aduentu dei ad filios israel. Si igitur auctoritas secūdum eos intelligitur de messya qui in eadem etiam auctoritate dicitur venire in pauptate pcludit q̄ ipse sit deꝰ ⁊ homo sicut deductum est supra. ¶ Nota ad hoc probandū versus Sibille. 18. de ciuitate ca. xxiij. Vide ibi. Sed de ipsis iudei non curarent. Et hec de secundo articulo. Versꝰ sybille. 18. de ciui.

¶ Quantum ad tertium articulum dico similiter q̄ potest probari efficaciter q̄ tempus incarnationis diuine sit preteritum. De tpe incarnationis xpi.

¶ Ad hoc autem induco primo prophetā patriarche Iacob Genesis. 49. Non auferet sceptrum de Iuda nec dux de femore eius donec veniat qui mittendus est ⁊ ipse erit expectatio gētium. Sed modo ablatum est regnum ⁊ dñatio a iudeis a tempore Herodis ascalonite sub quo natus est Iesus ergo ab illo tēpore incarnata est diuina persona et venit messyas vel xpus. Hāc auctoritatem allegat Augustinus de xpo. 18. de ciuitate cap. 6. Agens ibi de benedictione Iude a Iacob. ¶ Ad hoc autem respōdetur dupliciter. Primo sic q̄ ista auctoritas nō intelligitur de xpo ad literā: sed de Nabugod. rege babilonis qui missus est ex ordinatiōe diuina contra hierusalē ppter peccata populi vt habetur quarto regū. 24. ex tūc defecit regnū iudeorum quia cepit Sedechiam regem ⁊ excecauit ⁊ filios eius occidit vt habetur ibidem. xxv. capitulo. Nec postea aliquis de stirpe eius regnauit. ¶ Aliter soluitur dicēdo q̄ illa auctoritas intelligit de Roboā filio Salomōis a quo recesserūt decē tribꝰ ⁊ adheserūt Hieroboā filio nabathyt hr. 3. regū. 12.

Iacob genesis. 49.

4. regū.

Sic igitur exponūt predictam auctoritatem. Non auferetur sceptrum de iuda. ⁊c. Donec veniat Sylo quia vbi Hieronymus transtulit qui mittendus est. hebraica veritas habet Sylo et est nomen loci vt dicūt quia in loco venit Roboam vt constitueretur rex super israel ⁊ in illo loco recessit ab eo populus israel ⁊ pstituerūt super se regez Hieroboā qui erat de alia tribu: scilicet de tribu Effraym et sic ablatum fuit tunc sceptrum Israel de Iuda. Verūtamen quia ipi Roboam remāserunt due tribus ideo sequitur ꝯm hebraicam veritatem. Et aggregabuntur ei gentes vbi Hieronymus transtulit ⁊ ipse erit expectatio gentium. ¶ Sed cōtra primam solutionez patet q̄ est falsa quia post captiuitatem babilonicam habuerunt iudei duces ⁊ principes sicut patet de zorobabel Hesdra Neemici ⁊ Machabeis habuerunt etiam reges q̄ Iohannes hircanus Symonis machabei filius imposuit sibi diadema regni ⁊ ex tunc regnauerunt filij eiꝰ vsq̄ ad Herodem qui fuit alienigena a gente iudeorum ⁊ ideo vsq̄ ad tempus illud non fuit amotū omnino dominium iudeorum. Nota de hoc Augustinū 18. de ciuitate capitulo quadragesimoquinto circa finē quo modo scilicet Herodes alienigena regnauit in iudea. ¶ Si autem dicatur q̄ a tempore Nabugodonosoris fuit amotū a tribu iuda de q̄ amotione loquitur prophetia predicta: quia illi qui regnauerunt postea fuerunt de alia tribu quia de tribu sacerdotali scilicet Machabei. Non valet hoc dictum quia zorobabel qui post captiuitatem Babilonicam fuit dux eorum fuit de tribu iuda vt patet expresse ex textu scripture in pluribus locis. Similiter Machabei q̄ tribus sacerdotalis ⁊ regia fuerunt commixte. Et ideo si machabei fuerūt de tribu sacerdotali sequitur q̄ fuerunt de regia.

Predictas solutiones.

Aug. 18. de ci. ca. 45.

¶ Contra secundam responsionem dico q̄ patet falsa per textum tertio regum. 12. q̄ ibi dicitur q̄ ille locus vbi Roboam a populo fuit derelictꝰ vocatur Sichen ⁊ est locus bene remotus ab illo loco qui vocatur Sylo. ¶ Item contra vtrāq̄ responsionem ⁊ consimiles Patet q̄ sunt false per translationem Caldaicam quia vbi Hieronymus trāstulit donec veniat qui mittendus est hebraica veritas habet donec veniat Sylo. Caldaicum habz donec veniat messias quia illud quod erat obscurum per hoc voluit declarare. Et sic patet q̄ predicta auctoritas non potest intelligi de Nabugodonosor neq̄ de Roboam nec de aliquo alio q̄ de xpo. ¶ Quod autem sequitur in hebraico. Et aggregabuntur ei gentes sic est intelligendum quia ī aduentu xpi Iudei p maiore parte obscurati sunt in sua infidelitate: ⁊ gentiles qui nomine gentium designantur aggregati sunt Christo fidem eius devote suscipientes secundum q̄ dicit apostolus ad Romanos vndecimo. Cecitas ex parte cecidit in Israel donec plenitudo gentium intraret. hoc habetur. 15. de ciuitate capitulo vigesimoquinto vide ibi. ¶ Quod autem a tempore Herodis ablatum sit sceptrum a iudeis. Patet quia ipse fuit primus alienigena qui regnauit in iudea. Patet enī eius fuit ydumeus. Iste enim Herodes auxilio romanorum fretus debellauit antigenum regem iudeorum qui descenderat a Machabeis et omnem prolem regiam occidit et libros de genealogia regum cōbussit, ne in posterum deprehenderētur ipse ⁊ filij alienigeni esse a regno Dauid. Interfecit etiam doctores legis qui docebant in populo Deutron. decimoseptimo. De medio fratrum tuorum

Ad Ro. 11.

De iudorum sceptro eis a tpe herodis ablato.

Deu. 17. pones super te regem vt sic auferret iudeis omnez viam recuperandi regnum quod etiam patet per effectum quia ab illo tempore fluxerunt plures ꝯ mille tricēti anni ⁊ adhuc iudei ab illo speptro magis remoti sunt ⁊ longinqui q̄ a principio. Cum igitur ablatio sceptri fuerit eis signum predictum de aduentu christi patet q̄ xpus iam aduenit.

¶ Scda auctoritas ad hoc accipitur Aggei secundo Hec dicit dominus exercituum. Adhuc vnum modicum: ⁊ ego mouebo

aggei. 2. celum ⁊ terram mare et aridam ⁊ mouebo omnes gentes ⁊ veniet desideratus cunctis gentibus sequtur magna erit gloria domus istius nouissime magis q̄ prime dicit dominus exercituum secundum omnes expositores hebreorum. Iste desideratus ē rex messyas siue Christus. ¶ Hanc auctoritatem allegat Augustinus. 18. de ciuitate capitulo. 35. dicens q̄ in parte fuit completa: ⁊ est in aduentu

18. de ci. ca. 35. Christi vel post sicut exponit ibi. Adhuc vnū modicum. ⁊c. Sed expectatur implendus illud et veniet desideratus cunctis gentibus de vltimo aduētu non de primo quia prius in eum crediderunt q̄ desiderauerint ipsum esse venturum: et illud fuit post primum aduentum. Sed capitulo quadragesimoquinto videtur eam allegare de primo aduentu Christi. Unde allegat altum textum. lxx. interpretum. scilicet verificatum in primo aduentu de electis hominibus qui venerunt ad Christum per fidem licet postea capitulo 48. resumat hoc ⁊ exponat intelligendum esse de tempore noui testamēti in secundo aduētu Christi quando vedicabitur.

¶ Tunc arguo primo per illud q̄ adhuc vnuꝫ modicum ⁊ subditur de Aduentu Christi. Et veniet desideratus cunctis gentibus Aggeus enim propheta dixit hoc verbū secundo anno Darij regis persarum. Ab illo tempore vsq̄ nunc fluxerunt anni. 155. anni secundum computationem iudeorum ⁊ plures adhuc secundū cōputationē nostram scz 170. ad minus talis autem numerus annorum nō dicitur in scriptura modicum. Cum ergo propheta dicit restare modicum tempus vsq̄ ad aduentū desiderati. Patet q̄ tempus sui aduentus est preteritum. ¶ Sed ad hoc dicunt aliqui sic q̄ tantum tempus bene dicitur in scriptura modicuꝫ sicut in

psal. 82. ps. 82. dicitur mille anni ante oculos tuos tanq̄ dies hesterna que preteriit. Sed ista responsio non valet quia si tempꝰ totū cōpak eternitati. Ps modicum est ⁊ sic loquitur auctoritas psal. quia diuina cogitatio que per oculos intelligitur eterna est Sed si referatur tempus mille annorum ad expectationem populi sic rationabiliter loquendo non potest dici modicum sed magnum. Unde ⁊ Baruch sexto tempus captiuitatis babilonice predicitur longum quod tamen fuit modicum respectiue.

¶ Item probo propositum per illd quod in auctoritate subditur. Veniet desideratus cunctis gentibus ⁊ explebo domū istā gloria. Et loquitur pphetа de domo dñi edificata a iudeis post reditū captiuitatis babilonice ergo stāte illa domo venit Christus qui propheta dicit illaꝫ replendam esse gloria ⁊ per aduentum desiderati cunctis gentibus.

Domus autem illa destructa est per Titum ⁊ Vaspasianum. 42. anno post passionem domini. ergo ⁊c. ¶ Item per illud quod sequitur in auctozitate Magna erit gloria domus istius magis q̃ prime.
18. de ci. Augustinus videtur sentire. 18. de ciuitate capitulo. 45. q̃ ita maioz gloria domus nouissime accipienda est de ecclesia xp̃i edificata ex lapidibus viuis hominibus que per illam figurabatur non autem de illa cozporali. Unde ⁊ tractat ibi quo modo illa cozporalis secũda quasi nullius momẽti fuit respectu prime ⁊ quo modo fuit conculcata ⁊ dehonozata per Romanos per Alexandrum ⁊ per Anthiocum sicut dicitur hic satis cito post hoc etiam resumit breuiter postea capitulo. 48. vide ibi. Et constat q̃ loquitur de domo eadem supradicta ad cuius edificationem inducebat populum ⁊ predixit maiozem gloriam huius domus q̃ prime edificate per Salomonem. Hoc autem non potest intelligi propter maiozes vel honozes seu cultum diuinum vel edificationes qz status populi in illo tempore erat quasi nullus respectu illi⁹ status qui fuit sub Salomone ꝓpter quod dicitur Hesdre quinto q̃ sacerdotes qui viderant primaz domũ lachrimabantur alijs exultantibus in dedicatione dom⁹ secũde quia nullius momẽti erat respectu alteri⁹ ⁊ ideo non potest intelligi maioz gloria eius nisi per aduentum ipsius desiderati cunctis gẽtibus qui eã glorificauit presentia sua quãdo in ea fuit a matre oblatus secũdum q̃ predixerat Malachyas prophe-
Malachias. 3. cap. ta tertio capitulo. Statim veniet ad templum sanctum suum dominator quem vos queritis ⁊ angelus testamenti quem vos vultis. Ipsam etiã domum honozauit quando ibi fequẽter docuit ⁊ predicauit. ¶ Sed ad hoc respondent aliqui q̃ maioz fuit gloria secũde domus q̃ prime in annis qz plus durauit. Sed hoc non valet quia licet verum sit q̃ plus duraurit hoc tamen non fuit ad eius gloriaz sed magis ad ignominiam quia pluribus temporibus fuit conculcata ⁊ dehonozata: qz Anthiocus Epyphanes posuit ibi abhominãdum ydolum et fecit ibi prostibula mulierum sicut habetur primo Machabeozum ⁊ secũdo. Sed qz illum libzum nõ recipiunt iudei: ideo potest dici hoc quod dicitur Danielis octauo ⁊ hoc etiaz dicit Josephus libzo Antiquitatum duodecimo. ¶ Similiter quando ciuitas Hierosolomitana fuit capta per Pompeium imperatozem romaum ⁊ iterum alias per Herodem Ascolonitam ⁊ vltimo quãdo destructa fuit per Tytum ⁊ Vaspasianum omnibus istis temporibus fuit illa domus derelicta ⁊ conculcata. ¶ Itẽ ista maiozitas durationis nõ videtur esse alicuius glozie notabilis alias enim diceretur lapis maioris glozie ⁊ honozis q̃ homo qz est maiozis durationis. ¶ Item si computemus durationez dom⁹ secunde secũdum computationez iudeozum qui dicunt eam durasse tãtum. 420. annis habem⁹ q̃ prima domus plus durauit quia plures anni fluxerũt a quarto anno regni Salomonis in quo fundata ẽ domus primaq̃ ad quadragesimũ primũ annum regni Sedechie in quo destructa est quia fluxerũt anni. 427. secũdum q̃ potest computari per tempora regum intermediorum inspiciendo tertium ⁊ quartum regum. Perfecta autem fuit vndecimo anno regni Salomonis ⁊ fuit perfecta. 423. ãnis ⁊ sic durauit plusq̃ secunda si accipiatur duratio secunde domus secũdum computationem iudeoz. Licet autem secunda domus plus duraueritvt supra dictum est. tamen ista obiectio est efficax contra iudeos quia procedit ex suppositione computationis eozum. ¶ Patet igitur q̃ tempus aduentus Christi est preteritum ex predicta auctozitate Aggei.

¶ Sed in predicta auctozita/ te restat ostendere quod videtur dubiuz quo modo in aduentu desiderati cunctis gentibus sit impletũ cum dicitur adhuc vnum modicum ⁊ ego mouebo celum ⁊ terram. Et est dicendum ad hoc q̃ celum in aduentu xp̃i motum est accipiendo motum pro qualibet innouatione vel mutatione quia nouitas magna in celo apparuit: qz in natiuitate xp̃i noua stella visa est propter quod reges venerunt ad ip̃z adozandum. ¶ Item circa illud tempus scilz tempore Herodis sub quo natus est xp̃us in iudea de qua maxime loquitur propheta fuit maximus motus terre in tantum q̃ gentes propinque credebãt in iudea nullum hominem remansisse vt dicit Josephus primo libzo de iudaico bello. ¶ Ex quo probabiliter arguitur aliqua notabilis cõiunctio planetarum tunc fuisse seu constellationem ex quibus solent talia accidere. ¶ Quod etiaz mote fuerint tunc omnes gentes. Patet q̃ iminẽte xp̃i natiuitate precepit Cesar Augustus vniuersum orbem describi ⁊ omnes gentes tributarias Romanoruz se profiteri ⁊ propter hoc singuli ibant ad loca vnde erant oziundi ad predicta faciendu propter qd̃ etiam Joseph ascendit de Galilea in Bethleez vt ibi profiteretur cum Maria sibi diponsata vxore pregnante vt habetur Luce secundo. Tunc temporis etiam facta est magna commotio in iudea qz quidã nomine Judasnatione Galileus publice asserebat q̃ nõ licebat Judeis recognoscere dominũ preter deum ⁊ multi iudei sequuti sunt ipsum ⁊ postea interfecti sunt ab exercitu Romanozum secundum Josephum secundo libzo antiquitatum ⁊ idẽ habetur Actuum quinto. Ante hos dies extitit iudas Galileus. ⁊c. ¶ De commotione autem maris non oportet exemplum ponere quia frequenter solet accidere.

¶ Tertia auctozitas q̃ temp⁹ aduentus messye sit completum habetur Danielis nono. vbi angelus Gabriel instruit eum de tempore aduent⁹ xp̃i dicẽtis. 70. ebdomades. Abbreuiate sunt super populum tuum ⁊ super vrbem tuã sanctam vt consũmetur preuaricatio ⁊ finem accipiat peccatum ⁊ deleatur iniquitas ⁊ adducatur iusticia sempiterna ⁊ impleatur visio ⁊ prophetia et vnguatur sanctus sanctozum. ¶ Ad intellectum huius prophetie. ¶ Primo Videndum est quo modo accipiatur hic ebdomas vl ebdomada quod idem est Secundo ad propositum. ¶ Dico autem q̃ in sacra scriptura accipitur ebdomada vno modo pro tempore septem dierum. ⁊ hoc modo accipitur communiter. ¶ Hoc etiam modo loquitur scriptura de ebdomada. Leuitici vigesimoteztio. Vbi scriptura dicit. quod septem ebdomade sunt accipiende a festo pasche que faciunt quadragintanouem dies ⁊ in quinquagesima die celebrãdum est festuz penthecostes. ¶ Alio mõ accipitur ebdomada pro tempore septem annozum que faciunt annos. 49. et hoc modo scriptura loquitur
Leui. 25. de ebdomada leuitici. 25. Vbi dicitur Numerabitis septem ebdomades annozuz que faciũt. 49. annos ⁊ quiquagesimus annus imediate sequetis dicitur iubileus qui apud iudeos erat annus remissionis vt ibidem dicitur. Nec inuenitur ebdomada accipi pluribus modis in scripturis. Hic aũt non potest accipi ebdomas vel ebdomada dierum qz tota prophetia Danielis fuisset completa infra annũ ⁊ dimidium ergo per locum a diuisione oportet q̃ accipiatur pro ebdomada annozuz ⁊ in hoc omnes
Beda. expositozes cõueniunt catholici ⁊ hebrei. Sed dixerunt in hoc q̃ aliqui catholici vt Beda ⁊ sequaces sui dicũt q̃ isti anni intelligendi sunt anni lunares qui sunt breuiozes annis solaribus. xj. diebus. Motus autem fuit ad hoc dicendum ex duobus. Primo ex textu quia dicuntur ebdomades abbreuiate ⁊ sicut dictum ẽ anni lunares sunt breuiozes solaribus ⁊ per ꝓsequẽs ebdomades annozum lunarium sunt breuiozes. Secũdo qz angelus loquebatur Danieli qui erat hebreus hebrei autem com putabant per annos lunares vt dicit Beda ⁊ ideo
ꝓ bedam angelus posuit numerum annozum p̃dictozum per ebdomades annozum lunariuꝰ. ¶ Sed salua Bede reuerentia hoc non videtur esse verum qz in hebraico non ponitur abbreuiate pro vt sonat in detruncationem seu diminutionem: sed in hebraico ponitur p̃cise ⁊ notat temporis determinationem id est non plus nec minus simpliciter. ¶ Secũduz videtur falsum. Si enim iudei computarẽt ẽm annos lunares ita q̃ haberent annũ breuiozem etiaz vndecim diebus q̃ annus solaris quovtimur cum secundum legem teneantur p̃mo mense cuiuslibet anni sui facere pascha ⁊ die determinata scz die q̃ndecima scilicet die quintadecima primi mensis. Sequeretur q̃ pascha Judeozum huius anni anticiparet pascha anni precedentis. xj. diebus ⁊ eodẽ modo pascha anni sequẽtis precederet per vigintti duos dies ⁊ sic ꝓsequẽter anticipando temp⁹ quolibet anno per videcim dies sequitur q̃ ip̃i celebrarent pascha suum ex obligatione p̃cepti infra breue tempus in quolibet mense totius anni quod apparet imediate falsum ex vsu eozum qz semper faciunt pasca eodem tempore ⁊ ideo patet q̃ computant per annos solares sicut ⁊ nos. Licet enim incipiant menses a lunationibus tamen tertius annus apud eos habet. 13. lunationes ita quod per embolismos faciunt extrationem temporis ⁊ sic computant per annos solares sicut ⁊ nos. Dato tamen q̃ computarent per annos lunares nihilomin⁹ haberetur ꝓpositum nostrum vt videbitur. ¶ Secũdo videndum est quot annos continẽt ebdomades predicte ⁊ patet q̃ si multiplicentur. 70. per septẽ
Inceptõ ebdomo. resultant. 490. anni per ebdomades. 70. vel ex ebdomadibus. 70. ¶ Tertio videndum est a quo termino incipiat computatio istarum ebdomodarum. Et dicũt aliqui iudei q̃ incipit ab vndecimo anno regni Sedechie quãdo destructum est primũ templum. ¶ Alij dicunt q̃ incipit in primo anno darij medy quia illo tempore dicit angel⁹ ista Danieli. ¶ Alij autem dicunt q̃ incipit computatio a reditu captiuitatis sub zorobabel duce anno secundo Cyri regis persarum. ¶ Alij autem dicũt q̃ ista computatio incipit a vicesimo anno regni Artharcersis quãdo missus est Neemias ad reedificandum ciuitatem Hierusalem quod ego magis puto ⁊ hoc potest patere ex textu Danielis nono. Daniel .9.
vbi dicit angelus Danieli. Scitd ergo ⁊ animaduerte ab exitu vt reedificetur Hierusalem. ⁊c. Et tunc incipit angelus computare ebdomades cõsequenter vt patet in textu: tunc autez exijt sermo de reedificatione Hierusalem. Cyrus enim prius dederat licentiam de reedificatione templi tantum.

¶ Ad propositum dico q̃ quecũq̃ istarum opinionum sit vera habetur sufficienter propositum scilicet q̃ tempus aduentus xp̃i sit preteritum. Quod Resolutio ꝓsiti.
patet quia angelus determinate. 490. annos vsquequo impleatur visio ⁊ prophetia ⁊ vnguat sanctus sanctozum id est xp̃us. Sed qualitercũq̃ acciptantur anni lunares vel solares ⁊ vbicunq̃ incipiatur computatio secunduin predicta quia inferius non potest accipi q̃ vigesimo anno artharcersis totum tamen tempus preteritum est iam diu est ⁊ hoc sufficit ad propositum nostrum. ¶ Sed ad istam Rabi salomon.
auctozitatem respondet Rabi Salomon dicens q̃ 70. ebdomades non continent tempus precisum vsq̃ ad xp̃i aduentum ⁊ passionis sue misterium vt predictum est: sed continent tempus precisum a destructione primi templi vsq̃ ad destructionem secundi per Tytum ⁊ Vaspasianum ⁊ exponit sic p̃dictam auctozitatem. 70. ebdomades abbreuiate sunt super populum tuum super vrbem tuam. Anteqũ veniat perfecta captiuitas ipsozum per romanos comburentes ciuitatem ⁊ templum eiicientes populum iudaicum vt consũmetur preuaricatio id est vt desistant a preuaricationibus castigati per predictam captiuitatez ⁊ sic deleatur iniquitas eorũ substinendo captiuitatem ⁊ miseriam pro pena ⁊ adducatur iusticia sempiterna id est vt in eternũ iustificentur substinendo talem penam ⁊ miseriam pro peccatis eozum ⁊ impleatur visio ⁊ prophetia id est visiones de xp̃o promisse per prophetas ⁊ vnguatur sanctus sanctozum id est archa domini ⁊ vasa sanctuarij que reprobantur per messyam in fine huius captiuitatis iudeozum venturum sicut dicit ¶ Sed quãtum debeat durare ista captiuitas nõ dicitur ⁊ per consequẽs tempus determinatum aduentus ipsius xp̃i hic nõ diffinitur. ¶ Contra istã ꝓ solutio nem Rabi Salomonis.
solutionem dico q̃ expositio ista falsa est ⁊ extorta Hoc patet primo per litteram precedentem. Vbi dicitur q̃ angelus gabriel venit propter orationez Danielis orantis pro liberatione populi ad declarandum exauditionem sue petitionis ⁊ ideo non solum denunciat eius liberationem a captiuitate babilonica sed etiam perfectam liberationem fiendã per xp̃m de qua Daniel principaliter orabat ⁊ ideo dicere q̃ angelus venerit ad denunciandum perfectam captiuitatem populi sui ⁊ nullu̅z tempus certum liberationis fiende per xp̃m est valde absurdũ ⁊ precedenti litere contrarium quia angelus non venisset ad consolationem Danielis: sed magis ad eius desolationem. ¶ Item quod dicit Judeos desistere a preuaricationibus per captiuitatem. Hoc est falsum quia inter omnes multum vacant sortilegijs ⁊ augurijs que maxime prohibentur in lege eozum sicut testimonium perhibent illi qui nõ uerunt benefacta eozum. ¶ Item quod dicit impleri visiones prophetarum per merita ipsozum est contra illud quod dicitur Deutronomi nono.

Scito q̃ nõ ꝓpter iustitias tuas dñs deus tuꝰ dederit tibi terram hanc ꝛc. ꝛ multominus ꝓpter iusticias eorum implẽda est ꝑmissio de xp̃o vt ptz et maxime qꝛ de eo scribitur ysaie. 8. Et erit ad lapidem offensiõis ꝛ petram scãdali duabus israel ꝛ in laqueum ꝛ ruinã habitãtibus hierusalẽ. Item quod dicit q̃ pervnctionẽ sancti sanctorũ intelligitur vnctiõ arche ꝛ sanctuarij que restituẽtur ꝑ messiam. Hoc est ꝯtra illd̃ quod dicit Hieremie tertio Cũq̃ multiplicati fueritis ꝛ creueritis in terrã in diebus illis dicit dñs nõ dicẽt vltra archa testamẽti domini neq̃ ascendet super coꝛ neq̃ recoꝛdabũt illius nec visitabũtur nec fiet vltra qꝛ cerimonie veteris testamẽti omnino cessauerũt post passionem xp̃i diuulgationem euangelij. Pluribus etiã modis argumẽtari potest cõtra expositionẽ istaꝫ sicut patet magis super Danielem.

ysa. 8.

Hiere. 3.

¶ Vltimo ꝓbatur ex scriptura canonica tempus aduentus christi esse preteritum per illud Danielis tertio. vbi dicitur q̃ Nabugodo. vidit statuam magnã. Huius autẽ statue caput erat ex auro optimo pectus ꝛ brachia de argento ꝑro venter ꝛ femora ex ere. Tibie autem ferree. ꝛc. Et sequitur Abscisus est lapis de monte sine manibus ꝛ percussit statuam in pedib̃ eius ferreis ꝛ fictilibus ꝛ cõminuit omnia. ¶ Per hãc autem statuam designãtur quattuoꝛ magna regna sibi in oꝛbe succedentia sicut ꝛ ipsemet Daniel exposuit diuinitus inspiratus. Primum regnum est caldeoꝛum quod signatur per caput aureum vt ibidem dicitur. Secundum est regnũ persaꝝ qd̃ signatur per argentũ quod subiecit sibi regnum caldeorum. Tertium regnum greco̊rum seu Alexãdri qd̃ signatur per es ꝛ subiecit sibi regnum persarum.

Danie. 3.

Interpꝛtatio statue a Nabugo. vt se.

¶ Quartum est regnũ Romanoꝛum qd̃ signatur per ferrum ꝛ subiecit sibi regnum greco̊rum ꝛ alia regna mũdi sicut ferrũ domat omnia. Per lapidez autem abscisuz de monte sine manibus designatur ipse xp̃us siue regnum eius cui subijciẽdũ p̃dicitur regnũ Roma. Et ĩ hac expositiõe oẽs expositores tã hebraici q̃ catholici ꝓueniũt. Ex hijs arguo qꝛ in predicta ꝓphetia p̃dicitur quod ille cui subijciẽdum erat regnum Romanoꝛũ est ipse xp̃us. ¶ Cũ ergo hoc sit impletuz tẽpoꝛe Cõstãtini ꝛ Siluestri pape quo tempoꝛe romanum imperium per veram fidem subiectuz est Jesu filio marie. Patet q̃ ipse est ꝑe xp̃s ꝛ q̃ messyas aduenerit. ¶ Post auctoꝛitates canonicas adduco contra iudeos aliqua dicta autentica apud eos quia sunt dicta doctoꝛum ipsoꝛum. Primum est glose super illud ysaie. Antequam parturiret peperit. glosa hebraica dicit q̃ antequã natus fuisset ille qui in seruitutes redegit Vltimus natus fuit redemptoꝛ ergo ante natiuitatem Titi qui ciuitatem destruxit ꝛ populum captiuauit ꝛ per venditionem in seruitutem exposuit in tantum q̃ vabantur triginta ꝑo nummo argẽteo vt dicit Hugo Flo. fuit natiuitas xp̃i. Hoc idem patet per translationem caldaicam ibidez. Adhuc non erit ei veniens angustia redimetur ꝛ adhuc nõ veniet ei tremoꝛ cum doloꝛibus ꝓpter partum reuelabitur rex messias. Doloꝛ enim ꝛ angustia partus expꝛimunt maximam calamitatem quam sustinuerunt in obsidione Titi ꝛ Vaspasiani. ergo ante obsidionem illam venit xp̃us: ꝛ hoc multi concedunt inter eos q̃ ipse xp̃us natus sit in die destructionis templi: sed cum ab illo tempoꝛe fluxerit tãtum tẽpus vltra mille annos satis queritur ab eis vbi sit ipse per tantum tempus ꝛ quid facit. ¶ Et dicunt aliqui q̃ ipse est inter angelos viuens sicut Moyses vixit. 40. diebus cum domino in monte ꝛ expectat preceptum domini de apparendo.

Ysayas.

Hugo Floren.

varietas opini. de xp̃o.

¶ Alij dicũt q̃ est vltra montes caspios. ¶ Alij q̃ vadit per mundum sicut pauper ꝛ contemptibilis ꝛ leꝛosus ꝛ humiliatus ꝓpter peccata populi iuxta illud ysaie. 53. Et nos reputauim̃ eum quasi leꝛosum quouscq̃ appareat ex ꝓcepto dei ad liberationem populi. ¶ Talis autem varietas eoꝝ bene ostendit eoꝛum falsitatem. Et ideo dimitto hoc nisi quãtum ad hoc q̃ verum est tempus xp̃i iã aduenisse. ¶ Item per quandam traditionem autentiquam apud eos que ponitur in quodam libro eoꝛum antiquo qui dicitur liber Judicũ oꝛdinariorum. Traditum est a domo Helye id est a discipulis per sex milia annoꝛum erit mundus duo milia vanitatis duo milia legis duo messye. ¶ Circa quod nota q̃ hebꝛei dicũt hoc dictum fuisse a filio mulieris Sareptane quem suscitauit Helyas qui habuit postea speciem ꝓphetie ꝓphetauit de duratione mundi scilicet q̃ duraret sex milibus annoꝛum. Duo autem milia vanitatis dicuntur duo milia peccatoꝛum qꝛ a ꝑncipio mundi vsq̃ advocationem Abrahe defluxit mundus per luxuriam primo vsq̃ ad Noe. Postea per ydolatriam vsq̃ ad Abraham qui primo ausus est publice cõfiteri nomen vnius dei vel vnum deum creatoꝛem celi ꝛ terre secundum Josephum primo libꝛo antiquitatuꝫ ꝛ illud tempus duraui circa duo milia annoꝛum fuerunt enim vltra. 23. Ab illo autem tempoꝛe vocationis Abrahe vsq̃ ad natiuitatem xp̃i fluxerũt duo milia annoꝛum nisi q̃ deficiũt. 28. qui possunt suppleri per. xxiij. qui fuerunt residui de vltra duo ꝓima milia ꝛ per quinq̃ quibus latuit xp̃us i egypto ꝛ sic dicatur totum legis predictum vsq̃ ad reuersionem xp̃i de Egypto ꝛ habemus duo alia milia. ¶ Sed vtrum dies messye vel xp̃i debeant durare duobus milibus annoꝛum non intromitto me Hoc sufficit mihi contra eos q̃ cum iam quattuoꝛ milia annoꝛum a creatione mundi preterita q̃ messyas iam venit ꝛ dies eius iam venerunt a mille annis ꝛ vltra quia iam quinq̃ milia annoꝛum transierunt ꝛ vltra a creatione mundi etiam secũdum cõputationem eoꝛum quare ꝛc. ¶ Hoc dicit expꝛesse Josephus maximus hystoꝛiographus eoꝛum secundo libꝛo antiquitatum perhibens testimonium xp̃o dicens sic describendo tempoꝛa Thyberij Cesaris. Fuit hijsdem tempoꝛibus Jesus vir si tamẽ virum nominare fas est. Erat enim mirabiliũ operum effectoꝛ ꝛ doctoꝛ eoꝝ hoĩm qui libenter ea que vera sunt audiunt ꝛ multos quidem iudeoꝛum multos etiam ex gentibus sibi adiunxit xp̃us hic erat hunc accusatione ꝓmoꝛum nostre gentis viroꝛum cum Pylatus in cruce agendum esse decreuisset non deseruerunt hij qui ab initio eum dilexerant apparuit enim eis iterum visus secundum q̃ diuinitus inspirati. ꝓphete vel hec vel alia de eo innumera miracula futura eẽ ꝓdixerant. ¶ Vltimo arguo contra eos per rationes ꝓbabiles intelligẽtibus scripturam. ¶ Ꝓimo quia considerãdo ꝓcessum veteris testamẽti apparet q̃ filij israel

Li. iudicũ oꝛdinaꝛiorum.

Josephꝰ hiſtoꝛiographus

Hadiu seruierunt dño fuerũt in statu ꝓsperitatis ꝛ si aliquãdo sunt captiuitati ꝛ afflicti hoc fuit ꝓpter peccata eoꝛũ. Modo ita est q̃ ante captiuitatem babilonicã fuerunt ydolatre pessimi ꝛ occisoꝛes ꝓphetaꝛũ in tm̃ q̃ repleuerũt hieꝛusalem sanguine ꝓphetaꝝ vsq̃ ad os vt dr̃ quarto regũ et multa alia mala feceꝛunt ꝓpter que sunt captiuati in babilonẽ ꝛ tamen illa captiuitas non duraui nisi per septuaginta annos. Cum igitur captiuitas in qua sunt modo duraueꝛit per mille ducentos annos ꝛ amplius oꝑtet q̃ ipsa sit ꝓpter pctm̃ graui ssimũ aliquod ꝑm coꝛrespondẽtiam pene. Nõ apparet autem aliud nisi q̃ christum Messiam verum a lege ꝛ ꝓphetis ꝓmissum negantes ꝛ ꝓsequentes crudeliter occideruꝛnt: quia post reditũ captiuitatis babilonice nõ leguntur ydolatrasse nec ꝓphetas occidisse nec tot ꝛ tanta crimina cõmisisse sicut ꝓius ꝛ hoc videtur sentire Rabi Moyses in libꝛo Judicum vbi dicit Jesus nazarenus visus est esse Messias ꝛ interfectus est per domuz iudicij ꝛ ipse fuit causa ꝛ ꝓmeruit vt destrueꝛetur israel in gladio. ¶ Secũdo arguo sic. Doctrina cõfirmata per opera miraculosa que sunt soli ꝰ dei opera ꝛ doctrina vera qꝛ deus nõ est testis falsus. Hoc modo etiã declarata sunt esse vera que dicta sunt per Moysẽ et Josue ꝛ ꝓphetas. Sed doctrina xp̃i ꝛ catholica que dicit xp̃m aduenisse est huiusmodi. Patuit supꝛa per Josephum ꝛ patet: qꝛ christus moꝛtuum suscitauit cecũ illuminauit ꝛ sic de alijs. Hoc etiã dicitur in quodã libello eoꝛũ autẽtiquo qui intitulatur de generatiõe Jesu nazareni q̃ leꝛosum mũdauit ꝛ claudum ex vtero matris stare fecit ꝛ moꝛtuum suscitauit ꝛ multa alia ergo doctrina est vera et per consequẽs christus iam venit. Hec valet qd̃ dicitur in eodem libello q̃ Jesus nazarenus talia faciebat in virtute nominis dñi tetragramaton: qꝛ sciebat ipsum ꝓnunciare. Inuenit em̃ in templo lapidẽ super quem steterat archa dñi antiquitus in quo erat insculptum istud nomen expositũ. Vocak autem expositio istius nominis descriptio ꝛ determinatio quomodo debeat ꝓnunciari. Non valet hoc dico ꝓimo qꝛ nomen dñi tetragramaton cũ sit nomen sanctissimũ ꝑm eos non potest habere virtutem ad faciendũ aliquid cõtrarium nouum diuino puta ad testificandus falsitatem per aliquod opus. ¶ Secũdo quia nomen aliquod non habet virtutem faciendi miracula. Sed deus ad inuocationez sue virtutis ꝛ nominis facit miracula ꝛ non est testis falsus: q̃ ꝛc. sicut ꝓius. ¶ Vltimo sic ꝓtra eos arguo quando scriptura sacra denũciat aliquid futurum ꝛ determinat tẽpus modũ ꝛ locum si omnia ista ꝓcurrant in vnũ manifeste patet q̃ illud qd̃ fuerat ꝓdictũ est adimpletũ. Sic est in ꝓposito de aduẽtu christi ꝛ oꝛtu: qꝛ determinauit tẽpus. Non auferetur sceptrum de iuda ꝛc̃. Gene. 49. Determinauit locũ nascendi Michee. 5. Et tu bethleem terra iuda ꝛc̃. vel bethleem effrata. Determinauit modũ sue conuersationis in paupertate. zacha. 9. Rex tuus venit tibi iustus ꝛ saluatoꝛ ꝛ ipse pauper Similiter modũ moꝛiendi in humilitate ꝛ patiẽtia moꝛtis ysaie habet. Sicut ouis ad occisionẽ duceẽ hec autem omnia manifeste sunt impleta in Jesu: igitur rationabiliter ꝓbari potest ꝛ concedẽdum est ex scripturis q̃ ipse fuit vere Messias ꝛ q̃ xp̃s aduenerit. Et hec de tertio articulo principali.

Raby moyses.

Genesis 49.

Michee quinto.

zacha. 9.

¶ Quãtum ad quartum. Restat ponere aliquas instãtias iudeoꝛum ꝛ ad eas respondere. Ꝓbobant enim q̃ Messias non venerit. ¶ Ꝓimo sic. zacha. 6. dicitur de aduẽtu Messie. Ecce vir oꝛiens nomen eius: qꝛ in translatione caldaica habetur Messias nomẽ eius ꝛ sequitur. Et edificabit tẽplum dño. Jesus autem nazarenus nõ edificauit aliquod tẽplum ergo ꝛc. ¶ Secũdo sic Hiere. 23. Ecce dies veniunt dicit dñs: ꝛ suscitabo dauid germẽ iustum ꝛ intelligitur de aduẽtu Messie ad litteram sicut dictum est supꝛa. Et subdit ibidem. In diebus illis saluabitur Juda ꝛ Israel habitabit confidẽter. Sed nũq̃ tot miserie acciderũt filijs israel sicut a tẽpoꝛe Jesu nazareni q̃ ꝛc̃. sicut patet in destructione ciuitatis ꝛ templi: ergo ꝛc̃.

zach. 6.

Hiere. 23.

¶ Tertio sic. Danielis. 7. Aspiciebam in visu noctis ꝛ ecce filius hominis veniebat. Et ꝑm omnes expositoꝛes loquitur de aduẽtu christi. Jesus autẽ nazarenus nõ venit in nubibus celi: q̃ ꝛc. ¶ Quarto sic. ysaie. 3. Erit lux lune sicut lux solis septentrionaliter sicut lux. 7. diez ĩ die q̃ alligauerit dñs vulnus ꝓpli sui ꝛ percussurã plage eius sanauerit. Cum igitur aduẽtus christi expectetur ad salutem populi ꝛ non sint predicta facta circa coꝛpoꝛa celestia tempoꝛe Jesu nazareni sequitur q̃ non fuerit christus. ¶ Quinto sic. ysaie. 53. dicitur de Messia vel christo q̃ videbit semen longeuum. Et psal. 88. dicitur. Ponam in seculum seculi semen eius. Sed Jesus nazarenus non habuit filios: ergo ꝛc̃.

Daniels. 7.

ysaie. 3.

ysaie. 53.

psal. 88.

¶ Vltimo sic ꝛ est quasi idem cũ ꝓimo. Ezechiel 40. Describitur quoddã templum magnũ ꝛ mirabile edificandũ ꝑm eos in terra in aduentu Messie Sed hoc nondũ est factum ergo ꝛc.

Ezechiels. 40.

¶ Ad ꝓimum istoꝛum dico q̃ ista auctoꝛitas intelligitur de tẽplo secũdo edificato ꝑ zoꝛobabel: vt dicit Raby salomon doctoꝛ hebꝛeoꝛum: et ideo ex hoc non habẽt cõtra nos argumẽtuz. Dato etiã q̃ intelligatur de christo ad litterã dicendũ q̃ ipse edificauit tẽplum de lapidibus viuis ꝛ spiritualibus de ipsis fidelibus ꝛ talis edificatio quia est perfectissima debebatur christo. Unde super illud Genesis. 24. Non est hic aliud nisi domus dei ꝛc̃. Et dicit glosa hebꝛaica q̃ patriarcha Jacob vidit domũ dei edificandam in terris ꝛ domũ dei edificandam in celis ad quẽ domus edificanda in terris cõparata nichil est. Unde dicit. Non est hic aliud nisi domus dei ꝛ ꝓrta celi. ¶ Ad secundũ q̃ iam tẽpoꝛe destructionis ciuitatꝭ ꝛ templi nõ erant filij israel ꝛ iuda: sed erant auersi a deo quia christum negauerant ꝛ occiderant ꝓpter qd̃ et illã miseriam meruerant: ꝛ ideo ex illa miseria magis cõcluditur ꝓpositum. Sed filij veri israel ꝛ iuda christũ confitentes ꝛ qui christũ receperant saluati sunt q̃ ipm̃ non solum spiritualiter sed etiã coꝛpoꝛaliter quia sicut dicitur in ecclesiastica hystoꝛia imminente destructione ciuitatis Hieꝛosolomitane per Tytũ et Vaspasianum. Admoniti sunt fideles qui erant in Judea per angelum vt transirent in regnum regis Agrippe qui erat cõfederatus romanis. Aliter potest dici ad auctoꝛitatem Hieremie q̃ illi perfecte sunt saluati qui sunt in regno xp̃i in gloꝛia celesti per ipm̃ ꝛ illi habitant confidenter. ¶ Ad tertiuz dico q̃ auctoꝛitas Danielis de aduẽtu xp̃i secũdo

dico q̃ ista auctoꝛitas

ad iudicium.s.vnde ibidem sequitur. Et iudiciū se
det et libri aperti sunt. Iudei autē excecati nesciūt
hūc aduētum secūdum a primo distinguere: ⁊ ideo
eri ãt in pluribus locis et multipliciter quia aliqui
eorum putant ⁊ expectãt christum venturū in tãta
virtute ⁊ gloria vt possit sibi statim omnia terrena
subijcere ⁊ regnū ipsorum restituere. Unde ⁊ disci
puli petebant a christo. Domine si in tẽpore hoc re
stitues regnum israel. ¶ Alij vero propter scriptu
ras que manifeste loquūtur. De christi humilitate
et passione et propter alias que loquuntur de eius
eminẽtia ⁊ potestate expectãt duos messias. Unū
qui dicitur filius Joseph ⁊ iste passurus est ⁊ occi
dẽdus. Alium vero qui dr filius Dauid qui Mes-
siam filiū Joseph suscitabit ⁊ regnū israel restaura
bit que dicta sunt friuola vt patet. Et patet de vl-
timo qr licet plures dicti sint vel Messie vel vncti
qd idez est per participationẽ sicut Dauid ⁊ Saul
tamen ad salutez populi non expectatur nisi vnus.
Preterea dictum ꝗtū habet de apparẽtia imple-
tum est in Jesu nazareno qui dicebatur filius Jo-
seph ⁊ erat filius Dauid ꝟm carnẽ vt patet ex pre-
dictis. ¶ Ad quartū dicendus q̃ auctoritas ysaie
de sole ⁊ luna intelligitur compleri in aduẽtu secū
do christi ad iudicium. Tunc em̃ sanabitur pfecte
vulnus populi fui: ideo ⁊c. ¶ Ad quintum dico q̃
christus habuit filios spirituales quales decebant
eum non ꝟm generationẽ carnalem ⁊ virilẽ. Unde
gene.21. super illud Genesis.21. In Ysaac vocabitur tibi se
mẽ glosa hebraica. Omnis qui cõfessus fuerit duo
secula vocabitur tibi semen. Vocantur hic duo se-
cula tẽpus legis ⁊ tẽpus christi. ¶ Ad vltimū di-
co q̃ scriptura loquitur sub methaphora de domo
celesti de qua supra dictum est et hoc patet p illud
qd in fine ezechielis cõcludit ⁊ nomen ciuitatis ex
illa die dñs ibidẽ ⁊ per multa alia que ponunt ibi-
dem in littera: qr ibi describitur fluuius habens li-
gna pomifera ex vtraq̃ parte facientia fructus per
mẽses singulos/ ⁊ hñtia folia nunq̃ desuẽtia q̃nul-
Raby sa lomon. lo mõ videtur beatificari ad literã. Hoc etiam ptz
per dictũ Rabisalomonis doctoris hebraici dicẽtis
q̃ de hierusalẽ superna loquute sunt scripture in fi-
ne Ezechielis. Hec de quarto articulo questionis.

¶ Ad primum principale ar/

gumẽtum dicendũ q̃ multi literati inter iudeos pe-
ceperũt Messiam aduenisse ⁊ q̃ ipse fuit Jesus na
Nota rõ zarenus sicut dictũ est supra de nachaele de Nico-
tiões cur demo de Gamaliele de Paulo de Apollo de Jose
multi a fi pho ⁊ idẽ potest dici de alijs multis tñ multi auer-
de auer- tuntur a fide propter timorem penurie tẽporalis:
tantur. qr semper fuerunt cupidi ⁊ timẽt esse pauperes ⁊ in
lege eorum frequẽter promittitur habundãtia tem
poralium. Alia causa est qr a cunabulis nutriũtur
in odio christi ⁊ legis christiane ⁊ quotidie maledi
cunt christicolis in synagogis. Illa autem ad que
sunt homines assueti ex pueritia sunt quasi in natu
ram versa ⁊ auertunt iudicium intellectus a verita
te contraria. Alia causa est propter difficultatez ⁊
arduitatem eorum que proponuntur in fide nostra
credẽda sicut est trinitas personarũ in natura diuina
⁊ dualitas naturarũ diuine scz ⁊ humane in vna
persona christi ⁊ propter sacramẽtum eucharistie
que nullo modo possunt credere. Unde ⁊ ipsi repu-
tant nos colere tres deos. Et in sacramẽto eucha-
ristie reputant nos pessime ydolatrare sicut exper-
tum est ab illis qui frequẽter de istis contulerũt cũ
illis. Et ideo a fide auertuntur ⁊ frequẽter conuer
si de ipsis ad vomitũ reuertuntur. ¶ Ad scm̃ dico
q̃ dies messye vel christi dicuntur dies nouissimi ĩ
scriptura ꝗ ꝗ ꝟm hebreos debeant durare saltez p
duo milia annorum. Et non solum dies messye di-
cuntur nouissimi in scriptura sed etiam aliqui dies
Pcedẽtes eos patet Gene.49. vbi patriarcha Ja- gen.49
cob dicit filijs suis. Congregamini vt annunciẽ vo-
bis que ventura sunt in diebus nouissimis ⁊ ibidẽ
denunciat non solum de aduentu christi sed etiam
de multis alijs que ipleta sunt tẽpore regũ. Israel
⁊ Judicum vt patet ex litera etiam ꝟm doctores he
breorum. ¶ De eleuatione mõtis syon super omnes
coles. Dico q̃ non est intelligẽda ad literã ꝟm ele- eleuatio
uationem localem sed ꝟm nobilitatem ⁊ appreciati- montis
onẽ sicut dicit Rabi salomon doctor eorũ qr ma syon.
gna signa debuerunt ibi fieri et mirabilia in aduen
tu christi per ipsum maiora ꝗ in alijs collibus sicut
fuit factum qr ibi illuminauit cecum natum ⁊ cura
uit languidum in ꝓbatica piscina et multa alia ibi
fecit ibidem etiam spiritum sanctum apostolis de-
dit quod fuit maximũ mirabile vt homines simpli-
ces et ydiote haberent notitiam perfectam scriptu
rarum ⁊ loquerentur omnium generibus linguarũ.
Si dicas q̃ solutio ista accipitur ex euãgelio ⁊ ideo
non valet. Dico q̃ ad probandũ aliquid ꝗ Judeos
oportet vti scripturis apud eos autẽticis sed respõ
dendo argumentis eorum non oportet. Preterea
etiam non solum euangeliste scribunt christum fe-
cisse miracula in hierusalem: sed etiam doctores he
breorum vt patuit ex predictis. ¶ De conuersione Conuer-
oĩm ad christum. Dico q̃ fit ibi distributio non pro sio oĩs ad
singulis generũ sed pro generib⁹ singulorum: quia christum
ex omni gente ⁊ natione aliqui crediderunt in chri-
stum vt patet per diffusionẽ fidei in toto orbe. Ali-
ter dici potest q̃ oẽs aliquãdo accipitur in scriptu-
ra pro multis sicut patet.3. Regũ.17. Dixit abſa-
lon ⁊ omnes viri israel melius est consilium chusi.
¶ Et certũ est q̃ nõ erant ibi presentes omnes vi-
ri israel sed multi sic in proposito potest dici. ¶ De
pace habenda in aduẽtu christi. Dicẽdum q̃ circa Pax in
tẽpora christi fuit pax diuturna ĩ orbe ⁊ maxime in aduentu
iudea. Qd patet qr iminẽte natiuitate christi pac- christi.
catis omnibus regnis ⁊ sub imperio Romano re-
dactis preceptũ fuit a cesare Augusto vt describe-
retur vniuersus orbis ⁊ ab illo tẽpore vsq̃ ad qua-
dragesimũ annũ post passionẽ christi quando iudei
inceperũt rebellare Romanis non legũtur aliqua
bella notabilia fuisse in iudea nec iudeos vsos fuis
se armis: quia terra custodiebatur a militibus Ro
manis: ⁊ ideo probabile est q̃ tunc iudei ꝓpter diu
turnitatẽ pacis instrumẽta bellica mutauerũt in in
strumẽta agriculture apta sicut sit in terris in q̃bus
est pax. Ideo dicitur. Conflabunt ⁊c. ¶ Qd autẽ
subditur. Non leuabit gens contra gẽtem gladius
nec exercebũtur vltra ad prelium. Nõ importat pa
cis eternitatem sed diuturnitatem. Nam vbi habe
musvltra in hebraico ponitur aad que dictio nõ si
gnificat eternitatez sicut patet in.4.Regũ.6. Et
vltra nõ venerũt latrones cyrie in terrã israel q̃ tñ
postea legũtur depredasse ⁊ inuasisse terram israel.
Sic in proposito potest dici. ¶ Ad tertiũ de ysaia ad ysaiã.
habitabit lupus cũ agno ⁊c. Dico ad hoc q̃ est ibi
loquutio metaphorica qr hoĩes ibi nomiant nomi
gen.49 nibus animalium. Simile habetur. Genesis.49.
vbi dicitur Beniamin lupus rapax ⁊c. ⁊ ibidẽ Ne
ptalim ceruus emissarius ⁊ ibidez Dan coluber in
via. Sic igitur dicẽdum in proposito q̃ iudei ⁊ gẽ-
tiles qui prius erant adinuicem nociui et odiosi pa
cifice simul habitabant conuersi ad fidem christi sic
ut dicitur actuum.4. Multitudinis credentium
erat cor vnum et anima vna ⁊c. ⁊ tantum ab illo tẽ
pore fuerunt aliqui gentiles ad fidem christi cõuer
si vt in eodem libro patet ⁊ eodem modo exponẽdũ
est qd sequitur de paruulis et animalibus veneno-
sis quia pueri id est simplices non leduntur ab illis
qui ante conuersionem ad fidem christi erant vene
no infidelitatis repleto. Qꝯ autem talis modus lo
quendi metaphoricus sit ibi patet per textũ. Nam
in eodem capitulo ysaias vocat stirpẽ iesse virgam
Similiter ipsum christum vocat florem. Egredie-
tur inquit virga de radice iesse ⁊ flos de radice ei⁹
ascẽdet. Similiter ibidem subdit. Erit iusticia cin
gulum lumborum eius et fides cinctorium renium
eius ⁊ patet q̃ ibi accipitur cingulum ⁊ cinctorius
metaphorice hoc etiam patet per translationẽ cal-
daicam que sic habet. Exibit rex de filijs Isay et
Messias de filijs filiorum eius/ sequitur ⁊ erũt iu-
sti circum circa ei et fideles adherẽtes ei vbi habe-
mus ⁊ erit iusticia cingulum lumborum eius et fi-
des cinctorium renium eius/ sequitur. Et pax mul
tiplicabitur in diebus eius vbi habemus lupus ha
bitabit cum agno. ¶ Ex quo patet q̃ ibi est loqui
tio metaphorica. Potest etiam dici q̃ istud imple-
tum est ad litteram in fidelibus christi: qr frequen-
ter inuenitur q̃ fere mãsuete facte sunt coram fide
libus christi earum deuorationi expositis. Simili-
ter bestie venenose non poterant eis nocere secũdũ
q̃ promiserat eis christus. Dedi vobis virtutẽ cal
candi super serpentes ⁊ scorpiones ⁊c. Et actuum
Act.28. 28. dicitur q̃ Paulus a vipera percussus in nullo
est lesus propter qd Barbari hoc videtes dicebãt
ipsum esse deum. ¶ Ad vltimum dicẽdum sicut tã
gebatur q̃ illa prophetia. Deutro. fuit adimpleta
in reductione eorũ de captiuitate babylonica. Sꝯ
contra hoc arguũt sicut arguebatur per illud Eze-
Eze.39. chie.39. Scient q̃ ego dñs deus eorum ⁊c. Dicen-
dum q̃ nulli fuerunt ibi derelicti qui voluissent re-
uerti: quia cyrus qui erat monarcha in omnibus il
lis regnis dedit licentiam generalẽ reuertendi om
nibus: immo etiam munera dedit reuertentibus vt
patet Esdre primo. Et ideo in hoc cõpletũ est ver-
bum Ezechielis ⁊ ipsius Moysi: quia nullus dere
lictus est ibi qui voluit reuerti. Illi autem qui no-
luerunt facti sunt indigni diuino beneficio. ¶ Ali
ter potest dici q̃ predicta congregatio intelligẽda
est per fidem ⁊ caritatem que quidem congregatio
facta est per ipsum christũ ꝟm q̃ exponit Joannes
Jo.11. euangelista.11.c. Ubi dicitur q̃ cayphas propheta
uit q̃ Jesus moriturus esset pro gente ⁊ non solus
pro gente sed etiam vt filios dei qui erant dispersi
congregaret. Nullus autem extra hanc congrega-
tionem derelinquitur qui velit intrare qr nulli clau
ditur gremium ecclesie. Sic ad istud.

¶ Distinctionis Prime.
Questio Tertia.

Tertio ꝗ ro vtrum

vna persona diuina possit in-
carnari sine alia. ¶ Videtur
q̃ non vna persona diuina nõ
potest assumere naturã crea-
tam sine alia. Sed hoc est in-
carnari: ergo ⁊c. Probat ma
ior: quia assumere est agere et
operatio persone circa creaturam. Sed opera triui
tatis ad extra sunt indiuisa ꝟm Augustinus.4.de August.
trinitate.c.19. g ⁊c. ¶ Secundo sic. Persona non
potest incarnari vel vniri nature humane sine essen
tia quia sunt essentialiter idem: g etiam cũ persona
sit essentialiter cũ alia persona vna nõ potest incar-
nari sine alia. ¶ Tertio sic. Quorum est vna subsi
stẽtia ad ipsa est vnio eadem vt ad subsistens. Sed
vnio nature ad suppositũ extrinsecum est ad aliqd
subsistens. Cum ergo diuinorũ suppositorum triũ
sit vnica subsistentia videtur q̃ omni sit terminare
vnionem talem ⁊ per consequens incarnari.

¶ Contra

De solo filio dei dicitur ⁊ tenet
fides q̃ est incarnatus. Verbus Joan.1.
caro factũ est. Joannis.1. ergo vna persona potest
in carnari sine alia.

¶ In ista questiõe sic pcedã.

¶ Primo inquiram vtrũ quelibet triũ persona
rum potuerit incarnari. ¶ Secundo inquirã dato
q̃ sic. Utrum vna sine alia. ¶ Tertio dato q̃ sic q̃
ita factum sit. Inquiram vtrũ essentialis proprie-
tas verbi sit ratio formalis terminandi vnionẽ na
ture assumpte ad ipsum in ista incarnatione.

¶ Quãtum ad primũ articu/

lum viderẽ alicui q̃ pater non potuerit incarnari Anqlibus
quia impossibile est q̃ pater sit filius. Sed si incar- triũ pso
naretur vel posset incarnari ipse posset esse filius: ⁊ potuerit
tũc in trinitate essent duo filij qd est impossibile: er incarnari
go ⁊c. Similiter potest argui de spiritu sancto.
¶ Secundo sic. Incarnari est quoddã mitti. Sed
patri non cõuenit mitti sicut dictũ est in pmo: g ⁊c.
¶ Tertio sic. Illud qd ex sua proprietate est innas-
cibile non potest incarnari vel nasci in carne. Sed
pater est huiusmodi vt dictum est ĩ primo: ergo ⁊c.
Alias em̃ sequeretur q̃ esset genitus ⁊ ingenitus.
¶ Similiter etiã de spiritu sancto videtur q̃ non
possit incarnari. ¶ Primo quia nõ potest esse filij⁹
sicut probatũ est supra de patre. ¶ Secundo quia
hoc repugnat suo modo procedẽdi qui est per mo-
dum amoris vel voluntatis: non autẽ per modum
nature. Procedit em̃ non quomodo natus: sed quo
modo datus.5. de trinitate: g ⁊c. ¶ Tertio ex sua
proprietate dicit spiritus. Sed spiritus nõ potest
esse corpus vel aliquid corporeum: g ⁊c.

¶ Sed istis

nõ obstantibus dico q̃ nulli
persone diuine repugnat as-
sumere carnẽ vel naturam creatam sibi vnibiles ad
vnitatẽ suppositi. Ita q̃ ⁊ pater ⁊ filius ⁊ spiritus
sanctus quilibet potuit incarnari loquẽdo de potẽ
tia diuina absoluta. Et hoc patet per illas ratiões
quibus probatũ est in prima questione q̃ incarna-
tio possibilis est ex parte diuini suppositi. Quelibet em̃ persona est aliquid subsistens incõmunica-
bile simpliciter independens ⁊ per consequens po

tens terminare aliquã dependẽtiam: non autez nisi dependẽtiam vnionis nature vnibilis ad suppositũ et subsistẽs incõmunicabile sicut est deductum ibi: quare ꝛc. Et possunt accipi alie due rationes que ibidem ponuntur.

¶ **Secundo** dico ꝙ si diuine tres persone incarnarẽtur ꝙ cuꝭ quelibet habeat ꝓpriam rationẽ sue personalitatis ꝛ incommunicabilitatis quia ꝓpriam ꝓprietatẽ personalem que esset ratio terminandi vnionẽ nature assumpte sicut dicetur in tertio articulo nõ incarnarẽtur ꝑm eandem vnionem nec eiusdem rationis ſz alterius ꝛ alterius sicut ratiões formales terminãdi tales vniones essent alie ꝛ alie ꝛ alterius ratiõis ꝛ alteri⁹. Impossibile est enim vt ad per se terminos alterius ꝛ alterius rationis sint respectus eiusdem rationis p̃cipue de respectibus realibus vt dicek.

¶ **Tertio** dico ꝙ licet de potentia absoluta pater ꝛ spiritus sanctus potuerit incarnari sicut dictũ est: tamen de potẽtia ordinata et de facto solus filius est incarnatus. Tum qꝛ magis conueniebat hoc vel congruebat personalitati eius puta filiationi. Tum quia magis cõueniebat suo modo procedendi per modum nature: ideo ꝛc.

¶ **Ad primum** contra hoc dico ꝙ pater potuit incarnari aliter q̃ de matre: quia potuit creare naturam et sibi vnire eam ꝛ ita non fuisset filius ꝛ similiter de spiritu sancto. Similiter etiã nullum est incõueniens ꝙ aliqꝭ istorum sit filius vel dicatur filius ꝑm humanã naturam sed ꝙ ꝑm diuinã est impossibile. Tunc enim esset confusio personarũ diuinarũ: quare ꝛc. ¶ Ad scõm dico ꝙ si pater incarnarek non mitteretur nec sua incarnatio esset missio sicut incarnatio filij vel spiritussancti. Non enim esset manifestatio ꝙ pater esset ab alio sicut etiã nec manifestatio patris in illa voce hic est filius meus dilectus potest dici missio eius. Dico ergo ꝙ incarnatio in cõmuni ꝛ absolute accepta abstrahit a missione: quia nõ dicit nisi vniri carni in vnitate suppositi. ¶ Ad tertium dico ꝙ non est incõueniens patrem esse ingenitum et innascibilem ꝑm naturã diuinã ꝛ genitũ vel nascibilem ꝑm naturã assumptam. Sicut etiaꝫ deus vel filius dei erat mortalis ꝑm naturam assumptam et immortalis secundum naturam diuinam et multa alia talia.

¶ **A primũ de spiritu** sancto ꝙ non potest esse filius ꝛc. sicut dictũ est de patre supra. ¶ Ad secundum dico ꝙ non repugnat hoc modo suo procedendi. s. ꝙ procedat quomodo natus ꝑm naturã assumptam licet repugnet hoc ſſbi in natura diuina etiã ꝑm ipsam sicut dictũ est in primo. ¶ Ad tertiũ dico ꝙ non magis est spiritus q̃ pater vel filij: quia deus spiritus est licet hoc nomen sibi appropriatur sicut patet in primo: ꝛ ita non plus repugnat sibi incarnari propter hoc q̃ alijs personis. Hec de primo articulo.

¶ **Quantum ad secũdum articulũ.** An scilicet vna ꝑsona potuit incarnari sine alia dicendum est omnino ꝙ sit quocunꝫ sine alia. ¶ Ad hoc sunt rationes. Quecũꝫ suppositaliter distingũtur possunt distincte supposlare naturam vnibilem ꝛ ita vnum qõ non aliud vt videtur. Sed tres persone sunt huiusmodi vt patet ex primo: ergo ꝛc. ¶ Secũdo sic. Illa quorũ quodlibet est simpliciter indepẽdens ꝓpria indepẽdentia ꝛ incommunicabile per se subsistẽs possunt distincte vel nõ simul terminare respectum vnionis ad ipsa scõm ꝙ huiusmodi. Sed hoc non est nisi incarnari vnum sine alio vel distincte ergo ꝛc. ¶ Tertia ratio est ista. Agens voluntarium cõtingẽter potest causare in aliquo fundamẽto aliquẽ respectum extrinsecum sine alio respectu essentialiter distincto. Sed respectus vnionis ex parte nature vel naturarum assumptibilium ad plures personas sunt essentialiter distincti ꝛ ab inuicem ꝛ a natura vel naturis ergo potest facere deus vnum sine alio ꝛ sic vna persona incarnabitur sine alia. ¶ Quinta ratio non est min⁹ sufficiẽs. Vnũ diuinum suppositũ substẽtare naturam assumptibilẽ in seipso sine quocũꝫ alio q̃ suppositum creatum vt videtur. Sed suppositũ creatũ sic substentat naturã suam ꝙ simul cũ ipso nullum aliud. Patet ergo hoc potest quodlibet diuinũ suppositum vt videtur. ¶ Dico igitur ꝙ loquendo de vnione vel vnionibus nature vel naturarũ assumptibilium ad diuinũ suppositum quarum vnionum vel cuius vnionis est distincta ratio terminandi in hoc supposito ꝛ in illo vnũ suppositum potest ꝛ potuit incarnari sine alio sicut de facto verũ est de supposito verbi qõ est incarnatum ꝛ nõ alia duo patris scilicet ꝛ spiritussancti. Hec de scõo articulo.

potest sicut nec aliquod esse supnaturale in diuino supposito. Nam sicut habẽs eẽ naturale potest habere operationẽ naturalẽ quarto Metheororum. ita habẽs esse supnaturale põt habere operationẽ supernaturalem. Et sicut impossibile est ꝙ eleuata potentia nõ eleuetur natura ita ecõuerso. ¶ Tertia ratio est ista. In essentialiter ordinatis tertium non potest poni sine medio sicut nec secundum sine primo. Sed diuini tres illapsus circa creaturã sunt essentialiter ordinati qꝛ primus est per essentiã presentiã ꝛ potentiam qui est generalis. Secũdus per gratiam qui est minus generalis ꝛ magis specialis Tertius est ꝑ vnionem assumptionis qui est adhuc magis specialis. Sicut ergo deus nõ potest alicui creature illabi secũdo illapsu sine primo ita nec tertio sine secũdo. Cum igitur deus nõ possit illabi creature irrationali ꝑ gratiam qꝛ non est illius capax. Eo ꝙ non est ad ymaginem dei videtur ꝙ nõ possit eam assumere vel sibi vnire. ¶ Quarta ratio est

August.

ista qꝛ Augustinꝰ.13. de trini.cap.nono facit talem cõsequẽtiam. Si filiꝰ dei factus est filius hominis dei per gratiam. Si ergo ꝓsequẽtia est bona ex opposito cõsequẽtis debet inferri oppositum antecedentis ꝙ nõ potest per gratiam fieri filius dei non potest sibi filius dei vniri. Sed talis est natura irra

Damas.

tionalis.ergo.ꝛc. ¶ Confirmatur hoc per Damascenum libro secũdo ca.17. Vbi dicit ꝙ deus non potuisset assumpsisse corpus nisi assumpsisset itellectum ergo videtur ꝙ deus nõ possit assumere naturam irrationalem ad vnitatem suppositi. ¶ Nota hic ꝙ natura irrationalis nihil habet in se formaliter positiuũ quo sibi repugnet vnio ad suppositum diuinum ꝛ pringẽter determinatur ad ꝓpriũ suppositum sicut ꝛ natura rõnalis quicqd enim positiuum est in ipa assumptibile est qꝛ cõmunicabile vt quo ꝛ diuinum suppositum potest terminare talem vnionem siue psonãdo naturam talem siue tantum suppositando de quo nõ curo mõ qꝛ est perfecte psona ꝛ suppositum ita pfecte sicut si tantũ esset suppositum ꝛ non persona. Hec de primo articulo.

Nota de nã irrõnali.

¶ Quantum ad secũdum ar/ticulum Dico ꝙ verbum de potentia absoluta potuisset ꝛ posset assumere naturam irrationalẽ substãtialem ad vnitatem suppositi substẽtando ipam ꝛ ĩmediate quãlibet talem sicut naturam equi vel asini vel lapidis. ¶ Hoc ꝓbo ꝑ aliquas rationes. ¶ Prima est ista. Non est magis determinata necessario natura irrationalis ad ꝓpriam suppositationem vel ad ꝓprium suppositum ꝗ natura rationalis. Probatio qꝛ suppositum irratiõale nõ suppositat perfectius naturã suam ꝗ suppositum rationale nec est magis necesse esse. Sed virtute diuina fieri potest ꝙ natura rõnalis vnitur verbo relicta suppositalitate ꝓpria sicut dictum est supra.ꝗ ꝛc. ¶ Secũdo ratio. Illud qd nullã implicat contradictionẽ est possibile deo. Sꝫ talem respectũ vnionis fundari in natura irrationali ꝛ terminari ad diuinum suppositum nõ implicat cõtradictionez aliquam vt videtur.ergo ꝛc. ¶ Tertia ratio est ista. Verbum in triduo mortis xpi assumpsit de facto corpus xpi substẽtando ipm in ꝓprio supposito. Sed planuꝫ est ꝙ corpus erat nature irrationalis quia nõ erat vnitum anime rationali. Alia em erat separata sicut patet ergo natura irrationalis absolute loquẽdo potest assumi a diuino supposito ¶ Dicitur ad istam rationem. Vno modo ꝙ corpus christi fuit assumptum a verbo ꝓpter ordinem quẽ habebat ad animam rõnalem sicut materia ad ꝓpriam formam ꝛ ad totam naturam humanaꝫ que est natura rõnalis tanq̃ pars ad totum ꝛ ita nõ est simile de aliꝫ naturis irrationalibus perfectis secundum genus speciem ꝛ induiduũ que nullaꝫ habent ordinem talem ad aliquam naturã rõnalem.

Solu.1. 3.rõnis.

¶ Aliter dicitur et quasi idem ꝙ corpus xpi in illo triduo nõ erat nec fuit vnitum verbum ꝓpostatice sed animam tantũ ꝛ ĩmediate corpus autem nõ nisi ꝓ tanto ꝙ habebat actualẽ habitudinẽ ꝛ dependentiam ad aiam ipam que erat vnita. ¶ Sed iste responsiones nõ sunt bone. Prima nõ videtur bona qꝛ vel corpus fuit assumptum a verbo vel non Si fuisset assumptum a verbo ꝛ nõ per animam qꝛ anima in triduo nõ erat illi vnita ergo verbũ ĩmediate assumpsit naturam irrationalẽ :ex quo patet secunda solutio esse nulla. Hec valet quod dicitur in prima ꝙ corpus fuit assumptum ꝓpter habitudinem quam habebat ad animaꝫ vel ad totam naturam qꝛ talis habitudo nõ potuit esse corpori ratio assumptionis. Ratio dico fundamẽtalis qꝛ vel nõ erat nisi vnus respectus realis vel rationis sed natura illius corporis ꝛ dato ꝙ talis ordo fuisset sibi ratio assumptionis tamen habetur ꝓpositum quia per illum ordinem non erat corpus formaliter ꝛ intrinsece ꝛ actu nature rationalis plusq̃ vnꝰ lapis:

Alia so. 3.rõnis.

licet denominatiue diceretur vt posset dici nature rationalis sicut materia in potentia anime rõnalis vel pars nature rõnalis. ¶ Cõtra scdaꝫ solutionẽ ptꝫ ꝙ nõ potest dici corpus Christi nõ fuisse assumptum vel vnitum in illo triduo qꝛ eorum que verbum aliquãdo assumpsit nullum dimisit sed quecũq̃ assumpsit semp fuerũt vnita quãdiu manserũt in rerum natura ẽm Damas. ¶ Preterea etiam illa habitudo ad animam nõ erat nisi habitudo aptitudinalis ad informari ab anima ꝛ ita non potuit ratione illius habitudinis dici actualiter vnitus nec mediante anima nec immediate.

3.2. solutionẽ.3. rõnis.

Damas.

ꝛclusio.

¶ Dico igitur ꝙ ratio manet ꝛ concludit ꝙ natura irrationalis ꝛ assumptibilis a diuino supposito ꝛ eidez vnibilis. ¶ Quarta ratio. Si natura creata irratiõalis nõ esset vnibilis diuino supposito hoc maxime videretur qꝛ ipa nõ est psonabilis sicut arguũt alij Sed hoc nõ obstat. Videmus ꝙ natura accidẽtalis vnibilis est supposito creato substãtie quod est persona ꝛ tamen nõ plus est personalis ꝗ natura irrationalis substãtialis. quare ꝛc. ¶ Dices quare ergo accidens qd est nature irrationalis nõ potest assumi a diuino supposito. Dico ꝙ potest assumi a diuino supposito sed nõ ĩmediate qꝛ nõ est vnibilis alicui ĩmediate natura accidentalis nisi cui potest inherere ꝛ ipm informare. Informari aũt repugnat diuino supposito cũ sit purꝰ actus mediate tñ põt assumi a sumendo naturã creataꝫ sibi subiectã sicut factum est de accidẽtibꝰ nature humane in christo. Natura aũt substãtialis irrationalis completa ẽm genus speciem ꝛ indiuiduũ nõ sic nata est alicui inherere. Nec opꝫ ꝙ inhereat illi cui ĩmediate innititur ꝛ potest ĩmediate assumi a diuino supposito sicut superius est probatum non obstante ꝙ natura accidentalis nõ possit sic vniri ĩmediate diuino supposito. Hec de secũdo articulo principali.

Bona obiectio

¶ Quantum ad tertium ar/ticulum. Sunt aliqui modi ponẽdi diuersi sub ista questione. Vnus modus est ꝙ si natura irrationalis assumeretur a diuino supposito ꝙ ipa assumeretur ad vnitatem suppositi nõ tamen ad vnitatem psone. Ita ꝙ ipsa suppositaretur ꝛ nõ personaretur per istum modum qꝛ illud quo psona diuina est suppositum formaliter ꝛ quo est psona fomaliter distinguntur in ipo formaliter ex natura rei. In plus eẽ se habet suppositum ꝗ persona ꝛ ita alio formalitꝛ persona est persona ꝛ suppositum ẽ suppositũ sicut suo modo alio formaliter homo est animal ꝛ alio ẽ rationalis vel homo cõplectiue qꝛ ergo ista distinguntur ex naturu rei. Hinc est ꝙ diuinũ suppositũ potest terminare vnionẽ nature irratiõalis ad ipm vt ad suppositum nõ tamẽ vt ad personam ꝛ ita natura irrationalis suppositaretur nõ tamẽ psonaretur. Sed natura rationalis vt humana nõ solum ẽ suppositabilis sed etiam psonabilis. Hinc est ꝙ assumitur ad vtrãq̃ vnitatem scilicet suppositi ꝛ persone. Unde ꝛ suppositatur ꝛ personatur sicut dicũt

Primꝰ modꝰ dicendi circa ꝓcelusio.

¶ Sed iste modus dicendi videtur michi falsus. Primo quãtum ad suũ fundamẽtum. Non enim alio diuinũ suppositũ formaliter est suppositum ꝛ alio est psona. Probatio quia si ista distinguuntur in deo ex natura rei videtur ꝙ plures sint resolutiones reales in diuinis ꝗ

ꝗ primum modũ dicendi.

quattuor. Non enim potest poni ꝙ illa quibus suppositа sunt suppositа vel persone sint absoluta sicut patet. ¶ Secũdo quia pari ratiõe qua ponitur ꝙ alio est suppositum ꝛ alio est persona ita potest poni ꝙ alio est persona ꝛ alio hec psona vt videtur. Persona enim est in plus ꝗ hec psona sicut ꝛ suppositum. Sed hoc est falsum sicut dictum est in primo quare.ꝛc. ¶ Tertio qꝛ ad hoc vt aliqd sit persona sufficit ꝙ sit suppositum in natura rõnali vel intellectuali saltem tanq̃ suppositus nature illius nature. Tunc quero quo formaliter est psona. Aut eo quo est rationalis nature. Aut quo est suppositũ Non potest dici ꝙ rationalis natura sit formaliter persona: quia cum illa sit cõmunicabilis persona etiam esset cõmunicabilis ergo restat ꝙ eo quo est suppositum est formaliter persona ꝓnotando tamẽ naturam rationalem in fundamẽto. Non igitur teneo istum modum.

¶ Alius est modus ponendi predictã cõclusionẽ ꝙ licꝫ natura irrõnalis assumeretur tamen non esset cõmunicatio ydiomatum inter ipam ꝛ diuinum suppositũ ita ꝙ deꝰ non posset dici asinꝰ vel equus vel huiusmodi. Nec equus posset dici verbum vel filius dei vel persona verbi seu personatum in verbo ꝓpter indignitatem nature q̃ ex sua impfectiõe nõ pt deũ dnotare. 2.modꝰ.

¶ Sed iste modus etiã videtur michi falsus: qꝛ quod nõ repugnat vnioni ad diuinũ suppositum nõ repugnat denõiationi nec tollit cõmunicationem ydiomatꝫ per ꝓsequẽs Sed ista ꝓfectio nature irrationalis nõ tollit vnionem ipius ad verbum sicut ipi ponũt in ꝓclusione. ergo nec denominationẽ vel ydiomatũ cõicationẽ ¶ Secũdo qꝛ tota ratio quare natura humana ꝓbatur cõcretiue de verbo est qꝛ vnitur sibi ꝛ natu re ipius in vnitate suppositi. ergo cũ ibidem teneat ista ratio tenebit eadem ꝓdicatio ꝛ ydiomatum cõmunicatio. ¶ Hoc cõfirmatur libro primo de baptismo paruulorum. Vbi dicit. Sicut per distãtiã diuinitatis ꝛ humanitatis filius dei manebat in celo ꝛ filius hominis in terra: sed ratione persone filius hominis ꝛ filius dei manebat in celo ꝛ ĩ terra Et August. primo de trinitate cap.16. Talis erat inquit illa vnio qua deum faciebat hominẽ ꝛ hominem deum. ergo ibi esset talis illa vnio.

ꝗ.mo.

li.1.8 baptis.puerorum.

August.

¶ Est igitur tertius modus dicendi ꝙ si natura irrõnalis assumeretur non tamen personaretur quia nõ vniretur diuino supposito ẽm illum respectum nec ẽm aliquem eiusdem rationis cum illo ẽm quem vnitur natura rationalis. Non em esset respectus eiusdem rationis in natura irrationali ad diuinum suppositus sicut in natura rationali licet terminaretur ad idem ex parte diuini suppositi: qꝛ differret ratiõe fundamenti sicut etiam natura irrationalis differret a rationali. ideo ꝛc. ¶ Dicunt ergo ꝙ suppositaretur talis natura non tamen psonaretur sicut nec est psonabilis qꝛ irrationalis natura.

3.modꝰ ꝓbabilior.

¶ Sed adhuc licet sit subtilis iste modꝰ tamen non videtur necessarius. ¶ Qꝛ enim aliqd vniatur alteri vt persona est ita ꝙ ratio terminandi vnionẽ sit personalis ꝓprietas ad subsistendum in illo ꝛ non pesonare aliquo modo videtur cõtradictio implicari sicut ꝙ aliquid vniat alteri vt supposito subsistenti in quo

ꝗ.mo.

existat ⁊ cui initatur in existendo et nō suppositek est cōtradictio qꝛ ipm suppositari non est aliud q̄ ipm sic vniri. Nec obstat q respect⁹ ille in natura irrationali nō est eiusdem rationis cū respectu qui poneretur in natura rōnali nisi quia hec nō est psonabilis ⁊ illa nō. Sed istud nō cogit qꝛ licet natura irrationalis nō sit psonabilis personalitate ppria est tamen personabilis psonalitate aliena ⁊ extrinseca alicuius psone cui est vnibilis. Sicut etiā licet natura accidētis nō sit suppositabilis suppositabilitate ppria ⁊ intrinseca ppriꝰ generis est tamen suppositabilis suppositatione aliena ipsi⁹ substantie cui est vnibilis naturaliter. Natura vero irrationabilis substantialis cōpleta vnibilis est supernaturaliter.

Auc. modus. ¶ Videtur ergo dicēdum q natura irrationalis sic assumpta nō solum suppositaretur sed etiam psonaretur Nec est hoc incōueniēs loquēdo de personalitate extrinseca vt dictum est. Nota hic q sicut nō videtur q natura personabilis cuiusmodi est natura rationalis subsistat in aliquo ⁊ nō personetur. Puta si assumeretur ad suppositum irrationale ita nō est incōueniēs q natura nō personabilis si assumatur ad suppositum intellectuale vel rōnale personetur quare ⁊c. Hec de tertio articulo.

Ad motiua aliorum. ¶ Quantū ad quartū respō/deo ad rationes aliorum. ¶ Ad primam iam patꝛ ex dictis q licet natura irrationalis nō sit personabilis personabilitate ppria tamē extrinseca ⁊ alienа sibi mutuata. ¶ Ad secūdam dico q natura cuius non potest eleuari sic q ipa sit diuini suppositi sicut ⁊ natura illa ⁊ ꝑm illam suppositꝰ dicatur posse ⁊ agere sicut esse secūdum illam naturā nō potest assumi a diuino supposito. Eleuata enim natura ad vnitatem diuini suppositi ōpꝰ etiam potentiā hoc modo eleuari ⁊ isto modo dicō q potētia naturе irrationalis potest eleuari valde bene: sed nō oꝛ q eleuetur ad aliquam operationem supernaturalem circa deum vt obiectꝰ quam ipa eliciat vel recipiat in se formaliter ita q videat deum vel fruatur deo. Hec est maioꝛ vera sic intelligendo eaꝫ vt videtur bene tamen oportet q ad talem operationem que est suppositi diuini eleuetur natura pvnionem sic q illa predicetur de ipsa concretue accipiēdo vtrāq. Unde si natura asini assumeretur a verbo ista esset vera q asinus videret deum vel fruerеtur deo. Non fruitione vel visione creata recepta formaliter in potētia asini aliqua ⁊ fruitione ĩcreata qua verbum fruitur deo ⁊ isto modo eleuaretur natura irrationalis et ad actum primum essendi ⁊ ad actum secūdum fruendi. ¶ Ad tertiam dico q illi tres illapsus nō sunt essentialiter ordinati: sed datum primus ad quemlibet aliorum duorum licet oporteat ponere primum illapsum vbicūq ⁊ quandocūq ponitur aliquis aliorum duorum nō tamen oportet ponere secūdum vbi ponitur: ponitur ⁊ qñ ponitur tertius sicut prioꝛem tertio imo nec ĩ vnione nature humane ad verbum fuit hoc factus sicut dicetur sed prioꝛ secūdum rationem fuit tertiꝰ illa ꝑsus q̄ ille secundus per gratiam. In natura vero irrationali nec oportet ipsum ponere prioꝛem nec cōcomitantem. ¶ Ad quartum de August. Dico q cōsequētia Augustini non est formalis sed gratia materie tenet in ꝓposito suo de homine q si filius dei factus est filius hominis per vnionem filiꝰ hominis potest fieri filius dei per gratiam ⁊ tenet pro tanto quia homo est talis nature que est capax gratie ⁊ gloꝛie ideo non sequitur a simili q si filiꝰ dei potest fieri filius asini per vnionem q propter hoc filius asini possit fieri filius dei per gratiam. Hec sequitur ex opposito ꝓsequētis filiꝰ asini non potest fieri filius dei per gratiaꝫ ergo filius dei nō potest fieri filius asini per vnionē. ¶ Ad Damascenum dico q assumendo hominē primo sicut verbum assumpsit in sua benedica incarnatione verbū non potuit assumere carnem vel coꝛpus sine intellectu quia homo ⁊ essentialiter ⁊ intrinsece includit vtrūq. Sed non negat Damasce. quin absolute loquēdo potuerit assumere coꝛpus sine anima sicut ⁊ coꝛpus assumpsit non inforꝛmatum anima in illo triduo mortis sicut dictum est supꝛa. Ad Damas.

¶ Ad primum principale di/co q maioꝛ propositio est falsa. Et dico q nescit aliquis an sit assumptus vel non a diuino supposito. Nec oportet q sciat se assumptum vel nō assumptum nisi solum per fidem qua tenemus q a diuino supposito non est assumpta natura illa vnica singularis humana que est in xpo ita q ex vi assumptionis non oportet q natura assumpta sciat se assumptam imo etiam nec oportet q possit scire se esse assumptam nisi sit rationalis ⁊ ita de natura irrationali. Dico q est vnibilis nō obstat hoc q istud non cognoscat ne cognoscere possit esse se assumptam aliqua noticia sibi ppria licet posset dici scire hoc noticia verbi si assumeretur a verbo. ¶ Ad secundum dico q nulla indignitas vel imperfectio pōneꝛetur in deo si assumeret naturam irrationalem sicut nec in ipo ponitur aliqua imperfectio ex hoc q assumpsit naturam humanam nostram que multas habet imperfectiones. ¶ Ad tertium dico q natura irrationalis non est capax summe gratie que facta est in vnione nature humane ad verbuꝫ vnde nec illius vnionis nec gratie concomitantis est capax sed quin ipa sit vnibilis aliqua alia vnione de qua non loquitur ibidem. Augustinus non concludit. Tu dicis vnio per gratiam non est minoꝛ ⁊ tamen natura irrationalis non est capax illius. ergo nec maioꝛis vnionis ad vnitatem suppositi vt videtur. Dico q non sunt eiusdē rationis iste vniōes ⁊ ita nō tenet in eis locus a minoꝛi negatiue. Preterea non est simile de ista vnione ⁊ illa. Nam illa vnio per gratiā necessario presupponit in vnitovoluntatem tanq̄ immediatum subiectum gratie: et ista non potest cōuenire nature irrationali. Unio autem alia non presupponit in natura irrationali nisi potentiam obedientialem supꝛadictā q̄ sibi nō repugnat. quare ⁊c. Ad primum principale dicō. Ad pncipalia argumēta.

¶ Distinctionis scōe. Questio scōa.

Secundo quero:

Utrum deꝰ possit vel poterit assumere naturam ratiōalem non fruentem ipo. Videtur q non. Minoꝛ ē vnio dei ad mentē rationalеꝫ per habitum gloꝛie q̄ ꝑm vnionem ad suppositum. Sꝫ im- bona qō.

possibile est q deus vniatur menti ꝑm habitū gloꝛie ⁊ mens rationalis nō fruatur eo sicut impossibile est q aliquis sit beatus ⁊ nō fruatur deo ergo. ⁊c. ¶ Secundo sic. Quod assumitur ad actuꝫ primum eēndi alicuius suppositi diuini ꝓsequēter ad actum secūdum fruēdi vt videtur qꝛ frui ⁊ esse idem sunt in deo. Sed naturaratiōalis vnita deo assumitur ad ꝑmum actum eē ndi diuini suppositi ad eēndum in primo ergo ad actum secūduꝫ fruendi ipo. ¶ Tertio sic. Si mens rationalis assumpta a deo non necessario frueretur ipo sed posset nō frui. Sequeretur q idem suppositum diuinū non frueretur ⁊ frueretur: frueretur qꝛ diuinū non frueretur quia humanum. Sed hoc est impossibile quia ꝓtradictoria nō possunt simul stare ergo ⁊c.

¶ Contra Non minus potest deꝰ assumere naturam rationalem nō fruentem q̄ naturam irrationalem. Sed deus potest assumere naturam irrationalem sicut dictum est supꝛa. ergo ⁊c.

¶ In ista questione sic proce/dam. Primo ponam vnam opinionem de ipsa cuꝫ motiuis ⁊ dictis eius. ¶ Secūdo ponam aliā quā intendo tenere ⁊ respōdebo ad motiua aliorum. ¶ Tertio inquiram vtrum dato q deus possit assumere naturam rationalem nō fruentem an possit assumere eam non gratam gratia gratum faciēte. ¶ Ultimo ad rationes.

¶ Quantū ad primū Dicūt quidam q impossibile est de potentia dei absoluta etiam loquēdo q deus assumat naturam rōnalem non fruentеꝫ ipo deo fruitione dico beatifica creata perficiente ipam formaliter. ¶ Ad hoc adducūtur rationes. ¶ Prima est ista. Stante presentatione obiecti beatificiꝛ talem apud intellectum ⁊ innitēte ipsum ad actum videndi deum impossibile est voluntatem creatam non frui ipo. Probatio quia naturaliter fertur in tale obiectum clare nec habet ĩpedimentuꝫ igitur nō potest non ferri sꝫ ex vi vnionis nature rationalis ad diuinum suppositum obiectum beatificum secundum q huiusmodi presentatur intellectui perfectissime ⁊ intime ⁊ per cōsequēs mouet ipm ad actum videndi multo foꝛtius q̄ intellectus beatorum quibus nō presentatur ita intime qꝛ nō constituit vnum supposito cuꝫ eis ergo ⁊c. ¶ Secūda ratio est hec. Impossibile est obiectum beatificū esse presens non solū nature sed etiam potentie ⁊ vt beatificum est ⁊ potētia nō beatificetur qꝛ hoc est tpam potentiam beatificari nec obiectum presens est vt sic super actum beaticum vel saltem ipo cōcomitāte sed ex vi vniōis obiectum beatificum ꝑm q huiusmodi presens est nō solum nature sicut est presens per generalem illapsum sed etiam potētie sicut declaratur in exemplo q si oculus posset videre obiectum positum supꝛa sensum vel sibi impressuꝫ ⁊ lumen poneretur super oculum vel infunderetur sibi impossibile eēt q lux ĩmutaret oculum tantum sub ratione perspicui q̄tum ad naturam oculi coꝛpoream sed etiam necessario ĩmutaret ipm sub ratione visibilis q̄tum ad potentiam visiuam oculi ad actum videndi. Sic in ꝓposito essentia diuina totam essentiam perfundit in ista vnione ⁊ quantum ad naturam ⁊ quātuꝫ ad potentiam ⁊ ex vi vnionis beatificatur tota vt videtur. ¶ Tertia ratio. Si natura rationalis assumpta non est necessario beata ⁊ fruens sequitur q nō est in bono cōfirmata. Sꝫ hoc est falsuꝫ qꝛ tūc posset peccare ⁊ diuinū suppositum per ꝓsequēs possꝫ damnari: quia actio nō est nisi suppositi primo metaphisice quod est impossibile. ¶ Et cōfirmatur q Anselmum respondentem libꝛo secūdo cur deꝰ homo capitulo. 10. q nō decuit nec fieri potuit vt homo vel angelus esset impeccabilis: qꝛ nō decuit fieri nec potuit q esset idem quod deus. Cum ergo diuinum suppositum sit deus quācunq naturam assumat peccare non potest nec dānari quod tamē sequeretur sicut superius est deductum. ¶ Hec ē cōclusio istoꝛum q necessariuꝫ est naturam assumptā frui. ¶ Secūdo dicūt q nō est necessariū q in ipa sint aliqui habitus vel aliquis habitus gloꝛioꝰ sed ad actus beatificos sufficit vnio nature nude cum verbo ipo ad quicq̄d poneretur habit⁹ aliquis necessarius licet in omni homine alio a xpo sint tales habitus necessarū ad actus supernaturales vt dicunt. Ita q de necessitate non est ponēdus ibi talis habitus ex vi vnionis. ¶ Tertio tamen dicunt q congruū est ad decoꝛem ⁊ ornatum nature assumpte quasi sponse ipsius dei q ibi ponātur aliqui habitus quibus decoꝛetur ⁊ ornetur. Hec de primo articulo. Rōnes ꝑme opi. Exēplū de oculo. 1. metha. Ansel. Sūma p̄cedētis opiniōis

¶ Quantum ad secūdum ar/ticulum. Videtur mihi dicēdum omnino q absolute loquēdo de potentia dei possibile fuit q verbuꝫ assumeret naturam rationalem non fruentem deo actualiter fruitione dico creata ita q ex vi vniōis nature cum diuina persona nō habꝫ natura q fruatur: sed absolute loquēdo potest vniri ⁊ non frui. ¶ Et hoc ꝓbo per aliquas rationes. ¶ Prima ē Natura creata seipa est in potentia obediētiali vt assumatur ad diuinum suppositum ⁊ virtus diuina est sufficiens ad hoc efficiendum. Sed hijs positis sufficienter potest haberi vnio talis sine fruitione. ergo ⁊c. Unio enim in nullo dependet à fruitione vt videtur. ¶ Secūda ratio. Quādo aliqui duo effectus sunt essentialiter distincti ⁊ neuter includit alium ⁊ vnus est prioꝛ naturaliter alio primus sine cōcradictione potest a deo fieri sine alio vt videtur Sed sic se habent fruitio ⁊ vnio ĩ natura assumpta q natura assumpta prius est vnita naturaliter q̄ fruens etiam secūdum alios quia prius est obiectū beatificum presens per vnionē q̄ potentia fruatur ergo ⁊c. ¶ Tertia ratio est ista. Fruitio potest esse sine visione ergo vnio sine fruitione cōsequentia est plana: quia non plus dependet vnio a fruitione q̄ fruitio a visione imo nihilominus sicut videtur: qꝛ vnio est prioꝛ fruitiōe in natura assumpta. Sꝫ fruitio est posterioꝛ visione. Probatio ꝓsequētis quecunq forma absoluta eēntialiter distincta ab alia forma absoluta potest esse sine illa siue sit prioꝛ siue posterioꝛ illa. Patet de accidente quod potest esse sine forma subiecti. Sed fruitio ⁊ visio sunt due forme absolute essentialiter distincte de genere qualitatis sicut suppono ad presens. ergo ⁊c. ¶ Quarta ratio. Sicut deꝰ nihil causat extra se necessario sed mere libere ⁊ cōtingenter ita prioꝛi effectu causato nō causat alium essentialiter distinctum ⁊ posteriorem nisi cōtingenter ⁊ sic potest non causare Scōa opi. quam auctoꝛ sequitur. Rōnes scōe opi.

quia nullam implicat cōtradictionem q̃ influat ad causandum primū vel cōseruandum nō influendo ad secūdum. Cum ergo sic se haberēt vnio ⁊ fruitio in natura assumpta etiam secūdum eos potest natūra vniri vel nō frui absolute loquēdo. ¶ Quinta ratio ē ista. Posito fundamēto totali ⁊ completo ⁊ termino potest poni respectus īter ista sine aliquo alio. Sed natura ipa per seipam est totale fundamentum respectu huius vnionis nec ad hoc concurrit fruitio vllo modo. Posita igitur natura et diuino supposito terminate potest virtute pmi agētis saltem poni talis respectus sine alio. Puta visione vel fruitione vt videtur. ¶ Vltima ratio q̃ natura ratiōalis creata potest assumi ad aliud suppositum q̃ ad diuinū sine vlla visiōe dei vel fruitione ergo pari ratione ad diuinū. Non enim magis necessitatur deus ad largiendum sibi fruitionez ex vnione ad vnum suppositum q̃ ad aliud.

pclusio.

¶ Dico ergo q̃ deus potest de potentia absoluta assumere ad vnitatem sui suppositi naturam nō fruentem: ita q̃ ex vi talis vnionis nō habet necessario natura q̃ fruatur. Et hoc ptra cōclusionem aliorum principalem

5 dicta p me opi.

¶ Cōtra aliud quod dicūt q̃ in hominib⁹ vel beatis alijs a Christo necessario requiritur habit⁹ aliquis eleuans potentiam fruitiuam vel visiuam ad actum illum videdi vel fruedi beatificum supernaturalem tamen in xpo nō est ponēdus necessari⁹ talis habitus sed vnio nature humane ad verbū totum supplet. ¶ Dico quātum ad hoc q̃ sicut videbitur alias nec in xpo nec in alijs de necessitate ponendus est aliquis talis habitus q̃ nullus est simpliciter necessarius ad actum beatificuz sed potest actus beatificus stare sine omni tali habitu virtute diuina nec hoc implicat aliquam cōtradictionē: ita q̃ potentia beatificabilis īmediate ē in potentia ad talem actum ita bene sicut ad habitū. ¶ Secundo dico q̃ si est necessarius in alijs a Christo q̃ etiam in anima xpi est necessarius necvnio illa pōt supplere vicem eius. Quod patet q̃ illa vnio ī natura vnita non ponit nisi vnum respectum sicut dictum est supra. Respectus autē non videtur posse supplere vicem habitus absoluti. Secūdo q̃ vnio illa primo ⁊ īmediate fundatur in tota natura ⁊ nō in aliqua potētia. habitus autem et illud īformās quod supplet vicem vnius deberēt inesse potentie primo ⁊ immediate. Tertio quia nullus respectus naturalis potest supplere vicem alicuius habit⁹ naturalis ergo nec aliq̃s quantūcunq̃ supernaturalis potest supplere vicem habitus supernaturalis. Preterea Vltimo q̃ respectus nō est principium agendi vel operandi. Habitus autem est quo quis operatur dum vult ēm cōmentatorē tertio de anima quomodocūq̃ debeat istud intelligi. quare ⁊c.

¶ Vltimo dico quātum ad hoc q̃ decet q̃ natura assumpta fruatur ⁊ habeat illos habitus vel illum habitum gloriosum ⁊ ad perfectionem et decorem nature assumpte ⁊ ex bonitate ⁊ perfectione diuini suppositi subsistentantis: ita q̃ deus de potentia ordinata non assumpsit nec assumere potuit naturaz nō fruentem q̃ sic sicut factum est ordinauit.

Soluuntur rōes aliorum.

¶ Ad rationes igitur aliorum. Ad primam dico q̃ maior est falsa. Stante enim visione diuina in intellectu. Dico q̃ non est absolute necessarium voluntatem fruī sed potest nō frui vel nō velle obiectum visum siue sit hoc ex parte sui siue ex parte dei. Et dico q̃ hoc est possibile ex parte ipsius dei qui non necessario influit ad actum fruitionis etiam stante visione sicut probatum est supra. Nam actus fruitionis posterior est natura liter: ⁊ distinctus essentialiter ab actu visionis. ¶ Ad dicis in minori q̃ ex vi vnionis obiectum beatificū secūdum q̃ tale est presens intellectui īmutando ipm ad actum beatificum visionis. Dico q̃ falsum est q̃ obiectum beatificū potest ad vnionem īfluere ⁊ nō ad visionem sicut probatum est supra. Preterea obiectuz beatificum secundum rationem obiecti vt cōdistinguitur a voluntate nihil causat extra se sicut dictum est in primo q̃ tunc necessario causaret ⁊ mere naturaliter ⁊ nō libere nec contingenter quod est falsuz. ¶ Ad dicis q̃ īmo quia perfectius vnitur ⁊ ītimatur ēm vnionem talem ypostaticam q̃ secundum habituz gloriе vniatur intellectibus beatorū. Ego dico q̃ nec intellectibus beatorum sic vnitur deus q̃ stante illo habitu vel vniōe quacūq̃ preuia actui necessario sequatur ipe actus: sed quocūq̃ habitu stāte in intellectu ⁊ quacūq̃ vnione ante actum absolute loquēdo deus potest non causare actum visionis vel fruitionis ideo ⁊c. ¶ Ad secūdum dico ad maiorem q̃ loquendo de quacūq̃ presentia ante actū q̃ possibile est obiectum beatificum esse presens et nature ⁊ potentie ⁊ nō haberi actum fruitiōis beatificum sed de presentia p actū ipm vel in ipso actu beatifico est impossibile ⁊ implicat cōtradictionez sicut patet. Ad minorem dico q̃ ex vi vnionis non habetur presentia obiecti tā respectu nature q̃ respectu potentie in actu beatifico vel secundū actū beatificum. licet enim presens sit ⁊ nature ⁊ potentie pro quāto vtrūq̃ vnitur sibi sicut etiam presēs est vtriq̃ per generalem illapsum pro quāto vtrūq̃ cōseruatur ab ipso nō tamen ex vi vnionis talis causat talem actum sed tantuz subsistēt ista in suo supposito ideo nihil valet. Et exemplum etiam de luce ⁊ visu vel oculo nō est ad propositum. Lux enī naturaliter ⁊ necessitate naturali visum vel oculuz īmutaret si sic esset sicut ponitur in exemplo ⁊ īquātum ad dyaphaneitatez organi ⁊ q̃tum ad actum potentie sed tamē virtute aliqua posset fieri q̃ vna īmutatio esset sine alia saltem illa que est prior sine posteriore. Deus autem nihil causat necessario vel naturaliter nec circa naturam nec circa potentiam ⁊ ita potest esse pēsens vtriq̃ non causando aliquid de nouo in ipa siue in ambabus siue in altera.

Exēplū de luce ⁊ visu.

¶ Ad tertium dico q̃ cōsequentia nō est bona: q̃ natura assumpta posset in bono cōfirmari ita bene sicut modo dato q̃ non esset beata sicut beata virgo fuit cōfirmata anteq̃ esset beata. Confirmatio enim creature in bono nō est per aliquem actuz vel habitum sibi intrinsecum sed ex ordinatione ⁊ manutenentia diuina sicut dicetur in quarto. Ad consequens dico q̃ psequēs nō est impossibile quantū apparet michi scilicet q̃ natura assumpta a diuino supposito possit esse non confirmata in bono ⁊ ēm ipsam diuinum suppositum possit peccare ⁊ dānari licet non secundū naturam diuinam. Non enī video quare plus repugnet diuinum suppositum peccare vel damnari secundum humanam naturam q̃ mori vel crucifigi. Tu dicis actio est suppositi. Sz supposito diuino repugnat peccare. Dico q̃ verus est ēm naturam diuinā sicut etiā comedere vel mori nō aūt ēm naturam humanā ⁊ peccabilez ab ipo assumptam. ¶ Aliter dicitur ⁊ nō placet mihi q̃ diuino supposito licet repugnaret peccare ex parte nature hūane vt pncipu quo tñ sibi vt principio quod nō repugnat. Ita q̃ licz natura hūana ēm se sit peccabilis ⁊ absolute possit eē principiū peccandi quo nō tñ tali supposito vel principio q̃: q̃ ipm est tale q̃ a regula iusticie deuiare nō pōt eo ipo q̃ est deus. Non video necessitatē solutiōis huius q̃ nō arguit nec declarat nisi q̃ ēm naturaz diuinam supposito diuino repugnet peccare sed nō q̃ ēm naturam humanam. Non enī video quare sicut scōm naturam rōnalem dicitur verbū homo quare nō dicatur ēm naturam peccabilem peccabilis: licz hoc non videatur superficialiter intelligentibus bene pium. ¶ Ad Anselmū dico q̃ nō plus vult Anselmus habere q̃ q̃ dictum est supra scilicet q̃ deus scōm naturam ppriam peccare non potest non negat autem quin scōm alienam possit dici peccabilisz damnari.

Ad Anselmum.

¶ Quantum ad tertium articulum dicūt aliqui q̃ deus de potentia absoluta nō potuit nec posset assumere naturam rōnalem sine gratia habituali infoxmāte ipam gratiam faciēte. Ad hoc sunt rationes. ¶ Prima īpossibile ē q̃ deus assumat naturā que nō sit accepta sicut impossibile est diuinum suppositū nō esse dilectum a deo ⁊ acceptū: sed īpossibile est q̃ natura sit grata deo ⁊ acceptetur sine gratia sicut q̃ aliquid sit albū sine albedine. ⁊c. ¶ Secda rō. Gratia ⁊ culpa formaliter ⁊ puatiue opponūtur circa naturā rōnalē ⁊ per pns vno in existēte necessario alterum inest sicut oculo pro tēpore determinato necessaario inest visus vel cecitas. Sed deus non potuit nec potest assumere naturam rōnalē cum culpa vt videtur q̃ tunc deus fuisset offensus deo vel diuino supposito assumēti per illā culpam. ⁊c. ¶ Tertia ratio. minor est vnio psone ad naturā in gloria q̃ ī persona. Sed nō potest vniri in gloria sine gratia. Tunc.n. sequeretur q̃ aliquis eēt beatus ⁊ nō esset deo gratus nec acceptus. ⁊c. ¶ Quarta ratio. Impossibile est q̃ aliqua forma sit in aliqua materia vel subiecto sine dispositione vel medio dispositiuo. Sed gratia est medium dispositiuū nature ad vnionem q̃ vnio est summa gratia ēm August. 13. de trinitate ca. 19. ⁊ ideo illa gratia habitualis dispositiua ē ad ipsam ⁊ necessario preuia. ergo ⁊c.

August.

¶ Sed dico q̃ de potentia absoluta deus verbuz potui assumere naturam rationalem nō gratam ⁊ sine gratia tali habituali. Unde ⁊ dico vltra q̃ gratia habitualis in natura assumpta posterior fuit in ipa q̃ vnio ad verbum. Unde dico q̃ nullo mō fuit meduz nec necessitatis nec cōgruitatis dispositiuū ad vnionez sed prius natura vel ratiōe intelligēdi natura fuit vnita q̃ grata. ¶ Ad ista possunt adduci rōnes q̃ adducebātur supra ad pbandum q̃ deus potuit assumere naturam nō fruentem vel videntem deū ⁊ adducūtur etiam alique alie que possunt ad illud adduci pro eodem signo nature vel rōnis pro quo natura suppositabilis est in supposito proprio suppositabilis est a diuino supposito sicut patet sed pri⁹ suppositabilis est in supposito proprio q̃ sit gratia nec requiritur aliqua gratia talis ad hoc vt supposito tetur in pprio supposito vt patet. ergo ⁊c. ¶ Secunda ratio. Prius est suppositum ⁊ ratio suppositationis q̃ sit operari vel illud auctoritas q̃ ponitur ad operandum. Sed gratia ponitur in supposito ad operandum vel cooperandum saltem ēm eos ergo prius natura suppositatur q̃ gratificetur Prius dico nō duratione sed natura ⁊ rōne. Cum igitur prius eēntialiter distinctus a posteriori possit esse sine illo. Videtur q̃ possit eē vnio nature rōnalis ad diuinum suppositū vt suppositetur in ipo ⁊ subsistat dato q̃ nō gratificetur. ¶ Tertia ratio quia nō est minus in potētia obedientiali natura rationalis per seipam sine aliquo accidēte vt assumatur q̃ sit in potētia natura vt ī pprio supposito sustentetur. Sed planum est q̃ in pprio supposito sustentari potest nō mediāte aliquo accidente q̃ sine omni accidēte potest esse ergo ⁊c. ¶ Quarta ratō quia nō apparet ratio quare sicut deus potest assumere naturam irrationalē non possit etiaz assumere naturam rationalem sine gratia.

Cōclusio articuli.

¶ Dico igitur q̃ deus absolute loquēdo posz assumere naturam rationalē sine gratia ⁊ q̃ de facto gratia nō mediauit inter naturam assumptam in Christo et vnionem ipsam. Sed prior fuit vnio ēm naturam ⁊ rationem intelligendi q̃ natura fuerit gratifica ⁊ vnio magis fuit ratio gratificationis q̃ ecōuerso gratia fuerit ratio vnionis. ita q̃ sicut natura pius fuit in pprio supposito q̃ gratificata. Ita dico q̃ in supposito verbi prius fuit substētata. Unde ⁊ illi homini data est tanta plenitudo gratie quia filius dei erat sicut videtur. Ideo euangelista. Vidimus inquit gloriam eius gloriam quasi vnigeniti a patre plenum gratia ⁊ veritatis. Unde prius habuit gloriam vnigeniti a patre q̃ plenitudinē gratie. ¶ Et confirmatur q̃ suppositari vel personari magis de propinquo respicit naturam ⁊ quasi q̃ se gratia vero per accidens ⁊ sic posterius.

Ad An-selmū dicō q̃ deus absolute loquēdo potuit assumere naturaz sibi non gratam nec aceptam ad vitam eternam ⁊ possibile fuit q̃ diuinum suppositum nō esset sic aceptum nec gratum secūdum naturam assumptam licet nō sic fuerit de facto nec multum decuit / ⁊ ita maior non est vera. Ad maiorem dico q̃ natura assumpta potuit esse grata deo et accepta ad vitam eternam sine illa habituali gratia quam tu ponis sicut dixi in primo. distinctiōe decima septima.

Soluuntur motiua aliorū

¶ Ad secundum dico q̃ gratia ⁊ culpa non se habent formaliter sicut habitus et priuatio nec opponuntur / licet ex ordinatione diuina sint incompossibiles circa idem subiectum. Et q̃ non se habeant sicut habitus ⁊ priuatio. Patet quia deus potest terminare culpam non infundendo gratiaz sicut dicetur in quarto. Similiter etiam quia deus posset facere naturam rationalem in puris naturalibus que nec haberet culpam nec gratiam sicut dictum est in secundo et ita etiam posset assumere naturam in puris naturalibus / tamen non video quin deus absolute loquendo possit assumere naturā cū culpa ⁊ dici pctōr ⁊ offensus sibiipi ēz illā naturaz ⁊ dānari. Nec obstat q̃ dicūt aliq̃ q̃ sicut

Opi. auctoris cū suis rōnibus.

peccatum creature non assumpte nunq̃ reducitur in deum sicut in causam nec mediate nec ĩmediate nec vnq̃ potest dici deus peccator ita ꝛ nec peccatum nature assumpte ita q̃ ꝛm ipsam nõ potest dici peccator. Hã nõ oꝫ q̃ denoꝫetur peccator ex peccato nature nõ assumpte sicut etiam nec dicitur talis ꝛm naturam nõ assumptam: qꝛ illa nõ est vnita sibi sed sicut dicitur talis ꝛm naturam assumptã ita diceretur peccator vel peccabilis ex peccato vel potentia peccãdi nature assumpte sicut etiã mortalis dicitur ex cõditione nature assumpte ꝛ tamen mortalitas ita repugnat deo sicut ꝛ peccabilitas vt videtur ꝛ ita ẽ ĩmortalis sicut impeccabilis. ¶ Ad tertium dico q̃ vnio in persona maior est q̃ ꝛtum ad cõmunicantiã ydiomatum q̃ vnio in gloria sed nõ est eiusdem rationis cũ illa ꝛ ideo non currit argumentum. Ad minorẽ dico q̃ absolute loquẽdo aliquis posset esse beatꝰ sine illa gratia habituali quã ponis qꝛ nullus est habitus necessariꝰ ad actũ glorie sicut dictum est supra. Aliter dicit vnꝰ quia dicet q̃ natura rationalis se habeat actiue ad actum glorie oꝫ q̃ habeat habitus mediãtes int̃ potẽtias ꝛ actus beatificos licet nõ sic absolute necessariuꝫ quin possit fieri oppositus virtute diuina. Sꝫ quia ad istã vnionẽ cum verbo natura se habet pure passiue nõ oꝫ q̃ ĩ se habeat aliquẽ habitũ ad hãc vnionem necessarium nõ curo de ista solutione. Teneo me cum ipsa. Tu dicis ergo aliq̃s posset esse beatꝰ ꝛ nõ esset deo gratus vel carus. Dico q̃ verum est habitualiter ꝛm illum habitum sed ꝛm actum diuine voluntatis amãtis ipm. ¶ Ad quartum dico q̃ gratia nec est medium necessitatis nec cõgruitatis ad illam vnionẽ sicut dictum est supra nõ obstante q̃ illa vnio q̃ ꝛtum ad aliquid sit summa gratia in rebus ortis per tempꝰ. Gratia inq̃ quia gratissime facta vel data ex maxima liberalitate et caritate dei. Nec opꝫ q̃ minor gratia semper sit dispositio ad maiorem siue sit eiusdẽ rõnis siue nõ sicut in ꝓposito de gratijs eiusdem rõnis ptꝫ qꝛ nõ oportuit q̃ aĩa xpi prius haberet minorẽ gratiam gratũ facientem disponẽtem ipsam ad maiorem gratiã eiusdem rationis sed in instanti sue creationis habuit summã gratiam ꝛ tantam q̃ deus nõ posset facere maiorẽ in aliqua creatura sicut dictũ est in primo Hec de tertio articulo.

Pctõr vñ denominetur

¶ Ad primuꝫ ꝓncipale qõnis apparet ex hijs que dicta sunt ĩ corpore. Siue emꝫ vnio per habitũ gloriẽ sit maior siue nõ q̃ vnio ypostatica tamen possibile est absolute q̃ per habitum glorie vniatur deus ipi menti ꝛ mens non fruatur nec fruitio in aliquo ex vnione dependet nec ecõuerso absolute loquẽdo. ¶ Ad secũdum dico q̃ cõcludit q̃ impossibile ẽ q̃ natura assumpta nõ fruatur fruitione eterna quaverbum fruitur deo qꝛ sicut cõmunicatur sibi esse primũ diuinũ vel diuini suppositi in actu primo ita q̃ ꝛ frui diuini suppositi ꝓ cõmunicationẽ ydiomatũ: sed nõ cõcludit q̃ illa fruitione creata que inheret creature fruatur. ¶ Ad tertium q̃ non est impossibile diuinuꝫ suppositum assumens frui secũdum naturam diuinam fruitiõe increata nõ tamẽ ꝛm assumptam fruitione creata: nec ista contradicunt vt patet. ideo ꝛc.

¶ Distinctionis secunde.

Questio tertia.

Ad arꝑncipa.

Ertio q̃ro ꝛum

tota natura humana fuerit assumpta a verbo an partes prius ipa. ¶ Videtur q̃ partes prius. Qd̃ est prius in eẽ est prius in assumi vt videtur Sed partes sunt priores toto septimo metaphi. qꝛ sunt cause totius precipue partes essentiales q̃ sunt materia ꝛ forma. ergo ꝛc. ¶ Scdo sic. Illorũ assumptio est prior que assumũtur alio assumpto ꝛ nõ ecõuerso. Sed assumpto toto assumũtur partes ꝛ non ecõuerso patuit in triduo mortis in quo fuerũt partes assumpte ꝛ nõ tota natura. ergo ꝛc. ¶ Tertio sic. Illa prius assumũtur que vltimate manẽt assũpta alio nõ assumpto qꝛ quod est primũ generatione est vltimum resolutione. Sed partes sunt huius modi. Manserũt emꝫ assumpte in illo triduo natura nõ manẽte assumpta. ergo ꝛc. 7. meth.

¶ Contra Quod est per se primo creabile est assumptibile primo. Sed tota natura est huiusmodi. ergo ꝛc.

¶ In ista questiõe primo eẽt inquirendum an tota natura humana dicat vel addat aliq̃d super materiam ꝛ formam super partes suas eẽntiales que sunt materia ꝛ forma corpus ꝛ aĩa. Sed qꝛ hoc plixe inquisitum est in scdo dist. xij. ideo ad presens est relinquendũ supposito igr̃ q̃ tota natura dicat aliquid reale positiuũ absolutũ vltra ptes sicut ibidẽ est ostẽsum sic pcedã in ista questione. Ad euidentiã eius Vide. 2. disti. 12.

¶ Primo ponã vnam opinionẽ cũ suis motiuis ꝛ mõ dicendi. ¶ Scdo ponẽdo aliã arguã contra eã ꝛ ponã vnum aliũ modũ dicẽdi. ¶ Tertio rndebo ad motiua alioꝝ. ¶ Et vltõ ad rõnes ꝓncipales.

¶ Quantũ ad primũ Est vna opinio q̃ ꝛbum prius assumpsit ptes q̃ totã naturã vel totũ cõpositum ex ipis. ¶ Ad hoc adducũtur rõnes ꝛ auctoritates. ¶ Pria rõ. priꝰ illa dicꝰ de ꝛei absolute accepte ꝛ ꝛm se q̃ rei modificate vel sub mõ. Pꝫ ĩ illapsu gnali igr̃ priꝰ illabitur ptibꝰ acceptis absolute ꝛ ꝛm se q̃ vt vnite sunt in toto. Sꝫ hoc nõ est nisi ꝓus assumere ptes q̃ totũ. g ꝛc. ¶ Scda rõ. Que sunt poꝛa intẽtiõe sũt posteriora executiõe ꝛ eꝰ. Pꝫ de fine. Sed ꝓbũ ꝓus intẽtione assumpsit naturã totam sicut aliq̃d pfectiꝰ ꝛ ꝓter ipsam assumpsit partes igr̃ ꝓus executione assumpsit partes. Rõnes ꝓme opi.

¶ Tertia rõ. Mñ aliq̃d ꝓuenit alicui prio nõ põt ꝓuenire alteri nisi mediãte illo sic pꝫ de hr̃e tres qd̃ nõ põt alicui cõuenire nisi ꝓ triãgulũ. Sed planũ ẽ q̃ assumi põt ꝓuenire ptibꝰ sine toto ꝛ de facto ꝓueniebat eisĩ triduo mortis g̃ nõ ꝓueniebat toti prio sed ptibꝰ. ¶ Quarta rõ illd qd̃ prio fuit assumptũ nunq̃ fuit a ꝓbo derelictũ vel depositũ vt vr̃. Sed totũ fuit derelictũ vel depositũ in triduo ꝛ in resurrectiõe resumptũ. g ꝛc. ¶ Auctoritas ad hoc ẽ Damasce. li. 3. ca. 3. vbi dicit. Vnitũ est igr̃ carni ꝓ medium intellectũ verbũ dei. Vbi vr̃ dicere q̃ verbũ dei vnitũ est carni mediãte intellectu ꝛ vtroq̃ mediãte vnitũ est toti. ¶ Ad hoc etiã vr̃ auctoritas August. ꝛ ponitur in lr̃a q̃ dicit ꝓbũ dei vnituꝫ est aĩe mediãte spiritu ꝛ mediãte aĩa vnitum est corpori ꝛ sic consequenter tota vt videtur ꝓ Augustinũ. Damas. August.

Modus vdi pce. opi.

Mota.

Modus ponẽdi est iste q̃ cũ partes sint prioꝛes generatione ꝛ totum sit posterius gnatione licꝫ ꝓus intẽtione prius gnatione executiõe vnite sunt partes ꝛ assumpte sed totum ꝓus intẽtiõe vel per alia verba priꝰ poꝛitate oꝛiginis partes sunt assumpte sed totũ prius prioꝛitate pfectiõis. ¶ Mota circa istam responsionẽ q̃ ꝓ eodẽ signo nature illa natura que sibi relicta ꝓsonaretur in seipsa assumpta a verbo ꝓsonetur in ipo qꝛ nõ ꝓus in seipa q̃ in verbo ꝛ ipa personaretur in seipa primo prio illo prio quo est natura completa nec esset ibi aliqua personatio prioꝛibus instantibus partium. Videtur q̃ natura tota ꝛ persona primo assumatur ꝛ immediate non mediãte aliquo prius assumpto. Hec de primo articulo.

2ª. opi. quã probat auctor cũ suis moti.

¶ Quãtum ad secundum articulum Videtur mihi aliter rñdendum sꝫ q̃ tota natura primo ꝛ intentione ꝛ executione est assumpta a ꝓbo ꝛ nihil prius est assumptũ a ꝓbo nec ꝓs nec aliq̃d aliud. ¶ Ad hoc adducũtur rõnes. Prima est ista. Illud est primo assumptibile tanq̃ immediatum fundamentũ vnionis ad extrinsecũ suppositum quod est per se primo suppositabile ꝓprio supposito ꝛ fundamẽtum duplicis negatiõis quaꝫ vicit suppositũ ꝓpũ nature vnibilis. Hoc ptꝫ qꝛ ꝓ vnionẽ suppositat̃ in extrinseco supposito. Sꝫ hoc est natura tota substãtialis. Hec et singularis cõpleta ꝛm genꝰ speciem ꝛ indiuiduũ vt pꝫ ergo ꝛc. ¶ Scda ratio licet in agẽte impfecto respectu impfecte actionis nõ cõcurrãt simul poꝛitas gnatõis ꝛ perfectionis tñ vr̃ q̃ respectu agentis pfectissimi ꝛ in actione pfecta cõcurrãt. Sed deus est agens pfectissimum ꝛ actio q̃ est assumptio pfecta est nõ potens ꝓuenire alicui agẽti creato vel impfecto sicut dictum est supra ergo cõcurrũt ibi simul prius intentione vel perfectione ꝛ prius oꝛigine vel executione. Cum igitur totũ ꝛm alios assumatur prius pfectione videtur q̃ etiã prius oꝛigine. ¶ Tertia ratio est. Si ptes prius assumũtur q̃ vt modificate vel vnitate ꝛm alios sequitur q̃ plures sunt assumptiones ꝛ vniones vel incarnationes. Hoc autẽ est falsum. ergo ꝛc. Falsitas aũt ꝓsequẽtis pꝫ qꝛ ꝓbuꝫ nõ est nisi semel vnitũ in pria incarnatione. Probatur cõsequẽtia: qꝛ partes sunt plures nec habent per se aliquam vnitatẽ in illo prioꝛi anteq̃ sint vnite. Cum igitur partes q̃ sunt fundamenta vnionis multiplicẽtur oꝫ vniones multiplicari. quare ꝛc. ¶ Quarta rõ. quia si ptes prio assumũtur tunc oꝫ q̃ ꝛm cõicationẽ ydiomatũ priꝰ denoꝫent verbũ q̃ tota natura ꝛ sic ꝓus oꝫ dici ꝓbũ incoꝛporatuꝫ vel aĩatũ q̃ hũanatum vel homo. Hoc autem non est verum qua re ꝛc.

Resolutio pce. opi.

¶ Dico igitur ꝛm ꝓmissas rõnes q̃ natura hũana hec ꝛ singularis actu existẽs extra intellectũ fuit a ꝓbo assumpta ĩmediate tanq̃ ĩmediatũ ꝛ primũ fundamentum vnionis illius bene dicte ad verbũ. ¶ Scdo dico q̃ nõ video ibi necessariũ ponere nisi vnicam vnionẽ qua ꝛ natura tota primo ꝛ ptes ꝓnter sunt assumpte ꝛ tũc oꝫ dicere q̃ noua vnione pars q̃libꝫ fuerit vnita verbo in illo triduo qñ nõ fuit illa vnio ad totã naturã vel totius nature primo. Hec ẽ magnũ incõueniẽs vt videtur. Alioquin oꝫ dicere q̃ cum vnione totiꝰ fuerũt ꝓprie vniones partiũ distincte ꝛc illa que remanserunt illa cessante in triduo. Ita q̃ nõ fuerit in triduo illo facta aliqua vnio noua partiũ ad ipm verbũ qd̃ ꝛ licet posset dici nõ tñ videtur necessarium sed prio tpe vite xpi videꝰ sufficere illa vnica vnio totius ad verbũ ille viderẽtur frustra ꝛ prio tpe mortis vel instanti satis congruẽter ille possint de nouo ꝛ corꝛumpi de interato redeunte prima vnione in actu resurrectionis nihil tamen de hoc affirmo. ¶ Tertio dico q̃ verbũ aliquo modo assumpsit naturam mediãtibus ꝓtibꝰ vt causis nature in eẽndo nõ vt priꝰ assumptis sic etiã aliquo mõ vnã partẽ mediãte alia qꝛ corꝓ mediãte aĩa qꝛ aĩam assumpsit principalius vt in principaliorem ptem ꝛ cãm totiꝰ nature ꝛ actum corporis ꝛ ita partes nõ mediauerũt ad assumptionẽ nature vt mediũ quo quia nõ tanq̃ primo vnite sꝫ tã q̃ esse totiꝰ quibus ipm totum vnitũ cõstituebatur in esse aĩa tñ ꝓncipaliꝰ ꝛ formalius ꝛ corꝓre minꝰ principaliter ꝛ iõ aĩa prius ꝛ sic aliquo modo corꝓus mediãte aĩa ꝛ sic possunt saluari dicta sanctorum ꝛ magistri in litera. Hec de scdo articulo.

Soluit rões aliorum.

¶ Quantum ad tertium articulum Soluo motiua aliorum ꝛ dico ad primam rationẽ q̃ nõ oportet deum influere priꝰ ista influẽtia specialiad vnionẽ cum supposito ꝓbi ipis partibus vt in se ꝛ absolute q̃ vt vnite sunt in toto vel q̃ toti: quia ista influentia non est ad esse simpliciter sicut est illapsus generalis sed ad eẽ ypostaticũ vel substẽtatum vel suppositatum. Tota autem natura primo est suppositabilis sicut dictũ est supra. Dices ergo partes nõ potuerũt primo assumi quia impossibile ẽ q̃ sint prio suppositabiles. Dico q̃ sicut nõ fuerũt primo assumpte ita nec potuerũt assumi illa vnione qua pono ꝓbum fuisse incarnatuꝫ ꝛ totam naturã vniri nec aliqua eiusdẽ rationis licꝫ aliquibus alijs vnionibus sibi ꝓprijs ꝛ alterius rationis primo potuissent assumi sicut fuerunt assumpte postea in triduo mortis Cristi. ¶ Ad secundum dico q̃ licet posset ibi assignari equiuocatio de primo Tamẽ q̃ illa vnio nec aliqua eiusdẽ rationis potest conuenire alicui nisi ratione totius nature. Vnde nec partibus conueniebat nisi quia partes talis nature nec talis fuit vnio partium in triduo sed alterius rationis. ¶ Ad tertium quod fuit secũdum in arguendo. Dico q̃ sicut patuit in corpore questionis nõ oportet q̃ respectu agentis primi ꝛ perfecti teneat ille ordo in proposito saltẽ sicut dictum est supra: sed potest esse q̃ simul concurrant ordo generationis ꝛ perfectionis. ¶ Ad quartum dico q̃ tota natura fuit a verbo assumpta primo ꝛ non fuit derelicta prio tanto / vel quia remansit in suis partibus assumpta in triduo nõ in se nec eadem vnione qua prius vel quia non remãsit ꝛ ideo non fuit relicta. Manens enim assumptũ dicitur relictum. Non autem relictum dicitur si nõ manet sed corꝛumpitur. Vnde ꝛ sic non potest saluari dictum Damasceni q̃ verbuꝫ nunq̃ relinquit quod assumpsit. ¶ Ad auctoritatem Damasceni ꝛ Augustini de cognitione christiana sexto capitulo. Dico q̃ possunt retorqueri contra eos. Nam dicunt q̃ illud quod est imperfectius prius oꝛigine vel generatione assumitur et per consequens corpus prius q̃ anima: et sic non corpus mediante anima quod est contra auctoritates. Ad Damasce. ꝛ August.

Soluo igit q ptes mediãte toto assumũtur ꝛ con uerso sed diuersimode. Mã partes mediãte toto vt primo assumpto sed totũ mediãtib⁹ ptib⁹ vt in quibus existitit ꝛ cãtur totus ꝛ tanꝗ priuatio actuali ꝛ potẽtialiv dictũ ẽ supra ꝛ asa principali⁹ ꝗ corp⁹.

Ad pnci pales rõnes.

¶ Ad primũ principale Dico q licet partes sint priores toto generatione nõ tamen opꝭ q vnione vel assumptione ita q pri⁹ vniãtur vel assumantur sicut etiã nõ opꝭ q prius cõunit eis passio totius ꝗ toti sicut etiã nõ dicũtur pores generatiõe qz prio generẽtur sed totũ cõpositũ septimo metaphi. sed qz imperfectiores in entitate ꝛ cause partiales ꝛ ita nõ opꝭ q primo assumãtur sicut nec primo agãt vel q primo operẽtur. ¶ Ad secũdum dico q licet assumpto toto assumãtur partes eadem assumptione q̃ est primo toti⁹ ꝛ non ecõuerso qz assumptis ptib⁹ suis ꝓpriis assumptionibus vel vnionibus sicut fuit in triduo assumãt totũ nõ tñ opꝭ q partes prius assumãtur rõne talis cõsequẽtie. Non eñ opꝭ q oẽ prius ẽm talẽ ꝓñam sit prius ẽm vnionẽ vel naturã sicut qz seq̃tur Ignis ergo calidũ nõ tamẽ ecõuerso calidũ ꝗ ignis ꝛ tamen nõ opꝭ q calor sit prior igne sed ignis prior est suo calore: licet sequatur ignis est ergo calor est nõ tamẽ ecõuerso sicin ꝓposito. ¶ Ad tertiũ dico q maior nõ est vera nisi eadem assumptiõe vel vniõe maneãt assumpta qua pri⁹ modo ptes lꝭ maneret assumpte in triduo nõ assumpto nõ tñ eadẽ assumptione qua totuꝭ ꝛ ipe prius cũ toto sed nouis vel aliꝭ assumptiõib⁹ vel vnionibus sicut tactũ est supra ꝛ probabiliter põt dici ꝛ sic de isto.

¶ Distinctionis secunde. Questio Quarta ꝛ Vltima.

Parto ꝛ vltimo

¶ Primo inquiram an beata virgo fuerit cooperata actiue ad generationem Christi temporalem. ¶ Secundo ostendam an sit vera mater naturalis ipsius Christi ꝛ quomodo. ¶ Tertio an meruerit esse mater Christi. ¶ Vltimo ad rationes.

¶ **Quātū ad primū** est vna opinio q̃ nec beata virgo nec aliqua mater alia facit aliquid effectiue nec cooperatur actiue ad generationem filij vel fetus: sed solum habet rationē principij passiui vel receptui prestādo vas nec aliquid etiam se tenēs ex parte matris se habet actiue sed solum pater vel illud qd̃ se tenet ex parte patris puta semen viri vel sperma. Non autem mēstruum mulieris nec mulier ipsa. ¶ Ad hoc adducuntur rationes ꝛ auctoritates

rōnes huius.1.opi. ¶ Prima ratio est ista. Si mulier esset principium actiuum generationis: tunc posset per seipsam generare ꝛ masculus superfluere. Probatio: quia dicit philosophus. 2. de aīa q̃ cū sensus sit passiuus si cum hoc esset actiuus posset sentire per seipsum sine obiecto. Sicut etiam lignus si esset calidū combureret seipsum. Ita dico de muliere que est passiua in generatione. Sed hoc est inconueniens ꝛ falsum: ergo ꝛc. ¶ Secūda ratio. Nichil agit in instāti in quo corrumpitur nec ad corruptionē suij ipsius quia nō est. Sed semen mulieris in instanti generationis corrūpitur: vt ex ipso fetus formetur p̃ corruptionem ipsius: quia generatio vnius est corruptio alterius: ergo ꝛc. ¶ Tertia ratio. Impossibile est duo agentia vniuoca concurrere simul ꝛ eodē ordine ad eūdem effectum. Probatio: quia vnū talium sufficit ad perfectionē totalem effectus vniuoci producēdam: quia est tante perfectionis quāte ꝛ effectus ꝛ ita alterum superfluit. Sed pater ꝛ mater sunt cause vniuoce respectu fetus geniti vt patet ꝛ pater est causa actiua ēm omnes nō igitur mater vt videt. ¶ Quarta ratio. Impossibile est ꝛ implicat cōtradictionem idem esse actiuum ꝛ passiuū respectu eiusdē. Sed mulier vel semen se tenēs ex parte mulieris est passiuum principium generationis nō ergo actiuum per se loquendo.

August. 4. super Genesim ¶ **Ad hoc** adducitur auctoritas Augustini in proposito de beata virgine q̃ nichil fuerit ibi cooperata actiue. Prima est. 4. super Genesim vbi dicit q̃ Christus nō venit ēm rationē seminalem. i. ēm aliquam vim actiuā seminis: quia semē prout ad ipsum pertinet ratio seminalis reducit Philosophus in. 2. phisicoꝝ ad principium actiuum: igitur videtur q̃ beata virgo non fuerit ibi cooperata actiue. Et hoc idē videt Augustinus dicere. 9. super Genesim ꝛ. 4. Nas alias fuisset Christus decunatus in lumbis abrahe eodē modo quo ꝛ leui cuius oppositū ipse dicit ꝛ Magister etiaz in litera. ¶ Confirmatur ista opinio per philosophū. 15. de animalib⁹ vbi ponit hoc expresse. Unde comparat ibi semē viri ad semē mulieris in generatione sicut artificem ad materiam ꝛ sicut coagulum ad lac ꝛ ista se habēt pure passiue per se loquēdo respectu illorum. ¶ Adducit etiam ibidē Philosoph⁹ aliqua signa ad hoc. Unū est de ouis venti ex quibus generatur aliquid si semen masculi superinfundatur. Secundum est de ouis piscium proiectis a matre ex quibus generātur pisces si semen maris superinfundatur. Tertium signū est de coagulo ꝛ lacte qd̃ se habet pure passiue respectu coaguli sic semē mulieris respectu virilis. Quartū signū: quia mulier ēm Aristotelem potest concurrere vato q̃ nō spermatizet: quare ꝛc.

Idem.

Phi.15. de aiali.

Signa phi.

¶ **Dicunt ergo** isti q̃ alie matres a virgine nichil cooperātur ad generationē actiue nisi forte per accidēs: q̃ semina aliquo modo contrariantur ꝛ sic semen viri a semine mulieris aliquo modo per accidens repatit. Sed beata virgo nichil per accidēs cooperabatur vllo modo: quia semen suum vel materia ministrata non resistebat spiritui sancto vllo modo. Hec est prima opinio.

Resolu. finalis.

¶ **Alia opinio est** de hoc q̃ dicit q̃ beata virgo cooperata fuit actiue ad generationē Christi per vnā virtutē supernaturalem collatam sibi a spiritu sancto tāq̃ agenti minus principali a principali agēte. Unde non est ibi cooperata per aliquā virtutem naturalē sicut nec alie mulieres. Quod probāt: quia sicut dictum est in scdo semen viri nō est actiuum per se attingēdo ad aliquam formā substātialem fetus nec vir ipse: ergo multo fortius nec mulier ipsa nec semen eius. ¶ Q̃ autē cooperata fuerit tali virtute supernaturali data sibi vel collata a spiritu sancto Probant auctoritate Damasce. lib. 2. vbi dicit q̃ post cōsensum virginis superuenit spiritussanctus tribuēs ei virtutē susceptiuam verbi simul ꝛ generatiuam: igitur cooperata est actiue tali dono supernaturali diuinitus sibi dato propter qd̃ ꝛ bene dicitur sibi. Luce. 1. Spiritussanctus superueniet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi. Hec est secunda opinio.

2.opi.

Damas.

Luce.1.

¶ Cōtra primam opinionem

Arguitur primo per rationes. Scdo per auctoritates ꝛ contra secūdam similiter pro ꝗto cōuenit cū prima. ¶ Primo sic. Forme eiusdem rationis principue ēm ponentes potētias esse cōsubstātiales illis formis. Sed forme masculi et femine puta anime sunt eiusdem rationis: q̃ non differunt nisi per materiam vel conditiones materiales. 4. metha. ergo ꝛ potētie eorum puta potentia generatiua in vtroq̃. Sed in viro vel masculo potētia generatiua est actiua: g̃ ꝛ in femina vel muliere. ¶ Secunda ratio. Unusquisq̃ diligit opus suum quod agit sicut dicitur. 4. ethicorū sicut poete poemata sua. Sed matres cōmuniter plus diligūt pueros ꝗ patres: ergo magis agunt ad generationē vel saltē sicut ꝛ patres ꝛ magis amāt: quia cum hoc q̃ agunt etiā materiam administrāt. Dicis q̃ magis patiūtur pro ipsis: ideo magis amāt: ideo videtur ista esse bona solutio ad Aristotelem. Nō enī dicit q̃ diligant homines suas passiones vel illa proquibus patiuntur: sed opera sua que agunt. ¶ Tertia ratio. Agens in agēdo assimilat sibi passum vel effectū: licet frequēter magis assimilatur matri ꝗ patri: g̃ ꝛc. ¶ Quarta ratio. Si mater tm̄ prestat materiam ꝛ ministrat vas se habēdo pure passiue respectu fetus videtur q̃ pari ratione si generaretur buffo in vētre eius sicut in ventribus aliquarū samaritanarum posset dici mater buffonis. Sed hoc est falsum: g̃ ꝛc. Dices q̃ non: q̃ buffo nō est eiusdem nature cū muliere: ꝛ ideo non diceretur filius eius. Istud non videt valere: q̃ mulus est alterius nature ꝗ assina. Et tm̄ dicitur filius asine ꝛ illa dicitur mater eius: quare ꝛc. ¶ Confirmat ista opinio per Galenum qui fuit huius opinionis sicut recitat Auicēna primo canonis ꝛ sibi magis est credēdum in hoc ꝗ philosopho: quia istud propositū est de particularibus nature que magis spectāt ad medicos ꝗ ad philosophum naturalem: ideo ꝛc.

4.meta.

Galen⁹.

cōmēta.

¶ Confirmatur etiā secundo per Commētatores scdo de aīa vbi dicit q̃ omnes potētie vegetatiue sunt actiue nec distinguitur ibi de viro de muliere igitur potētia generatiua mulieris actiua est ꝛ mater aliquid cooperatur ad generationē substātiefetus. Similiter etiā quia filius refertur ad matrem relatione de secūdo modo que nō est nisi effect⁹ ad causam actiuā et principium actiuum: vt patet. 5. metaphisice.

5.2.opi.

¶ **Contra secūdā** opinionem prout habet aliqd̃ propium. s. q̃ beate virgini collata est virtus supernaturalis ad generādum. Arguo sic primo q̃ re puto falsam quero de illa virtute aut est substātia aut accidēs. Non potest dici substantia aliqua noua patet. Nec gradus aliquis perfectior priorīs substantie: quia substātia non suscipit magis ꝛ minus ēm tales gradus nec in eodē indiuiduo nec in plurib⁹ sicut dixi in. 2. Nec est accidēs: quia accidēs nō potest esse principium vel ratio generādi substantiaz sicut etiam probatū est in primo ꝛ ī secūdo. ¶ Secundo sic. Illa virtus aut est aliquid spirituale aut corporale. Non potest dici aliquid spirituale vt videtur: q̃ dona spiritualia nō dantur nisi spiritualibus potētijs: vt intellectui vel voluntati. Nec corporalis vt videtur: quia virtus corporalis ad generandū nō videtur nisi potētia generatiua vtēs organo que nō fuit de nouo data virgini q̃ non erat prius sterilis: patet ergo ꝛc. ¶ Tertio q̃ per illud nō saluāt maternitatem in virgine respectu Christi: quia oportet ad maternitatē q̃ vi nature principietur filius: non autē dono aliquo supernaturali quare ꝛc. ¶ Quarto. Productio qua Christus generatus est a matre fuit vniuoca sicut patet: et est in alijs matribus ꝛ filijs. Sed si per illud donū supernaturale genuisset non fuisset productio vniuoca sicut patet: ergo ꝛc.

4.ethi.

Ad Damasce.

¶ **Dico ergo** quicquid sit de prima opinione q̃ ista non est vera. ¶ Ad Damascenū dico q̃ non est intentionis sue q̃ spiritussanct⁹ dederat beate virgini aliquā vim supernaturalem generatiuā in habitū: sed pro tanto: q̃ vis generatiua virginis quā prius nō habebat exijt in actum superueniente ꝛ cooperante spiritu sancto. Unde tribuit sibi vim generatiuā pro tanto: quia cooperando sibi tanq̃ principale agēs fecit q̃ ipsa generaret Christum.

¶ **Quātum ad istum articulum** primū questionis dicā aliqua ꝛ postea respondebo ad motiua precedētium opinionum pro ꝗto erunt contra me. ¶ Dico igit̄ primo q̃ non video q̃ ad generationē que est vera mutatio substantialis terminata ad esse substantiale fetus per se ꝛ directe faciat aliquid vel cooperetur effectiue nec semen viri nec semen mulieris sicut probatū est in secundo de semine viri q̃ ipsum nec in virtute ppria nec in virtute generātis potest ad hoc attingere cū sit ens simpliciter imperfectius cū quacunq̃ virtute ibi posita ꝗ fetus ꝛ ideo nō potest esse causa totalis equiuoca ipsius fetus effectiua vel generatiua Nec valet q̃ in virtute generantis: q̃ generās vel vir frequēter nō est in rerum natura quando fetus generatur vel si est in rerū natura accidit q̃ sit presens in loco generationis sicut dictū est supra. Et dato q̃ esset presens ꝛ per se esset hoc necessarium adhuc nō posset hoc cōuenire semini per ipm: quia nec in virtute ppria nec in virtute aliqua recepta ab ipso. Et si ita est de semine viri q̃ nō potest esse causa effectiua generationis multo fortius videt hoc de semine mulieris. ¶ Secūdo dico q̃ nō obstante hoc mulier est principiū effectiuum generationis ꝛ nō ipse vir vel oportet omnino recurrere ad deū: vt ad causam efficientem ipsius generationis qd̃ tamen non videtur necessarium. Q̃ autem vir non sit causa effectiua generationis. Patet: q̃ sicut dictum est supra accidit q̃ sit quando generatur fetus. Nec potest dici q̃ mediāte semine vt dictum est supra: et ideo dictū est in secundo q̃ oportet recurrere ꝗtum est ex parte viri ad deū: vt formantem fetum ꝛ efficientē generationē fetus. Q̃ autem mulier possit cooperari ad generationem fetus nullū impedimētum currit sicut de viro. Mulier enim presens est ꝛ per se quando generatio est ꝛ habet vim actiuam generatiuam fetus ymbilici sibi. scilicet masculi vel femine et habet materiam dispositam presentez semen suum vel menstruum decisum ad cuius corruptionē potest agere: vt generetur ex ea fetus ꝛ inducatur forma substantialis educta de potētia illius materie: ita q̃ mediante semine generat non sicut instrumento vel medio actiuo sed principio passiuo per cuius corruptionē ex materia eius generaretur fetus ēm determinatū modum nature quo non quodlibet sic generatur ex quolibet: sed determinatum ex determinato. Unde nec semen reducitur ad causam efficientē in generando sed in alterando aliquo modo preuio generationi quo semina mutuo agūt ꝛ patiuntur alterādo seinuicem vt tandem semen mulieris corrūpatur ꝛ fetus generet. ¶ Tertio dico q̃ probabile est dicere ēm istum modū q̃ seminis decisio ꝛ fetus generatio sint duo effect⁹ ipsius matris ordinate ab ipsa procedentes ēm modū ꝛ processum nature: quorum prior est ipsius seminis decisio tanq̃ materialis principij ꝛ secūdus vel posterior est ipsius fetus generatio. ¶ Quarto dico q̃ cū sicut

Opinio auctoris circa pcedentia.

q̃ vir nō est cā effec. generationis.

quatuor ī ḡnatione xpi cōcurrētia.

tactum est supra in vna questione quatuor fuerint in processu generationis Christi scz materie decisio ⁊ missio ad locū generatiōis corporis formatio vl̄ eductio forme substātialis corporee de materia illa corporis animatio vel anime infusio et totius coniuncti vnio ad psonam verbi ⁊ in primo nō potuerit virgo cooperari: quia factū est in instāti per simplicē mutationem quā solus deus potest facere illa que ab agēte naturali sunt factibilia per motū et in tēpore cuiusmodi est ista decisio ⁊ missio materie ad locū generationis. Non potuit etiā cooperari ad infusionē anime nec ad vnionē cū verbo sequitur q̄ eductionē forme substātialis corporee et sic ad generationē. Et q̄ sit rationabile hoc ponere patet qꝛ habuit virtutē actiuam generatiuā nō impeditam: quia nō fuit sterilis nec preuētam a spiritusancto ꝗtum ad hoc: sed probabile est q̄ licet spiritussanctus disponeret materiam in instāti nō cooperāte virgine sicut alie cooperantur qꝛ media necessaria nō sunt simpliciter necessaria virtuti diuine eo modo quo nature tñ materia disposita dimitteret eā cooperari ad generationē ipsam q̄ nata est fieri in instāti etiā ēm naturam ita q̄ spiritus sanctus tantūmodo in generatione fecerit illud qd̄ homo fecisset vel deus loco hominis si virili semine Christus conceptus fuisset. Ita videt probabiliter posse dici.

Correlaria ex dictꝭ auctoris.

¶ Ex predictis concludo quedā correlaria. ¶ Primū est q̄ mater multo magis directe ⁊ p se facit ad generationem ꝗ pater: quia pater non facit nisi decindendo semē suum ⁊ reponēdo in loco cōuenienti ad generationē in matrice mulieris vel vase. Mater vero agit directe efficiēdo substātiam fetus attingēdo ad generationē eliciendo actum generationis. ¶ Secūdum est q̄ beata virgo nō fuit cooperata ad decisionē seminis sui ⁊ missionē ad locum generationis sicut alie mulieres: sed bene ad ipsam generationē ⁊ mutationē instātaneam ⁊ hoc sufficit ad veram maternitatē cū hoc qd̄ est ministrare materiam sicut q̄ materia sumatur de ipsa puta de superfluo alimēti tertie digestionis sicut fuit factum in virgine a spiritusancto: ita q̄ materia corporis christi fuit purissimus sanguis virginis tertia digestione digestus ēm Dama. lib. 3. Verū est etiā q̄ beata virgo post cōceptionē Christi ipsum aluit ⁊ nutriuit in vtero suo sicut alie matres suos fetus.

Damas.

¶ Tertium est q̄ pater nō est causa filij effectiua nisi sicut inducēs dispositionē necessitātē ad generationem puta semē sicut inducēs motum inducit calorē ⁊ hoc sufficit ad hoc: vt fetus referat ad ipsum sicut ad causam per se efficientē tñ multo verius ⁊ perfectius refertur fetus ad matrē sicut ad causam directe effectiuam ⁊ elicitiuā actus generationis. ¶ Quartum est q̄ nichil de semine viri vel masculi intrat substātiam fetus quia hoc patet in beata virgine ex qua fuit sumpta sufficiens materia fetus: ⁊ tñ non fuit ibi aliquid de virili semine. Ex quo videtur etiā in alijs matribus q̄ illud quod accipitur ex parte mulieris sufficit pro materia fetus.

¶ Ista positio videtur dubia. Tum qꝛ ēm eam potentia generatiua hominis est innobilior ⁊ imperfectior ꝗ generatiua mulieris. Tum quia mulier que est innobilior ⁊ imperfectio viro esset causa totalis generatiua viri. Tum quia nō plus videt posse mulier ī generationē per se ⁊ directe ꝗ in organizationem quā non potest vt videtur: qꝛ agit vi naturali vniformiter agente ⁊ ita nō potest in tātam difformitatem organorum sicut nec semen. Et ideo virtutꝭ formatiue sunt virtutes diuine sicut dictū est in secundo. ¶ Et ideo si nō teneatur dici potest q̄ nec semē patris nec matris nec pater et mater directe et per se attingunt ad generationē sed dispositiue tñ preparando ⁊ alterando vel disponendo materiam ⁊ deus educit formā substantialem corporeā et tunc beata virgo fuit mater: quia materiam preparauit ⁊ ministrauit ⁊ ipsum aluit ⁊ peperit nō sicut dicitur in ista positione.

Nota.

¶ Ad motiua precedētium opinionum ꝗtum ad illa que sunt cōtra me. ¶ Ad primū prime opinionis dico q̄ non oportet q̄ mulier possit p seipsaꝫ ꝓcipere vel generare ⁊ q̄ masculus superfluat quia necessario ante generationē requiritur dispositio materie ⁊ alteratio preuia ēm processum nature ad quā facit semē viri sicut dictū est supra alterando semē mulieris. Similiter etiam qꝛ nō est agēs vel generans totale sed aliquo modo partiale: ⁊ ideo nun ꝗ virt⁹ ei⁹ ꝗtumcūq̄ aucta sufficeret per seipsam sicut scōm ponētes obiectum esse causam partialē actus alicuius potētie cum potētia ipsa nunꝗ altera tantū virtus sufficeret. ¶ Et tunc ad dictū Aristotelis dicitur q̄ si sensus esset actiuus sicut causa totalis sensationis sentiret vtiq̄ vel sentire posset sine extrinseco obiecto. Sed non teneo me cum ista solutione secūda sed cum prima. ¶ Ad illud vero de ligno dicitur q̄ si lignū esset calidum ⁊ cum hoc calefactibile nō posset seipsum calefacere: quia calefactio est actio transiens. Sed si esset immanēs posset vtiq̄ seipsum calefacere sicut intellectus seipm intelligere. ¶ Aliter dicitur ad ista q̄ Aristoteles ibi de. 2. aīa intēdit ostendere sensum esse passiuꝫ nō autem actiuum eo modo quo ponebāt illi q̄ ponebant ipsum esse cōpositum ex omnibus sensibilibus realiter ad hocvt sentiret oīa. Si enim opinio eorū esset vera sequeret q̄ sensus sentiret absq̄ sensibili extrinseco: ⁊ per consequēs moueretur a seipso sicut si calefactibile calefieret ⁊ nō ab extrinseco calefieret a seipso. Sed ex hoc nichil ad propositū

Ad motiua. 1. opi.

Ad scōm.

¶ Ad scōm dico q̄ concludit bene q̄ semen mulieris per se ⁊ directe nō agit ad generationē: qꝛ pro instanti generationis corrūpitur: sed non cōcludit de muliere. ¶ Ad tertium de duobus agentibus vniuocis ⁊c. Licet non sit contra predicta: et ideo posset concedi tñ qui vellet sustinere q̄ vir per se ⁊ directe ageret ad generationē posset dicere q̄ ēmo Unde ad eundē terminum vel effectum producendum bene requirūtur duo agētia vniuoca talia q̄ vnum subordinetur quasi alteri tanꝗ cause magis principali. Sicut duo ignes quorum vnus est maior bene concurrūt ad eundem calorem causandum in eodē ligno vel eadem parte ligni. Quādo dicis q̄ quelibet talium causarum cōtinet sufficienter perfectionē effectus vniuoci. Dico q̄ non oportet ꝗtū ad modū producēdi sic vel sic. Tamen sic dicētibus occurrit difficultas ⁊ ideo teneo me cū prima solutione predictis cōcordāte. ¶ Ad quartū dico q̄ in generatiōe substātiali mater nō est principiū

passiuū proprie loquēdo qꝛ nō est materia seminis receptiua forme ipsius fetus licet materia ab ipsa ministretur ⁊ iō improprie dicitur principium passiuum. Non seqtur ḡ q̄ in ḡnatiōe substātiali idē sit principium passiuum ⁊ actiuū. Hoc enim est īpossibile quicq̄d sit de mutatiōe accidētali qꝛ de aliqua tali nō implicat ꝓtradictionē sicut dictū est in secundo. ¶ Ad Augustinū. Dico q̄ ipse intēdit q̄ xp̄s nō venit ēm rōnē seminalem se tenētem ex parte viri qꝛ nō mediāte virili semine ⁊ nihil plus habetur de hoc ⁊ ita nihil contra ꝓpositū. ¶ Ad philosophum Dico q̄ ipe negatur ⁊ rationabiliter a medicis q̄ ponūt q̄ mulier vel femela in generatione ē actiua. Et dico vltra medicos q̄ nec vir nec semen viri est actiuū ad ḡnationē per se eo modo quo dictum est supra. Et tunc nego omnia signa p quātō videntur hoc ꝓcludere nisi forte dicatur p reuerētia Aristotelis q̄ ꝗtum ad alterationē puiam generationi intelligit hoc Aristoteles ⁊ pro tanto dicit hoc q̄ licet semen mulieris aliquo mō sit actiuū ad alterationē vel dispositionē illam tamē semē viri principalius tanꝗ actualius ⁊ pfectius. Unde nec semē mulieris agit ad eā nisi p accidens reagēdo in semen viri a quo ipsum patitur ⁊ alteratur.

Ad aug.

Ad Aristo.

Ad dicti 2. opi.

¶ Ad primum alteri⁹ opinionis qd̄ probat q̄ mulier nō agit naturaliter ad generationē fetus: quia nec vir de quo magis videtur de viro sicut dictum est supra: ideo nō valet. ¶ Ad illa que sunt adducta cōtra primā opinionem q̄ mulier agit ad generationē licet gratia cōclusionis essent cōcedenda: tñ qꝛ primum ita concludit de viro sicut de muliere qd̄ est supra negatum de viro respondēdum est q̄ licet potētie generatiue. s. viri ⁊ mulieris sint eiusdem rationis ꝗtum se tenēt ex parte forme ⁊ aīe cut sunt cōsubstātiales: habēt tñ alia ⁊ alia organa in viro ⁊ muliere ⁊ requiritur alia ⁊ alia presentia ad materiā viri ⁊ mulieris: ⁊ ideo licet ambe sint actiue: nō tñ eodem modo nec respectu eiusdem per se effectus: sicut dictū est supra. ¶ Alia vero tria argumenta concedātur: qꝛ sunt bona eo modo quo concludunt ⁊ etiam deducūtur. Hoc de primo articulo principali istius questionis.

¶ Quātum ad secūdum articulum questionis omnes volunt saluare q̄ btā virgo sit ⁊ fuerit vera mater naturalis xp̄i. Sed diuersimode saluatur hoc a diuersis. Nā illi de ꝑma opinione ꝑcedētis articuli dicunt q̄ licet nichil cooperata fuerit actiue ⁊ per se ad generationē: sed totū fecerit spiritussanctus tñ ministrauit materiam: et ipsum aluit in vtero suo benedicto ⁊ mutauit ⁊ peperit sicut alie matres ⁊ hoc sufficit ad hoc q̄ sit vera mater naturalis. ¶ Alij de secūda opinione dicunt q̄ fuit vera mater naturalis: qꝛ nō solum materiam ministrauit ⁊ ipsum aluit ⁊ peperit. Sed cū hoc ipsuꝫ genuit ⁊ cooperādo effectiue ⁊ per se ad generationē ipsius ipsi spiritui sancto per illud donum supernaturale qd̄ licet conferretur sibi supnaturaliter erat tñ sibi principiū operādi naturaliter

An ꝗgo sit vera mat xp̄i naturalis ⁊ quomō

1. opinio.

2. opi.

¶ Sed istas opiniōes nō teneo sicut nec tenui illas in primo articulo questionis: ⁊ ideo dico aliter. Postea instabo ꝗme ⁊ soluam. Primo dico q̄ ipsa fuit vera mater: quia nō solum materiam ministrauit: sed qꝛ ipsum

3. opinio.

Christum genuit actiue cooperās spiritui sancto et per se ⁊ directe ad generationē Christi ēm naturam assumptam precipue ꝗtum ad eductionē forme substantialis corporeeve materia illa ministrata sicut dictū est supra. Ipsum etiā aluitin vtero ⁊ nutriuit.

¶ Sed de partu quomodo ipsum peperit est difficile. Et videtur q̄ nō peperit primo qꝛ virgo. Impossibile est autez q̄ virgo pariat manēs virgo vt videt: qꝛ virginitas ⁊ maternitas cōtrarie opponūtur nec possunt eidem inesse vt videtur. ¶ Secundo qꝛ partus expellitur a matre in pariendo. ¶ Sed beata virgo non potuit habere vim expulsiuā respectu hui⁹ partus: qꝛ cū iste partus exierit clauso vtero ⁊ claustꝭ clausis oportuit q̄ essent duo corpora simul puta corpus Christi et pars illa vel vterus virginis. Hoc autez nō subest nec subiacet virtuti naturali agētis sed solius dei ¶ Tertio qꝛ pater ⁊ mater relatiue opponūtur sicut actiuum ⁊ passiuum. Cuꝫ igitur Christus ēm carnē ⁊ naturam nō habuerit patrem videt q̄ nec matrē. ¶ Quarto qꝛ illa nō parit naturaliter que parit modo mirabili ⁊ miraculoso: ⁊ per cōsequēs non est mater naturalis. Sed beata virgo naturali modo non peperit: sed miraculose quia virgo manens: ⁊c.

qūo ꝗgo peperit Christū.

¶ Sed istis nō obstantibus dico q̄ beata virgo veraciter peperit Christum et hoc statim patet si ponatur q̄ mater in pariendo non habeat vim impulsiuam vel expulsiuaꝫ fetus: sed fetus cadat quasi maturus fructus ab arbore qui nō expellitur ab arbore sed sponte cadit: et tunc beata virgo fuit terminus a quo illius motus vel egressus Christi ab vtero sicut sposi de thalamo suo ⁊ totus ille mot⁹ fuit a spiritu sancto nō cooperāte virgine effectiue sicut nec alie matres ī hoc effectiue operanꝫ. ¶ Sed si mater habeat vim expulsiuā in pariendo: tūc difficili⁹ est videre propositum. Et dicit vnus q̄ istud expellere nō est de necessitate matris ita q̄ licet alie expellant: non tñ beata virgo: qꝛ agens naturale non pōt facere duo corpora non gloriosa in eodem loco nec potest aliquod corpus expellere de loco nisi subintret aliud corpus ⁊ planū est q̄ aliud corpus nō subintrauit corpus vel vterum virginis. Ideo dicit q̄ spiritus sanctus fuit totalis causa expulsionis supplendo causalitatem virginis ⁊ ipa virgo fuit terminus a quo tñ. ¶ Sed aliter sicut videt michi potest dici scz q̄ virgo fuerit pncipium actiuum illius expulsionis per istum modū: quia planuꝫ est q̄ expellere corpus ⁊ aliud implere sunt due actiones ⁊ mutationes ita q̄ expulsio vnius ⁊ subintratio alterius separabiles sunt: ⁊ ideo deus potuit beate virgini influere ⁊ cooperari ad expulsionē q̄ nō influeret ad subintrationē alterius corporis vel etiā ad fractionē vel apertionem vteri. Ita q̄ virtute diuina erat q̄ duo corpora simul essent: sed virtute creata virginis erat q̄ alterum moueret ⁊ expelleret. Sicut si duo animalia essent in eodē loco virtute diuina nō minus quodlibet eorū posset se mouere in illo loco ꝗ si alterum tantum esset ibi: ⁊ sic de consimilibus. Sic in proposito potest dici.

Nota.

¶ Ad primum contra partū dico q̄ mater ⁊ virgo nō opponun-

tur formaliter nec repugnāt maternitas ⁊ virginitas simpliciter ⁊ absolute ꝓ ꝑtute diuina possunt simul stare licet nō virtute nature. ¶ Ad secundū iā patet ex dictis de expulsione partus. ¶ Ad tertium dico q̃ pater ⁊ mater nō opponūtur relatiue vato etiā q̃ se habeant sicut actiuum ⁊ passiuū: q̃ actio ⁊ passio sunt diuersorū predicamētorum: sed bene pater ⁊ filius vel mater ⁊ filius sensibilia: et ideo pater nō potest esse sine filio nec econuerso loquēdo de filio ēm filiationem que est relatio ad patrē: sed bene potest loquēdo ēm filiationem que est relatio ad matrem sicut in ꝓposito: quare ⁊c.

¶ Ad quartū dico q̃ beata virgo potest dici mater naturalis ex principio pariendi ⁊ generādi: q̃ principium tale habuit in sua natura: tñ ex modo pariendi. Puta q̃ virgo pareret nō dicēr naturalis: q̃ miraculosum fuit q̃ virgo pareret licet naturale fuerit q̃ ipsa pareret. ¶ Nec de secundo articulo principali.

¶ Quantum ad tertium articulū.

Incarnatio dup.

An sc̄z beata virgo meruerit esse mater dei vel Christi. Dicitur q̃ incarnatio dei potest accipi dupliciter. Uno modo ꝯtum ad substātiam facti et vt in diuino supposito quo ab eterno preordinauit eā fiendā ⁊ exhibēdam et isto modo nec beata ꝗgo nec aliquis hominū vnq̃ potuit mereri incarnationem Christi vel dei nec per cōsequēs beata virgo potuit mereri esse mater dei nec merito cōgrui nec merito condigni. Tū q̃ nichil extrinsecū deo est sibi ratio volēdi vel ordinādi aliquid extra se. Tum q̃ īcarnatio est fundamētū est radix omnis meriti siue cōdigni siue congrui. Tum q̃ incarnatio est ratio recōciliandi totū genus humanū ⁊ satisfaciendi saltē initialiter ⁊ per consequēs nō potest eā mereri singularis ꝑsona pura de genere hominis. Tum q̃ meritū hominis ad hoc nō se extendit: vt deꝰ debeat fieri homo sed ad gratificari vel beatificari ad perfectionē formalē propriam gratie vel glorie: ideo ⁊c. ¶ Alio modo potest accipi incarnatio ꝯtum ad tempus vel circūstantiam vel modum ipsa incarnatione presuppositā simpliciter fienda ⁊ hoc modo cōsideratur vt tali tēpore vl̃ tali fienda ⁊ isto modo dicit q̃ beata virgo et sancti patres aliquomodo meruerūt eam in effectu poni tali tēpore aliquo modo ⁊ de cōdigno tanq̃ amici dei ⁊ ꝑsone deo grate ⁊ desiderātes feruēter accelerari aduētū dei licet istud excedat simpliciter omne meritum in excellētia ⁊ bonitate ⁊ beata virgo

q̃ō beata virgo meruit esse mater christi.

precipue inter omnes hoc meruit ꝯtum ad circunstātiam persone: q̃ purissima ⁊ sanctissima fuit et decuit vt supposito q̃ deus deberet habere matrem q̃ de matre purissima fieret que tāta puritate niteret qua sub deo nequit maior intelligi. Nec obstat q̃ bonū incarnationis excedat quodcūq̃ meritum quia etiā bonū premiationis eterne excedit quasi ī proportionabiliter meritū temporale ēm Apostolum ad Ro. Non sunt cōdigne passiones huius tēporis ⁊c. Tñ aliquis potest mereri de condigno viam eternam eo tñ modo quo dictū est superius in scō. Hoc sufficiat de isto tertio articulo.

ad argumēta pn̄cipalia.

¶ Ad primum principale dico

q̃ beata virgo potuit cooperari ad eductionē formē substātialis corporee de materia corporis xp̄i: quia etiā illa fit naturaliter ī instāti ab alijs matribus sed nō ad translationē vel dispositionē instantaneam materie sicut dictū est supra. ¶ Ad secundū dico q̃ christus cōparatur ad virginē sicut suppositū productum ab ipsa vi nature nō ēm naturā diuinā: sed ēm naturaꝫ humanā in qua subsistit cuius nature materiam ministrauit et hoc sufficit ad maternitatē. ¶ Ad tertium de spiritu sancto dico q̃ proprie loquendo eo modo quō loquēdum est in proposito incarnationis spiritussanctus nō potest dici pater christi ratione incarnationis ēm Augustinum ⁊ Magistrū in litera: quia nō est cōceptus de spiritu sancto sicut de patre vi generatiua naturali. Non eēm conuenit cū virgine sicut vir cum muliere faciens naturaliter ad generationē mediante semine quomodocūq̃ ad hoc faciat vir sed magis vt artifex ⁊ agens voluntariū ⁊ non de sua substātia sed in aliena substātia ⁊ alterius rationis. Sed beata virgo vi sua generatiua ad hoc egit ⁊ materiam ministrauit sicut dictū est supra: ideo ⁊c.

¶ Distinctionis Quinte Tertij Sētentiarum. Questio Unica.

Circa distinctionem

quintā quero vtrū natura diuina assumpserit naturā humanā in christo. ¶ Uideturq̃ sic. Persona diuina et natura sunt idem. Sed persona assumpsit naturā: ꝗ ⁊c. ¶ Secūdo sic. Natura diuina ⁊ humana sunt vnite in Christo. Aut ergo natura diuina est assumēs aut assumpta Sed nō est assumpta: vt patet: ꝗ ⁊c. ¶ Tertio. Sicut persona est incarnata ita natura sicut concedit Magister in litera. Sed ꝑsona est incarnata ꝑ hoc q̃ assumpsit naturam humanam: ergo ⁊c.

¶ Contra

Quod est cōmune toti trinitati nō assumpsit naturam humanam q̃ tunc tota trinitas fuisset incarnata. Sz natura cōmunis est toti trinitati: ergo ⁊c.

¶ In ista questiōe sic pcedā.

¶ Primo inquirā an natura diuina assumpsit naturam humanā. ¶ Secundo an persona diuina assumpsit hominē vel personam humanā. ¶ Tertio an natura humana prius potuit personari ꝯ assumi. ¶ Ultimo ad rationes.

¶ Quātum ad primum.

Assumere dupliciter capitur.

Notādū q̃ assumere dicitur dupliciter. Uno modo effectiue. Alio modo terminatiue. Primo mō idem est q̃ causare vnionē nature assumpte. Secō modo idem est q̃ illaꝫ vnionē terminare. ¶ Et sic ēm hoc dico primo q̃ eodē modo potest cōcedi vel negari q̃ natura assumpsit naturā sicut q̃ causat naturā vel causat aliquid seu efficit loquēdo de assumere primo modo. Et dico de hoc q̃ nec creat nec assumit sicut dictū est in primo. Actio eēm quelibet diuina nō est nisi suppositi vt āgētis. Et si in alijs aliqua actio possit esse alicuius singularis nō suppositi ratio est que fuit ibidem assignata: quia verbum adiectiuum q̃ significat in adiacētia ad suppositū nō predicat de aliquo in vltima abstractiōe

abstracto cuiusmodi est essentia diuina vel natura vt sic accepta. vide in primo distin. 5. in. 1. questiōe. ¶ Secō tñ dico q̃ essentia vel natura est ratio assumēdi isto modo: q̃ est illud quo ꝑsona diuina assumit ⁊ assumere pōt naturā creatā sicut ē ratio qua creat aliquid vel efficit vt dictū est in pmo ⁊ nō distingo mō essentiā ab alijs essentialib̄ ꝓcipue a volūtate. Essentia ꝗ vel natura nō assumit isto modo Sz tres diuine ꝑsone sicut tres ꝑsone diuine creāt et beatificāt. ¶ Ulti ⁊ ex hoc ꝓcludi pōt vnū dictū aliquozū esse falsum q̃ dicūt q̃ essentia diuina btificat sicut q̃ ⁊ quo. Hoc eēm falsum est si intelligat effectiue quicq̃d sit de hoc si intelligēr obiectiue loquēdo de assumere secō modo dico q̃ de facto natura diuina non assumpsit naturā humanā in xp̄o. Nec sicut terminus primus q̃ nec sicut terminus formalis quo. Nec eēm primo terminat vnionē nature assumpte nec est ratio terminādi ipsaꝫ. ¶ Sz nō sit ratio terminādi ꝑbatū est supra in vna q̃stione. Sed q̃ nō terminet sicut terminus q̃ pōt ꝑbari primo: q̃ vnio nature assumpte est vt ad aliquid subsistēs incōmunicabile puta ad suppositū. Natura aūt diuina nō est aliq̃d incōtcabile vt ptz. Secō q̃ si essentia eēt primꝰ terminꝰ q̃ vt sic accepta cū ipsa sit cōis trib̄ ꝑsonis sequereť q̃ tres ꝑsone ꝓnr̄ essent incarnate quod est falsum: quare ⁊c.

resolutio

¶ Dico igit q̃ illius vnionis

ad verbū q̃ nō est de facto nō est nec esse pōt terminus īmediatus nec q̃ nec quo. Sed ipm suppositū vel ꝑsona diuina q̃ est ꝓbū est terminꝰ q̃ ⁊ ipa sua ꝑsonalis ꝓprietas est terminꝰ quo. Sz vtrū sit possibilis aliqua vnio nature vnibilis q̃ possit primo ⁊ īmediate terminari ⁊ ad essentiā ⁊ mediāte essentia ad tres ꝑsonas ꝓnter dictū est de hoc aliquid supra in illa q̃stione vtrū tres ꝑsone possint eandē naturā numero assumere. ¶ Ultimo dico ꝯtum ad hoc q̃ essentia ipa ⁊ natura ī filio est vnita nature humane in xp̄o: aliter tñ ꝯ verbū vel ꝑsona diuina q̃ ꝑsona diuina primo ⁊ īmediate sicut ꝑ se terminās vnionē nature. Essentia aūt diuina quasi ꝑ accidēs vel nō primo ꝑ tāto: q̃ eadē suppositō cū ꝑsona verbi tanq̃ natura ⁊ subā eiꝰ. Ex quo ptz: q̃ q̃ eadē est vnio ꝑsone ⁊ nature: ꝑsone tñ primo q̃ nature in alijs duabꝰ ꝑsonis a ꝓbo nō est vnita natura humane nec ecōuerso sicut nec alie ꝑsone sunt vnite. Hec de pmo articulo q̃stionis nisi q̃ cōcludi pōt etiā q̃ sicut natura diuina dr vnita/ita dr vl̃ dici potest incarnata ⁊ conceditur hoc a Magistro.

an ꝑsona diuina assumpsit homīem vel ꝑso. humanā.

¶ Quātum ad secūdum articulū

certū est apud oēs q̃ ꝑsona diuina nō assumpsit ꝑsonā hūanā. ¶ Primo q̃ sicut ꝑbatū est supra ꝑsona est inassumptibil ⁊ incōtcabilis ꝑdictione repugnāte. ¶ Secō q̃ in xp̄o esset duplex ꝑsona sicut duplex natura q̃ est falsum. Voluerūt tñ aliqui dicere q̃ ꝑsona diuina assumpsit hominez lz nō ꝑsonā. Hoc aūt videť ꝑbari: q̃ ꝓbū assumpsit cōpositū ex aīa rationali ⁊ humana carne vt patet. Sed hoc est hō ēm August. ⁊ ēm oēs: ꝗ ⁊c. ¶ Secūdo q̃ verbū est hō sicut hō est ꝓbū. Sed nō ēm seipm: ꝗ ēm assumptū: ꝗ hō ē assumptꝰ. ¶ Tertio q̃ aliq̃d dr esse hō ꝓter vnionē hois corpis ⁊ aīe sicut ꝓter separationē istozuꝫ dr hō mortuus vel nō homo. Et patuit in xp̄o: q̃ in triduo dicebatur nō homo vel mortuus ꝓter separationē aīe a corpore. Non autē ꝓpter separationē ambozū a verbo: q̃ māserūt vnita verbo: ꝗ cū verbū assumpserit ista vnita sequiť q̃ assumpsit hominē. ¶ Quarto cōfirmatur per Augustinū qui sicut dr in litera frequenter dicit verbum assumpsisse hominē ⁊ loquitur frequenter de homine assumpto: quare ⁊c.

¶ Sed dico q̃ verbū nō assumpsit hoīem homo eēm dicit naturā suppositatā vel naturā in cōcretione ad suppositū. Et iō sicut nō assumpsit suppositū ita nec assumpsit hominē sed magis humanitatē ⁊ hāc humanitatē indiuiduā. Non tñ indiuiduū nature hūane ꝓut indiuiduum cōiter dr hic homo ⁊ suppositū nature. verū est tñ q̃ Magister distinguit in lra q̃ qñ dr ꝓbū assumpsit hoīem. verū est si hō accipiat ꝓ natura Sed ꝓ ꝑsona habēte naturam non est verum.

q̃ ꝓbū assumpsit hūanitatem ⁊c.

¶ Ad primuz aliozum dico q̃

ad rōnes aliozum.

cōpositū ex aīa rationali ⁊ humana carne pōt accipi vel ꝓ natura ipsa cōposita vel ꝓ habente naturā q̃ dr homo. Accipiendo primo modo verum est q̃ verbū assumpsit cōpositū ⁊ isto modo cōpositū nō est homo sicut nec humanitas est hō secundo modo non assumpsit cōpositū. ¶ Ad secēm dico q̃ verbum est homo nō ēm se sed ēm assumptū sed ex hoc non sequitur q̃ assumptū sit homo: sed magis q̃ sit humanitas sicut etiaꝫ nō oportet q̃ illud ēm q̃ dr formaliter corpus est album sit album sed albedo. ¶ Ad tertium dico q̃ verbum vel christus nō fuit homo solum ꝓpter vnionē corporis ⁊ anime quia stante illa vnione potuit absolute non esse homo: sed reliquisset naturā assumptam sicut potuit facere absolute loquēdo. Sed cū hoc ꝓpter vnionē totius nature ad verbū: quia scilicet ipsum verbum sustentabat naturā in ꝓprio supposito ⁊ tota natura innitebatur sibi ⁊ vniebatur modo superius enarrato. Ita q̃ humanitas sibi vnita dicebatur homo sicut suo modo subiectū dicitur tale accidēte sibi vnito nō autē accidēte separato. ¶ Quādo dicis q̃ ꝓpter separationē istozum dictus est homo mortuus in triduo. Dico q̃ verum est ⁊ hoc bene sufficit: quia per talem separationem corrupta est natura humanitatis prius vnire secundum quam dicebatur homo verus. Paucioza enim sufficiunt ad destruendum ꝯ ad construendū: ⁊ ideo nō oportet q̃ sola vnione istozum Christus sit homo sicut ꝓpter separationem eozum est non homo vel mortuus. ¶ Tu dices Christus fuit vniuoce homo cum alijs: ergo sicut alij sunt homines solum ꝓpter vnionem partium ita et Christus. Dico q̃ Christus fuit vniuoce homo cū alijs ꝯtū ad naturam: sed non ꝯtum ad suppositum: ⁊ ideo sicut in alijs ad veritatem nature sufficit vnio partium. Ita et ad veritatem nature que fuit in Christo sufficiebat vnio ista. Sed quia verbum erat extrinsecum suppositus a natura: ideo oportebat ad hoc vt diceretur talis secundum illam q̃ ipsa sibi vniretur et per talem vnionem vel ratione ipsius esset homo. Non sic autem in alijs hominibus que sunt intrinseca ⁊ ꝓpria supposita ad que vltra naturam sufficit illa duplex negatio suppositalis supradictam. Unde nec Christus est vniuoce homo cum alijs ꝯtum ad suppositum. ¶ Ad quartum dico q̃ Augustinus accipit hominem ꝓ natura.

Nota.

An natura hu.p⁹ potuit psonari q̃ assumi.

¶ Quãtum ad tertium articulum est vna opinio cuiusdã doctoris q̃ natura a verbo assumpta nõ potuit prius esse psonata in seipsa q̃ assumpta ita q̃ deus posset assumere aliquã naturã prius in seipsa vel in ꝓprio supposito psonatã. ¶ Ad hoc adducunt rationes. ¶ Prima est qr natura prius suppositata vel psonata assumi nõ põt nisi p corruptionẽ prioris suppositi. Alioquin posset simul suppositari in ꝓprio supposito ꝛ in extrinseco qd̃ est falsum. Sed corrupto supposito corrũpitur natura necessario: qr destructis primis impossibile est aliqd̃ aliorũ remanere: g̃ ꝛc. ¶ Secũda ratio: qr si natura prius suppositata posset assumi: videt q̃ pari ratione sua suppositalitas posset assumi: qr est cõditio realis preexistẽs in natura ꝛ sibi cõsubstãtialis. Sed hoc est falsum: g̃ ꝛc. ¶ Dicit igit̃ iste q̃ oportuit necessario q̃ natura assumpta a verbo nunq̃ fuerit in ꝓprio supposito personata. Alioquin nunq̃ potuisset assumi.

1.opinio.

2.opi.

¶ Alia opinio est de hoc q̃ satis est miirabilis q̃ natura prꝰ psonata in ꝓprio supposito potuit ꝛ põt assumi a diuino supposito manẽte ꝓpria psonalitate sic q̃ natura solũ esset assumpta ꝛ nõ psonalitas ꝓpria ita q̃ diuinũ suppositũ potest assumere naturã existentẽ ꝛ manẽtem in ꝓprio supposito nõ assumẽdo suppositũ. ¶ Hoc declarãt primo: qr nulla est ꝓtradictio q̃ assumãt natura ꝛ nõ suppositũ: qr non sunt idẽ omnino sicut dictũ est supra. Distingũtur eñ sicut positiuũ ꝛ negatiuũ: qr positiuũ põt fundare respectũ vnionis: ꝛ per ꝑns assumi dato q̃ priuatiuũ nõ possit. ¶ Secõo qr videmus q̃ aliqua actio realis põt terminari ad naturã vel etiã circa naturam nõ tñ circa singulare vel suppositũ vel econuerso. Patet in diuinis: qr suppositũ generat et generãt nõ autẽ natura ꝛ in creaturis actus diffiniendi vel intelligẽdi põt terminari ad naturã vel quidditatẽ dato q̃ nõ ad suppositũ: g̃ sĩr in ꝓposito assumptio poterat esse nature dato q̃ non suppositi.

3.1.opi.

¶ Sed ille opiniones ambe videtur michi false. ¶ Dico eñ cõtra primã q̃ natura prius suppositata vel psonata in ꝓprio supposito põt vl̃ potuit assumi a diuino supposito nõ manẽte sua sappositalitate ꝓpria sicut nec modo. Tũ qr nullã implicat ꝓtradictionẽ q̃ in tali natura fundetur respectus vnionis cedẽte ꝓpria suppositalitate qr cõtingẽter stat sub ꝓpria suppositalitate. Tum qr sicut nature nõ repugnat priuari ꝓpria suppositalitate ꝛ inniti alteri ꝓ primo instãti ita nec ꝓ aliquo vt videtur qr non est ad hoc magis determinata in alio instãti q̃ in primo nec econuerso. Tũ qr si repugnaret sibi ꝓ alio instãti etiã repugnaret sibi ꝓ ꝑmo: ꝛ sic nũq̃ posset assumi: q̃re ꝛc.

3.2.opi.

¶ Contra secundã opinionẽ dico q̃ impossibile est et ꝑdictio manifesta q̃ assumãt natura existẽs in ꝓprio supposito: qr ꝓprii suppositus nature dicit in natura vltra ipsam naturã negationẽ actualis depẽdentie ad extrinsecũ suppositũ ꝛ ipsa vnio vel assumptio ex parte nature assumpte dicit actualẽ depẽdentiã vel innitẽtiam ad extrinsecũ suppositũ ꝛ ideo hoc ponere nõ est nisi ponere contradictoria simul. ¶ Secõo dico q̃ si natura existẽs ĩ ꝓprio supposito ꝛ manẽte ꝓprio supposito assumeret q̃ ipsum suppositũ ꝑ ꝑns assumeret. Probatio. Assumpta natura assumit q̃ libet ꝓprietas formalis in ipsa eo modo quo est in ipsa sicut patet de accidẽte ꝛ pari ratione de negatiuis ꝓprietatibus. Vnde ꝛ si assumeret oculus cecus assumeret cõsequẽter cecitas: g̃ cũ ratio ꝓprij suppositi dicat negationẽ realẽ vl̃ ꝓuationẽ ĩ naꝗ assũpta naꝗ assumit necessario tal̃ negatio si maneat ĩ ipa. Dico igit̃ q̃ illa positio est falsa: ꝛ ideo.

Opinio auctoris

¶ Quãtum ad istum articulum dico q̃ absolute loquẽdo psona diuina potest ꝛ potuit assumere naturã prius psonatã in ꝓprio supposito: non tñ manẽte ꝓpria psonalitate ꝗ cessante adueniente vnione sibi opposita ad extrinsecã psonalitatẽ licet de facto nõ fuerit ita qr natura humana nunq̃ fuit suppositata ꝓpria psonalitate propter rationes suprãdictas in quadã questione illa scilicet vtruꝫ organizatio ꝛ formatio corporis christi precesserit incarnationem verbi.

ad rõnes p̃me opi.

¶ Ad primũ prime opiniõis dico q̃ si argumẽtũ est bonũ ꝓbat q̃ nunq̃ possit assumi natura: qr oportet ita bene priuari naturã ꝓpria suppositalitate in primo instãti q̃ñ assumit̃ sicut si postea in alio instãti assumeretur. ¶ Cum g̃ natura ꝛ suppositũ sint idẽ ꝗ sicut tu dicis ita oportet naturã nõ existere q̃ñ accipit̃ ĩ primo instãti sicut si alias assumeret qr ita bñ oportet suũ ꝓprii suppositũ nõ esse ꝛ ita non põt assumi qr nõ est. Preterea etiam si supposito ꝓprio corrupto vel suppositalitate amota oportet corrũpi naturã sequit̃ pari rõne q̃ ꝓpria suppositalitate restituta ꝓducãt̃ de nouo vel reparet̃ natura. Sed hoc est falsum: qr ẽm omnes doctores verbũ posset relinquere naturã assumptã nõ causando aliquid reale positiuum: sed tñ non causando ꝓprie vniones. ¶ Dico igit̃ ad argumẽtum q̃ oporteret naturã illã amittere ꝓpriã suppositalitatẽ ꝛ nõ ꝓpter hoc corrũperet̃ natura sicut nec modo corrupta est sed manet actu existẽs ĩ christo: licet careat ꝓpria suppositalitate. Qñ dicis q̃ corruptis primis substãtijs impossibile est aliquid aliorũ remanere. Dico q̃ ẽm Aristotelẽ natura creata non potest manere in esse sine ꝓpria suppositalite vel supposito ꝓprio et ideo negaret possibilitates incarnationis. Sed nos qui ponimus q̃ natura habet esse cõtingẽter ꝛ separabiliter sub ꝓprio supposito vel ꝓpria suppositalitate ꝑbem⁹ dicere q̃ nõ oportet naturã corrũpi si amittat vl̃ destruat̃ ꝓpriũ suppositũ: qr põt stare ꝛ manere ĩ alio supposito. Vel dicẽdũ q̃ Aristoteles ĩtelligit ꝑ ꝑmis substãtijs q̃ sunt ĩdiuidua vel singularia subs. Verũ est eñ q̃ destructa singularitate nature destruet̃ natura. Natura eñ in q̃ls est eẽntial̃ eadẽ cũ suo singulari vl̃ cũ illo p q̃ d̃ est singularꝭ. Nõ sic aũt est de suppositalitate sic dictũ ẽ supra. ¶ Ad 2ᵐ dico q̃ nõ oportet si natura tal̃ põt assumi q̃ sua suppositalitas ꝓpria maneat cũ assũptiõe ꝓpt̃ ꝑdictionẽ repugnãtẽ qr ꝓpa suppositalitas dicit ĩ naꝗ negationẽ illi⁹ vniõis quã dicit assũptio ex pte nature assũpte: iõ ꝛc. ¶ Dices q̃ ĩmo suppositũ videt̃ esse assumptibile: qr ita est curabile sicut ꝛ natura ꝛ in potentia obedientiali respectu dei sicut et natura: ergo ꝛc. Dico q̃ suppositum q̃tum ad illud quod dicit sibi ꝓprium super naturam non est curabile: nec in potentis obedientiali: quia non dicit nisi negationẽ cui neutrum conuenit: ideo ꝛc.

¶ Ad primũ secũde opinionis dico q̃ ĩplicat cõtradictionẽ planã q̃ natura manẽs in ꝓprio supposito assumãt sicut dictũ est supra: ꝛ per ꝑns implicat cõtradictionẽ q̃ manẽs in ꝓprio supposito assumãt ꝛ nõ assumatur ꝓpriũ suppositũ. Similiter etiã patet hoc qr contradictionẽ ĩplicat q̃ cõueniat alicui ꝓprietas aliqua vel negatiua ꝛ nõ conueniat illi cui primũ cõuenit sicut ĩpossibile est ꝛ ĩplicat cõtradictionẽ q̃ assumãt substãtia ꝛ nõ assumãt accidens eius manẽs in ipsa ꝛ inherẽs sibi stante tali assumptiõe sicut q̃ assumãt oculus ꝛ nõ assumãt cecitas eius si maneat cecitas in ipso stãte illa assumptione. Sic in ꝓposito de natura assumpta ꝛ ꝓpria eiꝰ suppositalitate manẽte ẽm eos. ¶ Ad aliud dico q̃ assumi, vel assumptio nõ est aliquid ꝑtinẽs ad differentiã inter naturã ꝛ suã suppositalitatẽ si ponãt manere stante illa assumptione sicut ꝑbatũ est supra. Sed generare vel generari est aliquid ꝑtinens ad differẽtiã inter essentiã diuinã ꝛ suppositũ ꝛ differri etiã inter naturã ꝛ indiuiduũ: ideo nõ est simile.

ad argumẽta p̃cipalia.

¶ Ad primuꝫ principale dico q̃ natura ꝛ ꝑsona nõ sunt totaliter idẽ sicut dixi in primo. Sed ꝑsona addit sup naturã relationẽ distinctã ex natura rei ab essentia vel natura: q̃re ꝛc. ¶ Ad scõm dico q̃ natura põt dici vnita nec ꝓpter hoc oportet q̃ sit assumẽs sed sufficit q̃ sit aliquid assumẽtis cuiusmodi est natura diuina aliqd̃ diuini suppositi. ¶ Ad tertiuꝫ dico q̃ natura põt cõcedi vnita vel incarnata sed nõ sicut persona assumens sicut probatũ est supra: sed magis sicut aliquid persone assumentis: ideo ꝛc.

¶ Distinctionis Sexte.

Questio Vnica.

Circa sextã distinctionẽ quero vtrũ in Christo sint plura esse. ¶ Videt̃ q̃ nõ

Primo esse vel subsistere in substãtia sunt idẽ: qr sicut accidẽtis est inherere ita substãtie est subsistere ꝛ sicut esse accidẽtis nõ est nisi suũ inherere vl̃ inesse. Ita esse substãtie nõ est nisi suũ subsistere. Sed in ꝛ̃po nõ est nisi vnũ subsistere: qr nõ est nisi vnũ suppositũ in ipso: g̃ ꝛc.

¶ Secundo sic. Si in ꝛ̃po sunt plura esse quit̃ q̃ Christus sit plura entia qr ens ꝛ esse sunt idẽ. Sed hoc est falsũ: g̃ ꝛc. ¶ Tertio sic. Si in ꝛ̃po sunt plura esse. Aut faciũt vnũ ꝑ se aut ꝑ accidẽs. Nõ vnũ per se patet inducẽdo ĩ modis ꝑ se. Nec ꝑ accidẽs qr neutrũ est accidẽs vel forma alteriꝰ: qr nec eẽ diuinũ hũani nec ecõuerso. ¶ Sĩr etiã bernardus ad Eugeniũ dicit q̃ vnio duarũ naturarũ ĩ ꝛ̃po tenet arcẽ inter vniones: g̃ ĩpossibile est q̃ cõstituãt vnũ ꝑ accidẽs multominꝰ q̃ de materia ꝛ forma q̃ faciũt vnũ per se: quare ꝛc. ¶ Cõfirmãt qr natura hũana nõ ꝓparãt ꝓbo vt forma: g̃ nõ dat sibi aliqd̃ esse: igitur in christo nõ est nisi diuinum esse.

Bernar.

¶ Contra In ꝛ̃po sunt due nature scꝫ diuina ꝛ humana sed quelibet habet ꝓpriũ esse: qr esse ꝛ essentia vel sunt idem vel inseparabilia: ergo in christo sunt plura.

¶ In ista questiõe sic ꝓcedã.

¶ Primo ad euidentiam q̃stionis inquirã vtrũ in creatura differãt essentia ꝛ esse actualis existentie qd̃ est esse ĩ re ꝛ ĩ effectu actualiter. ¶ Secõo ponã vnã opinionẽ de questiõe cũ suis motiuis. ¶ Tertio arguẽdo ꝗ̃ eam ponã aliã ꝛ respondebo ad motiua eius. ¶ Vltimo ad rationes principales.

Esse ꝛ essentia realiter distã.

¶ Quãtum ad primũ est vna opinio folẽnis q̃ esse ꝛ essentia realiter distinguũt tanq̃ diuersẽ res absolute saltẽ ĩ creaturis absolutis quarũ vna res aduenit alteri ꝛ ꝑficit eã suo modo sicut suã materiã. ¶ Ad hoc adducunt rõnes. Quarũ prima est Participãs differt realiter a participato qr nichil participat seipm. Sed essentia ꝑticipat ꝛ recipit esse: qr est ens ꝑticipãs ipsum: vt patet: g̃ ꝛc. ¶ Secũda est. Illud q̃d est ꝑ se in potẽtia ad aliqd̃ ꝛ q̃tũ est ex se ĩdifferẽs ad ipm vel oppositũ eiꝰ differt realiter ab ipo. Hoc patet: qr nichil est indifferens ad seipsum vel oppositũ suũ. Sed essentia creature per se est in potẽtia respectu sui esse ꝛ in potẽtia cõtradictionis respectu esse vel non esse ꝛ põt intelligi sub oppositõ ipsius esse puta sub nõ eẽ. Accidit eñ sibi esse vel nõ esse nec alterũ istorũ sibi determinat. Si eñ determinaret sibi eẽ nõ posset nõ esse et sic esset necesse esse. Si etiã determinaret nõ esse esset ĩpossibilis esse: g̃ ꝛc. ¶ Tertia ratio. Si essentia esset idem cum esse in creatura: sequeret q̃ essentia creature eẽt suũ esse ita q̃ esse vere sic ꝑdicaret de essentia sicut in deo. Sed hoc est falsum ꝛ ĩpossibile: qr tũc creatura vel essentia creature esset purum esse subsistẽs: ꝛ ita esset deus. ¶ Quarta ratio. Illa que diuersis potẽtijs cognitiuis quarũ vna est sensitiua ꝛ alia intellectiua apprehendunt realiter distãgũtur. Sed essentia vel quidditas creature ab intellectu apprehẽditur: qr quidditas est obiectuꝫ intellectus ꝛ suum esse vel existere apprehẽditur a sensu qui est cognitiuus particularũ ꝛ actu existẽtium tantũ: ergo ꝛc. ¶ Quinta ratio. Terminus mutatiõis realis realiter differt a subiecto vl̃ qua si subiecto illius mutatiõis. Probatio: quia naturaliter presupponit ipsum ꝛ mutatio ad ipsum terminatur: nõ autem ad subiectum. Sed esse est primus terminus creationis que est mutatio essentia vero quasi subiectũ: quia prima rerũ creataruꝫ est esse: ergo ꝛc. ¶ Sexta ratio ꝛ vltima: qr si essentia et esse nõ differũt realiter ita est ista ꝓpositio vera ꝛ necessaria ꝛ ab eterno. Essentia est vel habet esse sicut ista essentia est eẽntia sicut patet. Sed hoc est falsuꝫ: qr tũc creatura esset necessaria ꝛ procederet ab eterno a deo de necessitate nature nec posset ad nichilari nec ĩcipere eẽ: g̃ ꝛc. ¶ Cõfirmãt ꝑ Boetiũ de ebdomadibꝰ vbi dicit q̃ in omni eo qd̃ est citra primũ differt qd̃ est ꝛ quo est. Sed qd̃ est essentia quo est ipsuꝫ eẽ: g̃ ꝛc. Dicit etiã Boetius q̃ aliquid est accepta eẽndi forma. ¶ Cõfirmãt per cõmẽtatorem ꝗ. metha. vbi dicit q̃ qñ est predicatur Secũdo adiacens tunc est probleuma de accidente hoc autem est quando predicatur esse actualis existentie vt patet. ¶ Confirmatur per Auicẽnaꝫ ꝗ. metaphisice vbi dicit q̃ eẽ actu vel potentia sũt passiones entis. Sed passio realiter differt ab eo: cuius est ergo ꝛc. ¶ Vltimo per Lynconeñ.

Boetiꝰ.

cõmẽta.

Auicẽna

Lynconñ.

in pncipio scdi phisicorum vbi dicit q̃ in creatura differūt questio si est ⁊ quid est ⁊ in solo deo nō differūt. Sed questio si est ad esse ptinet questio quid est ad essentiā: g̃ ⁊c. ¶ Sic g̃ dicūt isti q̃ essentia ⁊ esse realiter distinguūt tanq̃ res diuerse et alteri⁹ ratiōis: quax vna est actus ⁊ pfectio alteri⁹ vt subiecti et suo modo sicut forma materie: et ptinet ad idē gen⁹ essentia tñ per se magis ⁊ esse p reductionem: qꝛ accidit generi q̃ essentia sit in actu.

q ista negāda ē de virtute sermonis ⁊ nō solum propter hereticos: quia tūc cessante heresi deberet concedi: ⁊ tū non negak per Magistrū. Nota hic q non solum dicik aliquid creatum vel creari seu creatura qd̄ accipit suum totale esse a causa prima immediate non de aliquo sicut angelus vel anima vel gratia. Sed etiā dicitur aliquid creatura respectu dei vel creatura dei quod ab eo recipit suum esse simpliciter primū dato q de aliquo ⁊ mediāte causa secūda esse autē simpliciter vel dicitur esse totale quo adequata est talis creatura vel esse prime partis in ea vt corporis organici in homine qd̄ est prius esse totale hominis non solum natura sed etiā duratione ꝗm me ⁊ ꝗm veritatem. Unde ⁊ homo gentil⁹ ab homine ⁊ asinus ab asino: vel etiā calor productus ab igne dicūtur creature dei licet non dicātur creature secūdorum agētium a quib⁹ producūtur sed magis effectus eorū. Modo dicūt q nec etiā isto modo accipiendo creaturā xp̄s dici pōt creatura. Patet: q: suum esse simpl̄r primū. q. partis in ipso nō sic accipit a deo nō de aliquo siue de nō aliquo: q: illud est esse verbi qd̄ accipit a deo patre de sua substantia nec etiā esse aliquod totale quo adequate sit cōstitutum ex esse verbi ⁊ esse nature humane superuenientis q: nullum tale esse est in christo. Nullum enim esse tertiū constituitur ex eis: quare ⁊c. Christus igitur nec potest dici creatura primo modo nec secūdo modo: ⁊ ita nullo mō

¶ Ad primū aliorum dicēdum

Ad motiua aliorū

est q non est causa: quare creatura nō predicek de Christo: quia creatura ad vnionē pertineat: q: magis pertinet ad vnitū ⁊ per hoc soluitur ad tertium ipsorum. Sed causa est repugnātia creature ad diuinū suppositum propter causas predictas. Quādo dicis q non: q: ita repugnat deo esse mortalē: sicut esse creaturam. Dicerek q non sicut dictum est supra q non sic repugnat diuino supposito esse genitum tēporaliter sicut etiā creatum ⁊ causa dicta

est q̃ diuino supposito repugnat per contradictionem accipere suum totale esse vl̃ simpliciter primũ nõ de aliquo ꝛ ideo cõtradictio est q̃ ponat creatura vel creatum sibi autẽ non repugnat accipere aliquod esse substãtiale per generationẽ: vt dictũ est supra. Et ideo nec sibi repugnat esse passibile vel mortale. Nec est aliqua cõtradictio q̃ sit impassibile ꝛ immortale ꝟm naturã diuinam ꝛ sit passibile ꝛ mortale ꝟm humanam. ¶ Ad ſcdm qũ dicis ita repugnat diuino supposito nõ esse post esse sicut esse post non esse. Diceretur q̃ accipiendo vniformiter ita repugnat sibi nõ esse q̃ ꝟ est terminus adnichilationis post esse sicut esse q̃ ꝟ est terminus creatiõis post nõ esse. Et diceretur q̃ neutrum potest sibi cõuenire sicut dictũ est supra. Tũc vltra diceretur q̃ ita potest cõuenire diuino supposito esse post nõ esse per generationem sicut nõ esse post esse per corruptionẽ ꝛ ita dico q̃ neutrũ sibi repugnat nec generari nec cõcipi nec mori vt dictũ est. ¶ Ad tertium ptz p̃ dicta. ¶ Ad quartũ diceret q̃ creatura q̃ dicit esse acceptũ non de aliquo q̃ ꝟ est simpliciter esse primũ accipientis non potest verificari de Christo. Quãdo dicis q̃ immo: q̃ proprietates negatiue cõmunicant ydiomata. Diceretur q̃ verũ est ille que nõ ponũt vel arguunt repugnãtiã sicut sunt ille que adducũtur in argumẽto. Nõ autem ista: quia ponit necessario repugnantiã ad diuinũ suppositũ. ¶ Ad quintũ diceret q̃ creatura importat dependẽtiam creati vel creature ad creantem: vt producti nõ de aliquo ín esse simpliciter primo ꝛ talis repugnat diuino supposito licet non repugnet nature assumpte: ꝛ ideo licet natura assumpta possit dici creatura non tm̃ christus. Quando dicis q̃ christus est minor patre. Diceret q̃ minoritas nõ dicit talẽ dependẽtiam in esse simpliciter primo sed in esse secũdo ꝟm naturam assumptam: ideo ꝛc̃. ¶ Ad vltimũ diceretur q̃ nulla est dependentia creatoris ad creaturam: licet ecõuerso. Et ita nõ repugnat Christo dici creatorem sicut repugnat sibi dici vel esse creaturam.

adauctoſanctorũ

¶ **Ad auctoritates** omnes respondẽt q̃ nõ est intentio sanctorum verificare istam. Christus est creatura vel factus est creatura. Sed sancti ad excitãdũ deuotionem fidelium excessiue sunt locuti dicendo verbum dei esse vel fieri creaturam: quia tantuz se humiliauit pro nobis in natura assumpta ac si fuisset pura creatura.

3.opinio probabilior.

¶ **Alijs vltimo** videtur esse dicendum q̃ si creatura accipiat aliquid productũ nõ de aliquo ꝟm totale esse quod est in ipso sic Christus nõ potest dici creatura: sed est ista. Christus est creatura sicut dicit p̃missa opinio. Si vero accipiat creatura pro omni eo q̃ ꝟ per productionẽ aliquam nouã accipit aliquod verum esse nouũ siue de aliquo siue nõ de aliquo. Sic xp̃s potest dici creatura q̃ accepit nouum esse hominis per productionem nouam tẽporalẽ a spiritusſancto ꝛ matre virgine licet de aliquo licet illud esse nõ sit suum esse simpliciter ꝛ sic potest ꝛtelligi prima opinio. ¶ Ista positio satis posset sustineri ꝛ magz videtur saluare auctoritates adductas p̃ prima opinione. Non ẽm̃ videtur q̃ sancti debuerint dicere falsitatem ad excitandum deuotionem. Nec est bona deuotio que concipitur de falso vel etiam circa falsum. Hec de primo articulo.

Xp̃us an creatura ꝟm q̃ hõ

¶ **Quãtum ad secundum articulũ.** An scilicet ista sit vera. Christus ꝟm q̃ homo est creatura. Concedũt primi de prima opinione primi articuli q̃ est vera ꝛ ad hoc adducunt̃ duo rationes vel tres. ¶ Prima est ista. Christus ꝟm q̃ hõ vel est creator vel creatura. Sed non est creator vt patet ꝟm q̃ deus: g̃ est creatura ꝟm q̃ deus: et tũc etiam pater ꝛ spiritusſanctus essent homies vel homo. ¶ Scdo est aliquid creatum: g̃ creatura. ¶ Tertio sic. Philosophus. 5. phisicorũ dicit. Q̃ illud q̃ ꝟ conuenit parti cõuenit toti per partẽ sicut moueri sicut etiam ꝛ sanari. Unde si torax sanatur homo sanatur. Sed esse creaturam conuenit humanitati christi: g̃ toti christo cõuenit ꝟm istam partẽ. Igitur ista est vera xp̃s ꝟm q̃ homo est creatura. ¶ Preterea. Quãdo aliquid determinat sibi partẽ totum potest dici tale: quia pars illa talis Sicut crispus dicitur homo simpliciter si caput est crispum. Sed creaturã esse determinat sibi partem Christi: puta humanitatem: ergo totus Christus saltem secundum q̃ homo potest dici creatura vel creatus.

5.phiſi.

2.opi.

¶ **Alij** de secũda opinione dicunt q̃ ista non solum est improprie ꝛ exponẽda sicut dicit Magister in litera: sed est simpliciter falsa et neganda. Ratio est: quia quando aliquod predicatum repugnat alicui subiecto non potest predicari vel verificari de ipso cuz quacunq̃ modificatione vel determinatione nisi modificatio vel determinatio tollat repugnãtiam illam. Hoc est planũ. Sorti ẽm̃ repugnat esse minorem seipso vel maiorem. Et ideo sicut ista est absolute falsa. Sortes est minor seipso: ita ꝛ ista. Sortes inq̃tum habẽs manũ vel caput est minor seipso: quia habere manum vel caput nõ tollit repugnãtiam predicati ad subiectũ Sed istud p̃dicatũ creatura simpliciter repugnat Christo sicut dictum est supra per ipsos ꝛ ista modificatio vel determinatio seu reduplicatio ꝟm q̃ homo nõ tollit repugnãtiam istam quia non distrahit Christum sed ipsum in natura sua relinquit: ergo ꝛc̃. ¶ Dicũt tamen q̃ ista est vera. Christus est creatura ſcdm q̃ homo sicut licet ista non sit vera Ethiops ꝟm dentes est albus tamen hec est vera. Ethiops est albus ꝟm dentes.

Scotus diſtin.11. 3.q.2.et eiꝰ ſequaces.

3.opi.

¶ **Alij** de tertia opinione dicunt q̃ si creatura accipiatur primo modo sicut dictũ est in illa opinione tertia q̃ Christus ꝟm q̃ homo est creatura vel dici potest. Ita q̃ non solũ est creatura secundo modo accipiendo creaturam sed etiã primo modo. Nam Christus per istam modificationem seu determinationem ꝟm q̃ homo licet nõ distrahatur tamen modificatur ꝛ determinatur et contrahitur ad hoc vt precise accipiatur pro natura humana et quia natura humana est simpliciter creatura primo modo: quia totale suum esse habet post non esse nõ solum natura sed duratione. Ideo etiam Christus ſcdm q̃ homo potest dici creatura vtroq̃ modo: ꝛ ita concedunt rationes adductas pro prima opinione. ¶ Alij tamen de media opinione soluunt eas.

Solu.2. opi.

¶ **Ad primã** dicunt q̃ esse creatorem vel creaturam vel creatum ꝛ in creatum nõ diuidunt omne ens quocunq̃ modo accepitum licet simpliciter accipiendo diuidãt omne ens simpliciter vnũ ĩ se. Ita q̃ licet ꝟm q̃ homo sit aliquid nõ tamen oportet q̃ vel increatũ vel creatum vel creator vel creatura. Sed bene oporteret hoc de puro homine vl̃ de deo ꝛ sic patet ad primũ ꝛ ad tertium quia licet creator ꝛ creatura simpliciter diuidant quodlibet ens. Ulm̃ et simpliciter xp̃s potest dici creator non tm̃ cum reduplicatione sicut etiam potest haberi exemplũ: quia licet ista sit vera. Sortes currit vel nõ currit: non tm̃ ista Sortes ꝟm q̃ homo currit vel non currit. Concedũt tamẽ q̃ ista est vera. Christus est creatura ꝟm q̃ homo licet negent primã: q̃ prima est de simpliciter ꝛ alia de ꝟm quid. Per hoc patet ad secundũ. ¶ Ad tertium dicunt q̃ nõ semper illud q̃ ꝟ cõuenit parti denominat totũ sicut albedo si cõuenit medietati scuti ꝛ nigredo alteri neutrũ denominat scutum. Tũc ẽm̃ scutum diceretur album ꝛ nigrũ: sed bene verũ est quãdo illud q̃ ꝟ cõuenit parti determinat sibi eã sicut de crispo vel si pro parte principali conueniat tunc valet denominatio. ¶ Ad philosophum dicitur q̃ ipse nõ curauit multũ de proprietate verborum sed sufficit sibi q̃ aliquo modo p̃ accidẽs mota parte mouetur totũ. Modo sic est q̃ esse creaturam nõ determinat sibi precise naturam creatã sed etiam supposito creato potest cõuenire: ꝛ ideo si cõueniat nature create in aliquo ꝛ suppositum nõ sit creatum non denominat suppositũ simpliciter: sed ꝟm quid sicut in proposito concedunt q̃ ista est vera Christus est creatura ꝟm q̃ homo quia hoc distrahit predicatum ne accipiatur simpliciter dictũ de subiecto. Sed ego non video quare nõ possit ita modificare subiectum quãdo ponitur a parte subiecti vt tantum accipiatur ꝟm naturam humanam Hec de secundo articulo principali.

An xp̃s inceperit eſſe.

1.opi.

¶ **Quãtum ad tertium articulum.** Dicunt illi qui tenent q̃ in Christo non est nisi vnicum esse q̃ ista est simpliciter falsa ꝛ negada Christus incepit esse: quia totum eẽ Christi est esse diuini suppositi q̃ ꝟ est eternum et nõ incepit esse. ¶ Confirmatur per exemplum dato q̃ Sortes hodie inciperet esse albus: non tamen propter hoc inciperet esse. Similiter dato q̃ Christus incepit esse homo non tamen incepit esse. ¶ Ad hoc est auctoritas christi. Joan. 8. Anteqũ Abraham fieret ego sum. Similiter Damascenus dicit q̃ iste puer est eternus et creauit stellas: ergo non incepit esse ipse Christus.

Jo.8.

Damaſ. 2.opi.

¶ **Alij dicunt** q̃ est simpliciter concedẽda ꝛ vera. Primo q̃ xp̃s de nouo genit̃ ꝟ est a matre. Generatio vero terminatur ad esse substantiale quod est esse simpliciter. ¶ Secundo quia Christus nominat suppositum duarum naturarum ꝟm Damascenũ. Sed suppositum duarum naturarum non semper fuit et modo est: ergo Christus incepit esse. ¶ Cõfirmatur per Augustinum super Jo. Et ponitur in litera. Ubi dicit q̃ anteqũ mundus fieret non erat ipse Christus nec nos. igitur incepit eẽ ita q̃ ista propositio videtur posse verificari tuz ex parte subiecti quod est Christus q̃ etiam ex parte predicati quod est esse. Et sicut in rationibus tactum est. Et isti ponũt in Christo plura esse sicut ꝛ positum est supra. Unde et prima opinio fundatur super falsum licet aliquo modo possit conclusio eius sustineri.

Auguſt.

Opinio auctoris notanda

¶ **Dico ergo** q̃ quãdo dicitur Christus incepit esse. Aut intelligitur de eterno diuini suppositi: ꝛ sic est falsa secundum primam opinionem. Aut intelligitur de esse substantiali nouo per naturam humanam assumptam ꝛ sic est verum q̃ incepit esse sicut ꝛ in morte desijt esse ꝛ resurrectione resumpsit esse ꝛ sic probationes procedunt suis vijs. Hec de tertio articulo principali.

ad rationes principales.

¶ **Ad primũ principale soluũt** illi de prima opinione et de vltima q̃ ista est vera. Christus est creatura eo modo quo dictum est supra per eos. Et similiter ad alia duo consequenter illi de media opinione qui negant istam. Christus est creatura. Dicunt ad primum q̃ licet secundum naturam diuinam Christus possit dici creator non tamen secundũ naturam humanã potest dici creatura. Et ratio huius est. Nam licet sit communicatio ydiomatum in his que pertinẽt ad naturas vel naturam respectu quorum natura dicitur quo non tamen respectu quorum dicitur quod. Verbi gratia viuificare formaliter denominat animam sicut quod: q̃ anima est illud quod viuificat et planum istud. Nec denominat totum compositus ex anima et corpore. Nec etiam ipsum corpus sed repugnat eis. Sic in proposito creatura denominat naturaz humanam vt q̃ ꝟ quia ipsa est illud quod est creatũ vel creatura: et ideo non denominat hoc totũ christum sed sibi repugnat. Hec est cõmunicatio ydiomatum in hoc sicut nec esset hic si verbum assumeret animam viuificantem formaliter ista esset falsa verbum vel Christus viuificat formaliter. Aliter dicitur ꝛ melius q̃ creatio actiua est nata denominare suppositum ratione nature diuine: ꝛ ideo ratione illius dicitur Christus creator. Sed creatura non denominat aliquid nisi ratione suijpsius: et ideo licet dicatur de natura humana Christi nõ tamen de Christo ratione nature humane. Vel aliter q̃ esse creatorem nõ repugnat Christo: quia ab ipso est totale esse primum et simpliciter creature: sed sibi repugnat esse creaturam pro causa supradicta: ꝛ ideo non est communicatio ydiomatum in hoc inter suppositum et naturam humanam sicut de creatore inter Christum ꝛ naturam diuinam.

¶ **Ad secundum** dicunt q̃ creatura est aliquod p̃dicatum generale de omnibus per se contentis in aliquo predicamẽto ꝛ constituto per naturã illius et de natura etiam. Sed Christus non est aliquid per se in predicamento nec constituitur per naturã predicamẽtalem sicut Sortes vel homo: et ideo de ipso non predicatur homo sicut de Sorte: nec p̃ consequens sicut superius suũ vel inferius ad creaturam. ¶ Ad tertium dicitur q̃ Christus est homo creatus: non tamen sequitur propter hoc q̃ sit creatura vel creatus simpliciter sed est fallatia secũdum quid ad simpliciter. Sicut etiã dictũ est supra q̃ nõ sequitur. Deus est factus homo: ergo est factus. Quando enim dicitur Christus est homo creatus cõtrahitur creatum ꝛ refertur ad naturaz humanã solum. Sed cũ dicit Christus est creatus vel creatura sumitur simpliciter ꝛ denominatur q̃ totum esse Christi ꝛ suuz esse simpliciter habeatur per creationem quod est falsum: ideo ꝛc̃.

¶ Distinctionis Duodecime.
Questio Unica.

Circa distictiones Duodecimā quero vtrū xps potuit peccare. ¶ Videtur q̃ sic. Joan. 8 dicit christus. Si dixero: quia nescio eū ero similis vobis mēdax. Sed ipse potuit hoc dicere nescio eū quia dicit totū istud. Si dixero qz nescio eum: ergo potuit dicere partē tantū igitur potuit mentiri ⁊ peccare. ¶ Secūdo sic. Augustin⁹ de libero arbitrio dicit Qz melior est natura q̃ potest peccare ꝗ que non potest. Sed Christus habuit optimam naturā humanā: ergo potuit peccare. ¶ Tertio sic. Anselm⁹ cur deus homo dicit q̃ Christus potuit peccare si voluit. Sed Christ⁹ potuit hoc velle: quia habuit liberum arbitrium creatum: ⁊ per consequēs flexibile ad malum ⁊ peccabile.

Joan. 8. August. Ansel.

¶ Contra Christus fuit beatus ab instanti sue cōceptionis. Sed beatus peccare non potest: ergo ⁊c.

¶ In ista questiōe sic pcedā.

¶ Primo inquiram an Christus absolute loquēdo potuit peccare sine implicatione contradictionis. ¶ Secundo inquiram de facto ēm ordinē diuine voluntatis quem tenemus de ipso potuit peccare. ¶ Ultimo ad rationes.

xpus an absolute potuit peccare.

¶ Quātū ad primū. Est vna opinio q̃ Christ⁹ verus deus ⁊ verus homo absolute loquendo peccare nō potuit. Sed implicat contradictionē dicere q̃ potuerit peccare. ¶ Prima ratio est ista. Cōtradictionē implicat q̃ beatus manēs beatus possit peccare: qz tunc simul posset esse miser ⁊ beatus. Sed Christus deus ⁊ homo est beatus necessario quia manēs deus ⁊ homo nō potest nō esse beatus ēm naturam assumptam: quia natura assumpta ex vnionis ad verbū necessario fruitur verbo sicut dicūt: ergo ⁊c. ¶ Secūda ratio. Impossibile est ⁊ implicat contradictionē q̃ suppositum impeccabile possit peccare: qz si posset peccare esset peccabile et nō impeccabile. Sed Christus est suppositū impeccabile: qz est suppositū verbi. Supposito autez attribuitur principaliter actio nō nature: ꝗ impossibile est q̃ peccet. Licet enī ꝗtum est ex parte nature humane: vt quo posset peccare tū ista natura nō potest esse quo ad peccādum respectu suppositi diuini qd̄ est īpeccabile: quare ⁊c. ¶ Tertia ratio. Conditio repugnās diuino supposito non pōt sibi cōmunicari ex natura assumpta sicut patuit in pcedēti questione. Haz ista nō potest verificari xps est creatura. Sed esse peccabile vel posse peccare ē conditio repugnās perfectioni diuini suppositi: qz est conditio imperfectionis ⁊ creature vt creatura est: ꝗ ⁊c. ¶ Confirmatur hoc per Magistrū in litera vbi videtur hoc sentire.

Opinio auctoris cū suis rationibus

¶ Sed videtur michi sine preiudicio q̃ nō est aliqua cōtradictio ponere Christum verū deum et verū hominē posse peccare absolute loquendo ita q̃ absolute loquēdo fuit hoc possibile. ¶ Ad hoc adduco aliquas rationes. ¶ Prima est. De quocūqz nō implicat cōtradictionē q̃ possit mereri de illo nō implicat cōtradictionē q̃ absolute loquēdo nō possit demereri. Nam eiusdem est potētia merēdi ⁊ demerēdi. Sed de Christo nō est primū impossibile vt patet ꝗ nec secundū. ¶ Secūdo sic. Sicut Christus ēm voluntatē suam creatā potuit aliquē actum elicere ita potuit aliquē suspendere absolute loquēdo. Patet ex libertate principij creati qd̄ est voluntas. Sed quicūqz potest actum volūtatis per voluntatē creatā elicere vel suspendere potest ipsum non circūstantionare debite ēm illud principiū: ⁊ per ꝓns peccare ꝗ ⁊c. ¶ Tertio sic. Nō magis repugnat absolute loquēdo supposito immortali posse mori ꝗ supposito impeccabili posse peccare. Sed hoc nō implicat contradictionē. Christus esī erat suppositū immortale ēm diuinitatem ⁊ tū potuit mori ⁊ mortuus fuit ēm humanitatē: ꝗ ⁊c. ¶ Videtur igit michi dicēdum q̃ absolute loquēdo nō obstāte aliqua contradictione Christus existens verus deus ⁊ homo potuit peccare ēm naturam humanā peccabilem assumptam et per consequēs ēm eandem damnari.

ad rōnes 1. opi.

¶ Ad primū aliorū dico sicut dixi supra q̃ ex vi vnionis nature humane ad verbum Christus nō est beatus. Potuisset enim absolute loquēdo verbū assumpsisse naturam irrationalem ⁊ naturam rationalem nō fruentem: ideo non valet. Aliter dicitur q̃ non implicat contradictionē aliquem esse actu beatū ⁊ tamē cū hoc in culpa: qz culpa non priuat beatitudinē: ⁊ ita nō implicat hoc cōtradictionē: quare ⁊c. ¶ Ad secūdum dici potest q̃ licet Christus sit suppositum impeccabile per naturā diuinā sicut etiam immortalis tū peccabilis potest esse ēm naturā assumptā sicut ⁊ mortalis. Unde nō video quin sicut natura humana est principiū quo vl̄ saltem quo Christus fuit generabilis ⁊ suppositus fuit qd̄ generabatur ⁊ qd̄ postea moriebatur sic in proposito. ¶ Ad tertium dico q̃ nō plus dicit non posse peccare imperfectionē repugnātez diuino supposito ꝗ posse peccare. Hec est simile q̃ Christus sit creatura: vt dictū est supra ēm viam aliquorum.

An xps ēm ordinationē dei potuit peccare.

¶ Quātum ad secundum articulum.

Dico q̃ Christus stante ordinatione dei circa ipsum vel de ipso nō potuit peccare eo modo quo dicimus q̃ beati non possunt peccare. ¶ Ad hoc adduco aliquas rationes. Prima est. Confirmatus in bono non potest peccare. Sed xps ab instāti sue cōceptionis fuit in bono confirmatus: qz fuit beatus ēm animam nec potuit damnari: ꝗ ⁊c. ¶ Secūda ratio. Expiator omnis peccati ⁊ mediator vel redēptor peccatorum non potest vel potuit peccare vt videtur probabile ex ordinatione diuina circa ipsum. Si enim posset peccare posset propium peccatū expiare ⁊ seipsum redimere vt videtur. Sed christus fuit huiusmodi vt videtur ꝗ ⁊c. ¶ Tertia ratio. Cui datus est spiritus nō ad mensurā: sed sic q̃ fuit plenus gratia ⁊ veritate nō potest vl̄ potuit peccare. Hoc patet: qz aliqui alij quibus tamē datus est spiritus ad mēsuram sicut beata virgo post cōceptionem filij dei et apostoli post missionē spiritussancti nō potuerunt peccare mortaliter saltem sicut tenetur. Sed Christo datus est

Rationes auctoris

spiritus nō ad mensuram sicut dz in Jo. ergo ⁊c.

resolutio

¶ Dico igitur breuiter q̃ licet absolute loquēdo Christ⁹ fuerit peccabilis ēm naturam assumptā ⁊ peccare potuerit: non tū potuit peccare stante ordinatione diuina de ipso vel circa ipsum: que quidē voluit īpm in bono cōfirmare ⁊ beatificare ab instāti ꝓceptionis sue ⁊ ipsum nunqz peccare nec dānari sed saluari sicut caput omniū electorum. Nec obstat si dicas q̃ natura hūana fuit sicut instrumētum diuini suppositi in operando. Actio autē instrumēto non attribuit̄ sed principali agēti. Sed actio peccati nō potest deo vel diuino supposito cōuenire: ergo ⁊c. ¶ Dico enim dato q̃ natura sit aliquo modo īstrumētum vnitum vel coniunctū verbo q̃ actio licet attribuatur pncipali agēti tū mediante instrumēto vel per instrumētum sibi conuenit ⁊ attribuitur et ideo non habeo pro incōuenienti q̃ diuino supposito ēm talem naturam attribuatur actio peccati. Sed incōueniens est hoc ⁊ impossibile ēm naturam diuinam. Hec de secundo articulo.

Ad pnci pa. argu.

¶ Ad primum principale dico q̃ absolute loquēdo Christus potuit negare patrem suū ⁊ dicere illā negatiuam cū assensu: nescio eū. Sed stante ordinatione diuina circa ipsum non potuit sic eam dicere nec patrē negare: sed tū potuit eā dicere materialr vel sicut materiā ꝗbi sicut etiā dicit eā ibidē. Si dixero inquit: qz nescio eum ⁊c. ¶ Ad secundū dico q̃ natura creata q̃ pōt peccare melior est ꝗ illa creata que peccare nō potest: quia natura que peccare potest libera est ⁊ intellectualis non sic alia. Et dico q̃ Christus assumpsit naturam creatā peccabilē ēm quā absolute potuit peccare. nō tamen stante ordinatione diuina circa ipsum vt dictū est. ¶ Ad tertium dico q̃ christus potuit peccare ⁊ velle peccare absolute loquendo: non tū stante diuina ordinatione de ipso. ¶ Ad illud in oppositū patet quid dicendum sit ⁊c.

¶ Distinctionis Decimetertie.
Questio Unica.

Circa distictiones Decimātertiam quero. Utrū in aīa Christi sit vel fuerit aliqua gratia habitualis creata informās ipsum. ¶ Videtur q̃ non. In christo nō est ponēdum aliquid frustra. Sed illa gratia fuisset frustra. Haz deō indiget tali gratia ad hoc vt sit gratus. christus autem erat deus: ꝗ ⁊c. ¶ Secūdo sic. Si in Christo poneretur aliqua talis gratia illa esset summa que posset poni in creatura. Sed hoc est falsum et impossibile: qz anima Christi nō est summū gratificabile. Angelus nobilioris est nature: ⁊ per consequēs maioris capacitatis vt videtur: ꝗ ⁊c. ¶ Tertio sic. Si in Christo esset talis gratia sequiē q̃ īpe gratificaret seipsum causando illam gratiā in anima sua. Sed hoc est impossibile: quia nō est idē mouens et motum. Unde nichil idē supposito vel subiecto mouet seipsum: ergo ⁊c.

Joan. 1.

¶ Contra Jo. 1. Vidimus eum plenū gratie et veritatis.

¶ In ista questiōe sic procedā

¶ Primo inquirā. An ī anima Christi fuerit gratia predicta habitualis. ¶ Secundo inquirā. An illa fuerit summa gratia possibilis: ⁊ per cōsequēs an finita vel īfinita. ¶ Tertio. An sine illa gratia potuerit habere aīa Christi summū actū fruitiōis ¶ Quarto. An illa gratia sit gra capitis. ¶ Ultimo ad rationes.

¶ Quantum ad primuz fuit

opi. anti.

antiqua opinio q̃ in anima Christi non fuit nec est aliqua gratia habitualis creata sibi inherēs et ipsam gratificās sed diuinitas existēs per vnionē ipsius anime ad verbū supplebat quicquid ponit̄ facere gratia in alijs. Ita q̃ frustra fuisset ibi gratia aliqua talis habitualis qualis ponitur in alijs sanctis creatis. ¶ Ad hoc sunt alique rationes. Prima est. Gratia ponit̄ in anima ad hoc vt deō inhabitet ipsam ⁊ sit tēplum eius. Sed per vniones ad verbū deō perfectissime ⁊ intime inhabitabat animam Christi: ergo nō erat ibi gratia necessaria.

rōnes anti. opi.

¶ Secunda ratio. Gratia ponit̄ ad hoc vt persona sit in gratia ⁊ acceptetur a deo. Sed per gratiā vnionis Christus erat deo amātissim⁹ ⁊ acceptissimus tanqz filius hic est īquit filius meus dilect⁹ etiā circūscripta tali gra habituali: ꝗ ⁊c. ¶ Tertia ratio. Christus ratione vnionis nature humane ad verbū erat in bono confirmatus ⁊ beatus ex vi talis vnionis. Sed talis nō indiget aliqua alia habituali gratia vt videt̄: ꝗ ⁊c. ¶ Quarta ratio. Michil vnū ⁊ idem supposito est virtualiter tale et formaliter tale: quia tūc haberet vnū ⁊ idem bis et nobiliori modo ⁊ innobiliori. Sed Christ⁹ virtualiter habuit gratiā potens effectiue causare īpam per modum cause equiuoce: ergo non habuit eam formaliter vt videt̄. ¶ Ista opinio modo pro nulla ⁊ tanqz erronea refutatur.

Opinio auctoris et modernorum.

¶ Dico igitur cuz omnibus modernis q̃ in anima Christi fuit gratia habitualis predicta sicut ponit̄ etiā in alijs aīab⁹ vel sanctis creaturis informās ipsaz aīam ⁊ sibi inherēs tanqz aliquid positiuum reale absolutū. ¶ Ad hoc adduco rationes. ¶ Prima est. Si vnio ad gratiā increatā que est deus tolleret gratiā habitualem creatā pari ratione vnio ad sapientiam increatā tolleret a christo ⁊ excluderet sapientiam creatā. Sed hoc est falsum. Habuit enim anima Christi noticiam ⁊ sapientiam creatā multiplicem sicut patebit infra: ergo ⁊c. ¶ Secunda ratio In illo qui meruit vel merek̄ aliquid de condigno oportet ponere gratiam ēm statutū diuine prudentie: licet nō sit hoc necessarium absolute sicut dictū est in primo de caritate que est eadē cum gratia ipsa sicut etiā dictū est ibi. Sed Christus meruit aliquid ⁊ meritum eius fuit summū: ꝗ ⁊c. ¶ Tertia ratio. Si in Christo nō ponitur gratia habitualis hoc non est nisi propter presentiam diuinitatis ex vnione anime ad verbū. Sed planū est q̃ presentia cause nō tollit nec excludit effectum: immo magis fortificat ⁊ perficit: ꝗ ⁊c. ¶ Quarta ratio. Quia anima Christi fuit beata ab instanti conceptionis sue ⁊ beatitudine eiusdem ratiōis. Sed beatitudo aliorum nō est sine gratia habituali: ꝗ nec in Christo fuit beatitudo creata sine tali gratia. Si dicas

rōnes huius opi.

q̃ ĩmmo: quia gratia increata supplebat. Ita dicetur tibi de beatitudine creata q̃ non fuit in anima Christi: quia beatitudo increata supplebat: et hoc est nichil dictu.

resolutio **Dico ergo** q̃ in aĩa xp̃i fuit ⁊ est gratia ilia habitualis creata gratum faciens sicut ponit̃ in alijs ⁊ eiusdẽ rationis. ¶ Ad

ad motiua aliox. primũ aliorum dico q̃ licet deus inhabitaret xp̃m per vnionẽ tñ requirebatur ⁊ erat conueniens alia inhabitatio per gratiam sicut probatum est. Sicut etiã suo modo licet de⁹ inhabitet animã per essentiam presentiam ⁊ potẽtiam tamen alio modo per gratiam. ¶ Ad secundũ dico q̃ Christus erat acceptus ⁊ amabilis deo per vnũ modum per gratiã vnionis vel vnionẽ ipsam. Sed dico q̃ illa nõ sufficiebat ad premiũ vite eterne vel meritũ aliquod de cõdigno sine gratia habituali ⁊ hoc ꝑ̃ legẽ diuine sapientie circa hoc institutam. ¶ Ad tertiũ dico q̃ licet Christus fuerit beat⁹ ⁊ impeccabilis modo predicto ab instãti sue cõceptionis prius tñ ꝑ̃ rationẽ vel naturam habuit gratiam q̃ gloriã sicut et alij ⁊ eisdem de causis ponẽda est in ipso sicut in alijs beatis vt videtur. ¶ Ad vltimũ dico q̃ si illud argumẽtum est bonũ sequitur q̃ Christ⁹ nõ habuerit in se aliquid creatũ formaliter nec humanitatẽ nec aliquid aliud sicut patet deducenti ⁊ ideo dico q̃ maior propositio falsa est simpliciter. Aliquid em̃ ides ⁊ ꝑ̃ idem potest esse virtualiter tale ⁊ formaliter tale. Tamẽ in proposito patet q̃ Christus non ꝑ̃ idem habuit gratiã virtualiter ⁊ formaliter. Sed ꝑ̃ diuinitatẽ habuit virtualiter et secundum humanitatem formaliter. Hec de primo articulo.

1. opinio. ¶ **Quãtum ad secũdum articulum.** Est vna opinio que ponit q̃ summa gratia possibilis inesse alicui creature potuit dari: ⁊ p̃ cõsequens data est anime xp̃i. Nam licet anima christi ꝑ̃ se nõ sit nobilior nec capacior aliquo angelo tñ ratione vnionis ad verbum excedit supremũ angelũ ⁊ in nobilitate ⁊ in capacitate gratie: ⁊ ideo capax est summe gratie. ¶ Et dicunt vltra q̃ ista gratia aliquo modo est ĩfinita ⁊ hoc dupliciter ponitur. Vno modo ꝑ̃ aliquos pro tãto q̃ habet infinitos gradus gratie eiusdẽ rationis in aĩa Christi actu infinita existẽs intẽsiue. Nam ꝑ̃ istos gratie nõ repugnat augeri in infinitũ: q̃ est participatio quedã diuine nature: ⁊ tũc q̃ in summo reperit̃ in Christo oportet q̃ sit ibi infinita capacitas etiã anime Christi est infinita. Capit em̃ verbũ ipsum q̃d est actu ĩfinitũ: quare ⁊c. ¶ Aliter saluatur q̃ aliquo modo sit infinita q̃ licet in se sit infinita est tñ in tanto gradu q̃ nunq̃ posset attingi a gratia alicuius creature etiã si augeretur semp ⁊ semp et in infinitũ sicut nec caritas viatoris vnq̃ posset augeri caritati cõprehẽsoris nõ obstante q̃ vtraq̃ sit finita ⁊ eiusdẽ rationis. Et q̃ caritas christi sit ali

Joan. 3. quo modo infinita. Probãt per illud Jo. 3. q̃ non est ei datus spiritus ad mẽsurã gratia: q̃ sua nõ est mensurata sed infinita vt videtur.

2. opi. ¶ **Alij ponunt q̃** simpliciter est ĩpossibile gratiã esse actu infinitã vel augeri posse in infinitũ. Et dicunt vltra q̃ gratia anime Christi finita est simpliciter: et tñ summa est pro tãto: quia nõ potest esse aliqua maior vllo modo licet possit esse aliqua equalis.

q̃ xp̃s sit capax ĩmme gre. ¶ Q̃ autẽ anima Christi sit capax summe gratie Hoc probatur primo. Subiectũ non determinans sibi aliquẽ gradũ alicuius accidẽtis sibi cõuenientis potest illud accidẽs recipere in quocũq̃ gradu q̃tum est ex parte sua. Patet per oppositũ. Nam ideo aliquod subiectũ non potest recipere aliquod accidẽs in quocũq̃ gradu vel q̃ accidẽs nõ est conueniẽs sed discõueniens sicut calor ipsi aque vel q̃ sub determinato gradu sibi determinat ipsũ sicut aer calorẽ. Sed aĩa est huiusmodi respectu gratie Gratia em̃ est accidens sibi cõueniens ⁊ cum sit in potẽtia neutra nullum gradũ sibi determinat nec aliquis sibi repugnat. Non enim est accidẽs inẽsistens ex proprijs principijs anime vel voluntatis: sed est accidẽs ab extrinseco: q̃ ⁊c. ¶ Secunda ratio. Quando est aliqua proportio inter aliqua cõmunia est etiã inter quecũq̃ habẽtia rationem illorum cõmunium. Vbicũq̃ enim sunt extrema ꝓmunia alicuius proportionis ibidem ⁊ alia proportio inuenitur inter illa sicut inter agens ⁊ patiẽs inter duplũ ⁊ dimidium ⁊ huiusmodi. Sed gratia in cõmuni ⁊ volũtas creata ĩ ꝓmuni sunt ꝓportionata ad inuicẽ sicut perfectum ⁊ perfectibile: q̃ quecũq̃ gratia ⁊ quecũq̃ volũtas creata sunt proportionate ad inuicẽ. Ita q̃ quecũq̃ gratia ⁊ q̃tumcũq̃ recipi potest in qualibet voluntate vt videt: igitur in anima christi vel sua voluntate potest recipi maxima gratia. Exemplum est ad hoc de superficie ⁊ albedine q̃ superficies q̃tum est ex se ⁊ vnde superficies potest recipere albedinẽ in quocunq̃ gradu licet nõ vnde supficies talis corporis vel talis nature. ¶ Tertia ratio. Quãdo duo receptiua comparãtur ꝑ̃ eandẽ rationẽ ad aliquã formã vnius rationis ꝑ̃ quẽ gradũ potest illa forma inesse vni ⁊ alteri vt patet. Sed equus ⁊ lapis ꝑ̃ eandẽ rationẽ sunt susceptiua albedinis. Albedo potest in esse vtriq̃ ꝑ̃ equalem gradũ. Sed omnes voluntates create cõparantur ad gratiam ꝑ̃ vnã rationem receptiuã. Puta ꝑ̃ q̃ sunt appetitus intellectuales creati in cõmuni non ꝑ̃ q̃ tales vel tales in speciali: q̃ tunc nõ posset eis inesse gratia vnius rationis nec se habere in ratione excedẽtis ⁊ excessi in gratia: q̃ cum voluntas angeli sit capax summe gratie. Alioquin summa gratia creabilis nõ esset receptibilis in subiecto. Videtur etiam q̃ anima Christi.

Summa tio precedẽ. opi. ¶ **Dicunt ergo q̃** aliqua gratia qua non potest esse aliqua maior quia gratia nõ potest crescere in infinitum. Potuit cõferri anime Christi ⁊ de facto probabile est dicere q̃ collata fuit ⁊ sibi tñ licet aliquibus alijs: immo breuiter cuilibet voluntati create potuerit tanta gratia cõferri. Non em̃ fuit decens q̃ alij creature tanta gratia conferret̃ nec fuit hoc possibile ꝑ̃ potentiam dei ordinatam licet ꝑ̃ potentiam dei absolutam.

3. opi. ¶ **Contra** oẽs istas opiniones habeo aliqua. Contra primam q̃tum ad primũ dictum suum videtur michi falsa. Aĩa enim Christi cũ sit ex suis naturalibus vel substantia ⁊ ratione sua imperfectior q̃ angelus. Q̃d patet ex ordine entium ⁊ quidditatum vniuersi nõ potest esse nobilior in entitate q̃ angelus sicut patet. Nec valet q̃ ex vnione habet illã nobilitatẽ: q̃ illa vnio

nõ est nisi aliquis respectus accidẽtalis qui nõ potest esse sibi ratio tãte nobilitatis patet. Nichil em̃ adquiritur absolutum anime Christi intrinsecum formaliter ex ista vnione. ¶ Preterea etiam anima Christi q̃tumcunq̃ vnita est eiusdem rationis substantialis cum animabus aliorũ hominũ. Alioquin Christus non fuisset vniuoce homo cum alijs hominibus sed sicut dictum est in scõo. Substãtia eiusdẽ rationis nõ suscipit magis ⁊ minus nec in eodem nec in diuersis. Cum ergo anime aliorũ nõ sint nobiliores angelis nec etiam anima Christi.

Psal. ¶ Preterea etiam quia species cuiuslibet angeli est simpliciter nobilior specie humana ergo quodlibet indiuiduum angelicũ simpliciter est nobilius qualibet natura humana: ⁊ per consequens qualibet anima. Hoc patet p̃ psalmistã vbi dicit de xp̃o Minuisti eum paulominus ab angelis. Sicut exponit etiam apostolus de Christo ad hebreos. Et planum est q̃ hoc fiat ꝑ̃ naturam assumptã que

August. et Greg. est simpliciter innobilior in sua substantia q̃ angelica natura que facta est prope deum ꝑ̃ Augustinũ. 11. de ciuitate dei. 7. ⁊ ꝑ̃ Gregorium. 15. moralium. ¶ Contra aliud dictũ de capacitate q̃ ipsa ampliatur ratione vnionis ad verbũ ⁊ vnũ habitum supernaturalem infusum sicut dicunt alij Patet falsum: q̃ capacitas gratie in anima Christi nõ est nisi sua voluntas gratie receptiua ⁊ planũ est q̃ sua voluntas per talẽ vnionẽ vel habitum nõ augetur. Item eadem est capacitas ad talem habitum ⁊ ad gratiam: ita q̃ presupponit totam capacitatem sicut ⁊ gratia. ¶ Iterum etiã istud dictũ destruit seipsum: q̃ cum maior sit capacitas naturalis angeli et angelus possit assumi a verbo sicut anima Christi est assumpta vel habitus supernaturalis sibi infundi de facto videtur q̃ angelo possit conferri maior gratia q̃ anime xp̃i: quare ⁊c.

3 ponentes grãm xp̃i infinitam. ¶ **Contra** primũ modum ponendi gratiã xp̃i infinitam scz ĩfinitã in actu intensiue. Arguo. Capacitas aĩe christi est simpliciter infinita: quia creata est finita ꝑ̃ se ⁊ non augetur per aliquid superueniẽs ⁊ concedis hoc. Sz impossibile est q̃ capacitas perfectibilis finite sit perfectio actu infinita: q̃ ⁊c. ¶ Secundo sic. Omnis pfectionis habitualis potest esse aliquis actus sibi adequatus vt videtur. Si igitur anima christi habet gratiam vel caritatem actu infinitam intensiue sequitur q̃ potest habere actum vnicum intẽsiue infinitum ⁊ cum ipsa possit esse causatiua illius actus sequitur q̃ sit voluntas infinita intensiue in actu. ¶ Preterea inter perfectionem ⁊ perfectibile est ꝓportio. Sed finiti ad infinitũ nulla est proportio: igitur impossibile est voluntatẽ esse finitã sicut oportet ponere ⁊ gratiam infinitam. ¶ Contra alium modum ponendi infinitatem pro tanto: quia licet sit in se finita: tamen non potest attingi ab aliqua q̃tumcunq̃ augeretur in infinitũ. Primo sic. Impossibile est procedere in infinitum ꝑ̃ partes eiusdem q̃titatis attingendum aliquid finitum. Sed caritas vel gratia in alijs posset augeri secundũ partes eiusdem q̃titatis: igitur aliquãdo attingeret gratiã Christi si esset finita. ¶ Preterea sicut in perfectionibus alterius rationis nũq̃ poneretur processus in infinitũ nisi respectu alicuius infiniti vt in creaturis respectu dei. Ita in partibus eiusdem rationis ⁊ q̃titatis vel secundũ eas nunq̃ ponendus est processus in infinitum nisi respectu infiniti vt videtur. ¶ Preterea. Quantum est dare de potentia in tali processu tantum est dare in actu: ⁊ sic infinitum in actu: q̃ aliquid excedens non solum attingens.

5. 2. opi. ¶ **Contra vltimas opiniones** videtur michi primo q̃ gratia in seipsa potest augeri in infinitum ⁊ esse actu infinita. Non tamẽ in aliquo subiecto ⁊ hoc probaui in primo de caritate que est idem cum gratia secundum me. Dico tamen q̃ in aliquo subiecto nõ potest esse infinita intensiue sicut etiam dictum est ibidem. Et ideo dico q̃ anima Christi cum sit finite capacitatis non est capax summe gratie possibilis fierive creari absolute loquendo. Sed bene dico q̃ est capax summe gratie possibilis inesse alicui subiecto vel voluntati create ⁊ q̃tum ad hoc concludunt rationes illi⁹ opinionis ⁊ nõ cõcludũt de gratia ĩfinita sicut patet per singulas discurrendo.

peculiaris opi. doc. ¶ **Dico igitur aliter ꝑ̃ istum articulum** q̃ summa gratia possibilis in esse alicui subiecto potuit cõferri ⁊ collata est de facto voluntati vel anime Christi. Nã ipsa anima Christi capax est ex natura sua tante gratie eo ipso q̃ est nature intellectualis ⁊ esse capax gratie sibi ⁊ alijs conuenit per istam rationem cõmunem sicut dictũ est alias. ¶ Dico secũdo q̃ summa gratia possibilis in se non potuit cõmunicari nec dari anime xp̃i nec alicui creature vnice demõstrate quia talis potest esse infinita in actu intẽsiue ⁊ subiectum aliqd̃ vel voluntas creata non potest esse infinita: ⁊ ideo non est tãte gratie receptiua nec est sibi proportionata. ¶ Tertio dico q̃ de facto summa gratia possibilis inesse subiecto ꝓmunicata est ⁊ data anime Christi: ita q̃ ĩpossibile est ⁊ implicat cõtradictionẽ q̃ possit esse maior vel perfectior ĩ creatura. Et q̃ ita sit patet. Tum quia hoc decuit q̃ scilicet vnigenitus dei haberet summam gratiam. Tum quia etiam hoc dicit Magister in littera. Et confirmat̃ per Jo. euãgelistam. Vidimus inquit gloriam ei⁹ quasi vnigeniti a patre plenum gratie ⁊ veritatis. Joan. 1. Et Jo. 3. Datus est ei spiritus non ad mensuram id est q̃tus potuit perfectius dari. Joan. 3. ¶ Dico vltimo q̃ nõ est sibi data gratia infinita sed finita ⁊ q̃ nullum inconueniens est q̃ alicui alteri possit etiã tanta dari siue anime alteri assumpte sicut posset assumi siue etiam non assumpte. Tamen congruũ fuit q̃ nulli alteri tanta conferretur gratia sicut christo tanq̃ dei filio vnigenito. Unde dico nulla creatura alia ab anima christi habet tantam gratiam.

Instãtie ꝑ̃ dicta aucto. ¶ **Contra hoc tamen sunt aliquae instantie.** ¶ Prima est ista. Si angelus capax est tante gratie q̃te etiam anima Christi ⁊ similiter quelibet aĩa ⁊ creatura beatificabilis sequitur q̃ nulla creatura est beata nisi habeat tantã gratiã Probatio: q̃ alioquin capacitas creature beatificabilis nõ est repleta nec terminata q̃ nõdũ hz suã pfectionẽ supmã sibi possibilẽ ⁊ cõuenientẽ. Sed planũ est q̃ multe sũt creature beate ꝑ̃ aĩas xp̃i igit̃ multe sunt gratie ⁊ glorie tãte quanta est sua. ¶ Secũdo sic. Aliqua creatura nõ beatificat̃ nisi pfecte quietet̃ ĩ fine sicut si graue eẽt beatificabile

non beatificaretur nisi perfecte quietaretur in centro. Sed hoc non potest esse sine summa gratia et et gloria: ergo ꝛc. ¶ Tertio sic. Suprema creatura beatificabilis nō est facta nec creata quia cōuenit procedere sursum in infinitum in perfectionibus creaturarum sicut dictū est in primo. Sed gratia ꝛ creatura rationalis vel intellectualis sibi mutuo correspondēt ꝛ proportionātur sicut perfectio ꝛ perfectibile: igit̄ summa gratia nō est facta etiaꝫ loquendo de gratia finita possibili inesse subiecto. ¶ Quarto qꝛ angelus potest velle recte habere tātam gratiā ꝗte est capax conformiter volēdo actu elicito ad appetitum naturalē respectu gratie. Sꝫ

August. ēm August. 13. de trinitate. Beatus est qui habet quicquid vult et nichil male vult: ꝗ angelus beat? habet tantam gratiam quāte est capax ꝛ sic equalē gratiam cum anima christi.

Solutio instā. preceden. ¶ Ad primū istorum dico ꝙ angelus et alie creature beate non habent tantam gratiam sicut anima Christi ꝛ dico ꝙ capacitates earum quietantur ꝛ terminātur et replentur sed nō ita perfecte sicut aīa christi. Potentia eīn vel capacitas gratie receptiua licet sit naturalis per comparationē ad talem vel talem gradū gratie ꝛ sufficit sibi quilibet gradus sicut etiā superficies est in potentia neutra ad tantū vel tantū gradum albedinis nec determinat sibi tantū gradum sicut ignis determinat sibi tantū gradum calozis. ¶ Ad scdm dico per idem. Non oportet ꝙ creatura ad hoc ꝙ beatificēt summe ꝛ perfectissime quietetur sed sufficit ꝙ sic quietetur ꝙ in nullo inquietetur ꝛ dico ꝙ hoc stat cū minori gratia vel maiori ratione p̄dicta in solutione precedēti. ¶ Ad tertium patet ꝙ non est exemplum ad propositum de graui qd̄ determinat sibi certum terminū ꝛ locū in vniuerso. Puta centrum ꝛ ita non potest perfecte quietari nisi in centro. Non sic autē de summa gratia ī proposito. Vel dic ꝙ sicut lapis nō quietatur perfecte seu vltimate nisi in centro ita nec creatura beatificabilis nisi in deo qui est quasi centrum omnium spirituum in quem tendunt ꝛ in quo quietantur ꝛ in hoc est simile. ¶ Ad quartum dico ꝙ angelus nō potest recte velle acru elicito maiozem gratiam vel gloziam ꝗ habeat et ꝗ deus velit ipsum habere: tunc enim voluntas sua diffozmis esset diuine voluntati. Est igitur beatus qꝛ gloziam quaꝫ vult habere ꝛ bene vel ꝛ rite ipsaꝫ habet ꝛ ita licet sit capax maiozis: non tm̄ rite pōt velle habere maiozem ꝗ habeat ipsam non habet ex natura sed ex meritis. Tu dicis appetitus naturalis est respect? quia est a deo. Dico ꝙ licet appetit? sit naturalis ad gratiam vel gloziam tm̄ neuter est ad tantū vel tantum gradum ꝛ ita simpliciter ꝛ absolute nō est ad summū gradum ꝛ dato ꝙ ad summum gradum tamen non oportet ꝙ voluntas actu elicito possit rite sequi ipsum: qꝛ subest legi diuine que non vult ipsam appetere summā gloziaꝫ sed ēm merita ꝛ beneplacitum diuine voluntatis.

Nota de appetitu electiuo. ¶ Nota hic ꝙ appetitus electiuus sequens naturalem nō semper est respectus Mā aliquādo deus vult ipsum esse diffozmē a naturali appetitu sicut patet: quia deus voluit martires eligere mozi in penis martiriozum ꝛ tm̄ appetitus naturalis appetebat contrarium ꝛ refugiebat illud. Sic in proposito suo modo potest dici ꝙ non oportet appetitum beatitudinis electiuum conformari appetitui naturali: immo si conformaretur in alius a christo nō esset respectus supposito ꝙ appetitus naturalis feratur ī quolibet ad perfectissimū gradū beatitudinis possibilē haberi ab ipso. Hec de secundo articulo.

¶ Quātum ad tertium articulum. An scilicet anime Christi possit conuenire summa fruitio siue summa gratia nichil dico: quia dicam de hoc infra in sequenti distinctione vbi loquar de visione an ad ipsaꝫ sit necessarius habitus aliquis ꝛ est idem de fruitione.

¶ De quarto igitur articulo An scilicet christo conueniat gratia capitis. Dico ꝙ sic. Christus enim est caput ecclesie ēm apostolū ad Colo censes. 1. ꝛ ēm Augustinū super Io. Est enim caput ecclesie uosq̄ mēbra eius mediator dei ꝛ hominū homo christus iesus. Et hoc patet si attēdamus aliquas proprietates capitis. ¶ Prima est ꝙ caput ceteris membris eminet: ꝛ est dignius Sic etiam Christus mēbris ecclesie preeminet ēm gratiam ꝛ gloriam etiā angelis. ¶ Secunda conditio est ꝙ est eiusdem nature cum membris: et sic etiam Christus est eiusdem nature cū alijs hominibus qui sunt mēbra eius vel corporis eius quod est ecclesia. ¶ Tertia conditio est ꝙ in capite sunt omnes sensus cognitionis ꝛ sic etiam in Christo est omnis sensus cognitiōis ꝛ veritatis qua est plen? ¶ Quarta conditio est ꝙ a capite diriuantur sensus ꝛ motus in membra ꝛ fluunt a capite: quia ēm medicos omnes nerui radicantur in capite ꝛ exinde ad membra. Et sic dico ꝙ a Christo capite diriuantur sensus ꝛ motus in membra corporis ecclesie sensus inq̄ fidei ꝛ motus caritatiue dilectionis et hec precipue sibi conuenit ratione qua deus. ¶ Quinta conditio est ꝙ caput dirigit alia membra ꝛ regit in suos fines ꝛ in suas operatiōes. Sic etiam Christus homines qui sunt mēbra corporis equat. christus ergo caput est ꝛ habet gratiam habitualem summā que est gratia capitis que quidem non est eadem cū gratia vnionis vel cū vnione ipa nature humane ad verbum in ipso sicut nec absolutū ꝛ respectus: sed bene cōcurrunt in ipso iste due gratie. Sic etiam ꝙ gratia vnionis prior est ēm rationē sicut dictū est supra. Hec de quarto articulo.

¶ Ad primuꝫ principale dico ad rōnes princi. ꝙ Christus ēm ꝙ deus nō indiguit illa gratia habituali sed bene secundum ꝙ homo sicut probatuꝫ est supra. ¶ Ad secunduꝫ dico ꝙ habet summam gratiā et habuit ab instanti sue conceptionis. Unde in illa non proficiebat nisi apparenter secunduꝫ ostensianem exteriozem ad homines. Tu dicis anima Christi non fuit summum gratificabile. Dico ꝙ verum est tamen fuit summe gratificabilis sicut ostensum est supra. ¶ Ad tertium dico ꝙ illa propositio est falsa. Non enim est incōueniens ꝙ christus secundum ꝙ deus gratificet seipsum inq̄tum homo.

¶ Distinctionis Decimequarte. Questio Prima.

¶ Circa distinctionem Decimāquartam quero ꝓmo vtrum in anima christi necesse sit ponere aliquez habitum vel speciem aliquā necessariā ad actū visionis beatifice vel ad videndū verbū. ¶ Videt̄ ꝙ sic de habitu qui est lumen gloze. Sicut se habet lumē naturale vel sensibile ad intellectionē naturalem vel ad visionē sensibilē sic lumen supnaturale ad intellectionē supernaturalem. Sed illud lumē est necessariū in vtraq̄z. Mā ad intellectionē naturalem est necessarium lumen

3. de aīa. intellectus agentis qui est habitus vt lumen. 3. de anima. Et ad actionē vel visionē sensus necessariū est lumē sensibile: ꝗ cum visio beata verbi sit intellectio quedā supernaturalis videt̄ ꝙ sit necessartū lumen gloze supnaturale ad ipsam. ¶ Scdo videtur hoc idem de specie. Nam simile simili cognoscitur. Oportet eēm similitudinez obiecti prius esse et recipi in potētia ꝗ cognoscatur obiectū. Sed non videt̄ aliquid simile verbo nisi species ipsius: ꝗ ꝛc. ¶ Tertio sic. Pari ratione requirunt̄ ista in intellectu sicut habitus caritatis in voluntate ad actuꝫ fruitionis. Sed ille est necessarius ad actum fruitionis alioquin non maneret in patria cōtra aplm

1. ad Corin. 13. prima ad Corin. 13. Caritas nunq̄ excidit: ꝗ ꝛc. ¶ Contra Potētia immediate est ꝛ ordinatur ad actum non ad aliquid aliud vt videtur. Cum ergo visio verbi sit actus intellectus immediate est in potētia ad ipsaꝫ visionē nō autez ad habitū vel speciem: ideo nō necessario mediat aliquis habitus vel species ad ipsam.

¶ In ista questiōe sic pceda. ¶ Primo inquiram de questione ꝓposita ꝗtū ad visionem intellectus. ¶ Scdo ꝗtum ad fruitionē voluntatis. ¶ Tertio inquiram vtrū anima christi habeat in se perfectissimam fruitionem et visionem. ¶ Ultimo ad rationes.

cōis opi. ¶ Quantum ad primum est opinio cōmunis de lumine gloze habituali informāte intellectū ꝙ ipsum est absolute loquendo necessariū in intellectu anime xpi ꝛ in qualibet creatura beata ad actū visionis ꝗ bi vel dei. Ita ꝙ etiā

rōnes huius opi. virtute diuina nō potest aliter fieri. ¶ Ad hoc ad ducūtur rationes. Prima est ista. Non est min? necessariū lumen gloze in patria ad actū visionis ꝗ lumen fidei in via ad actū credēdi vt videtur. Sed istud est necessarium absolute de credibilibus ad q̄ non potest attingere lumē naturale vel rationis naturalis: ergo ꝛ illud multofortius. ¶ Secunda ratio. Omnis veritas manifestat̄ ꝛ videtur in aliquo lumine: qꝛ omne qd̄ manifestatur a lumine manifestatur ēm apostolum. Sed videdo deū diuina veritas manifestatur: igitur in quodā lumine. Sed non in lumine naturali intellectus: qꝛ obiectū tale ꝛ talis actus est sibi improportionatus: ꝗ in lumine supernaturali gloze infuso vt videt̄. ¶ Tertia ratio Si intellectus non indiget lumine supnaturali sibi infuso ad actū beate visionis sequit̄ ꝙ ex puris naturalib? suis est beatificabilis. Sed hoc est falsum: ꝗ ꝛc. ¶ Quarto. Intellect? creatus. Aut solum est passiuus respectu visionis. Aut cū hoc est actiuus. Si est passiuus ꝛ actus actiuozū non sunt nisi in patiente dispōsito. Videt̄ ꝙ actus beate visionis nō sit ī ipso nisi dispōsito. Sed ista dispōsitio videt̄ lumen habituale ipsius gloze: ꝗ ꝛc. Si autē sit actiuus tūc cuꝫ nichil agat nisi prius reducatur ad actū primū. Sequitur ꝙ intellectus cū sit mere in potētia ēm prius reducitur necessario ad actum primū huius luminis ꝗ talē actum efficiat vel eliciat: ꝗ ꝛc. ¶ Confirmat̄ per psalmistā. In lumine

Psalmi. inquit tuo scz gloze videbim? lumē qd̄ es ipse supple. Imaginātur ergo isti ꝙ absolute loquēdo necessarium est tale lumen creatū inherēs intellectui ad actū visionis beate. Nec potest suppleri tale lumē per lumen increatū qd̄ est deus. Non eēm potest esse forma alicuius intellectus nec per consequens dispōsitio nec ratio agendi sicut pōnitur de isto lumine ꝛ est ponēdum vt videtur.

noticia infusa rerum in ꝓprio genere ponẽda est in
xpo noticia habitualis multarum rerum acquisita
via sensus memorie ⁊ experientie de hijsdẽ de qui
bus habetur noticia infusa in ꝓprio genere et hoc
est cõueniens. Non ẽm minus potuit xpus aliq̃d
adicere q̃ aliquis alius homo. Cum enim haberet
perfectum intellectum agẽtem ⁊ possibilem ⁊ fanta
smata. Intellectus agens potuit abstrahere spe
cies a fantasmatibus. Alioquin fuisset frustra in
xpo ⁊ ita xpus ex sensu ⁊ ymaginatione adquisiuit
noticiam habitualem multorum sicut dicunt. Hec
est incompossibilis noticia ista adquisita alicuius ĩ
proprio genere cum noticia eiusdẽ infusa sicut nec
cognitio matutina ⁊ vespertina de eodem obiecto
quas tamen ambas simul ponit Augustinus ĩ bea
tis super Genesim ad literam.

¶ Sed ista opinio ab aliijs impugna Alia opi
tur. Primo sic. nio ꝑ ꝑce
quinto meta phisice. dicitur q̃ impossibile est duo dentem.
accidentia eiusdem rationis stare simul in eodem 5. meth.
subiecto precipue. Hoc est verum de accidẽtib⁹ ab
solutis cuiusmodi est sciẽtia sicut dictum est in arti
culo ꝑcedẽti. Sed iste due noticie hijtuales eiusdẽ

obiecti sunt eiusdem rationis quia habent idẽ pro
subiecto ⁊ obiecto secundum te. Nec obstat q̃ vna
est infusa ⁊ alia adquisita. Nam diuersitas agen
tium sola non variat rationem effectus. Eiusdem
enim rationis est homo creatus et homo genera
tus. Similiter geometria infusa ⁊ adquisita. ergo
non pst simul stare ĩ anima xpi. ¶ Secũdo in xpo
non est ponẽdum aliquid frustra. Sed vna illarum
fuisset vel eẽt frustra quia ambo sunt eiusdẽ rõnis
⁊ vtraq̃ est perfecta scẽm ipos. ergo ⁊c. ¶ Tertio
sic. Si xpus vel aliquis habeat noticiam adquisitã
de aliquo ⁊ perfectam nõ est necessarium ĩmo fru
stratorium infundi ei sibi noticiam de eodẽ. ergo simi
liter si xpus habuit perfectam noticiam habitualẽ
infusam in instanti sue cõceptionis sequitur q̃ fru
stra adquisiuit ⁊ ponitur habuisse adq̃sitã. ¶ Item
Si xpus illam eandem quã ponunt modo adquisi
tam habuisset per infusionem sicut fuit possibile nõ
idiguisset adquisitione nec adquisiuisset qꝛ infusio
suppleuisset adquisitionẽ. Igitur pari ratione cuꝫ
habeat aliquam eiusdem rationis sibi infusam non
indiget adquisita. ¶ Ꝑ etiam qꝛ ille cõtradicit sibi
Ponit enim ille ĩ suo tertio sicut imponitur sibi q̃
intellectus agens aĩe xpi nullam speciem causabat
in intellectu suo possibili sed tñ erat ibi vt lumẽ ad
intelligendum. quare ⁊c. ¶ Dicũt igitur isti q̃ nul
la noticia habitualis rerum in ꝓprio genere ponẽ
da est in aĩa xpi adquisita sed tantum infusa ab in
stanti conceptionis.

¶ Ad rationes alio rum de ĩtellectu agente dicũt q̃
Ad motiuũ. 1. opinionis. licet nullam speciem abstraxerit in xpo nec anima
xpi per ipm aliquam noticiam habitualem adqui
sierit tamen non fuit frustra in xpo sicut nec poten
tia generatiua in beatis nec potẽtia augmẽtatiua
in Adam qꝛ erat ad perfectionem ⁊ integritatẽ na
ture. in xpo sicut erit etiam in beatis quibusẽm ali
quos nihil substrahet: preuẽtus ẽm fuit ab agente
superiori infundente noticiam ⁊ ita nõ potuit cau
sare eam sicut ignis nõ posset calefacere aliquid iã
summe calidus si approximaretur sibi. vel posset di
ci q̃ intellectus agẽs non fuit frustra in xpo licꝫ nõ
abstraheret qꝛ saltẽ erat sibi sicut lumen sicut etiã
alibi ipi dicunt. ¶ Ad exemplũ de cognitione ma
tutina ⁊ vespertina nõ est simile q̃ iste sunt alterius
rõnis habẽtes diuersa prima obiecta qꝛ matutina
habet verbum ꝓ primo obiecto ⁊ rem ꝓ obiecto se
cundario. Sed vespertina habet rem creatam pro
obiecto primario sed iste ambe in proprio genere q̃s
ponũt habent idem obiectum primariũ ⁊ sunt eiusdem rationis.

¶ Sed q̃cquid sit de istis opinionibus
3 oppu. nõ video aliquam ĩpossi
1. opini. bilitatem prime opiniõis. Non enim video quare
xpus nõ potuerit adquirere noticiam habitualem
alicuius in ꝓprio genere nõ obstãte q̃ pus habue
rit noticiam eiusdẽ habitualem infusam in ꝓprio
genere qꝛ siue sint eiusdem rationis siue nõ non vi
deo q̃ sint adinuicem formaliter repugnantes siue
incompossibiles sicut nec alie due alterius ratiõis
vel etiam due species eiusdem rationis ⁊ posset di
ci multum bene q̃ sunt alterius rõnis sicut amicicia
infusa ⁊ adquisita sunt alteri⁹ rationis q̃ tũcun
q̃ circa idem obiectum. Patet de caritate ⁊ natu
rali amicicia adquisita respectu ipius dei ⁊ sic in ꝓ
posito posset dici ⁊ per hoc dẽs rationes aliorũ vi
tari nisi vltima que est contra aliquem ponentẽ istã
positionem. Non autem contra positionem. Patꝫ
enim q̃ non ponetur aliqua eorum frustra si essent
alterius rationis licꝫ infusa esset perfectior. Sicut
nec ponitur frustra vespertina cum matutina ꝑ ad
sustinendum pluribus modis sic etiam nec si essent
eiusdem rationis qꝛ licet essent eiusdeꝫ rationis tñ
pluribus modis haberentur. Probabilius tamen
dicitur q̃ alterius rationis ⁊ magis potest sustine
ri nec est inconueniens licꝫ sint eiusdem potentie ⁊
obiecti sicut dictũ est supra. Hec de scẽo articulo.

¶ Quantum ad tertium ar/ Opi. auctoris pe
ticulum Respõdeo ad questionem ꝑmittendo prio clariꝫ cir
quid est noticia in proprio genere. ¶ Et dico q̃ in ca qõneꝫ
ꝓposito vocatur noticia in proprio genere noticia
rei create que nõ est in verbo nec per verbum sicut q̃d notiçia in p
per obiectum primo cognitũ: sed obiectiue ꝓ seip po gẽe.
sam. Ita q̃ ipa res creata cognita secundũ se sit ra
tio primo terminans actum scientie vel noticie ta
lis ⁊ primo terminas seu etiam aliquid creatũ per
quod habet cognosci. Hoc ẽm sso dico aliqua per
ordinem. Et primo de noticia infusa quam habuit
xpus de rebus in proprio genere. ¶ Primum q̃
habuit ab instanti sue cõceptionis species infusas
omnium simplicium terminorum possibiliuꝫ ⁊ hoc
loquẽdo de speciebus ĩdiuiduorum quibus habitis
non fuit necesse haberi alias species vniuersaliuꝫ
quiditatum qꝛ ille ĩcludũtur in singularibus vt pa
tet ⁊ sic habet noticiam habitualem abstractiuam
omnium simplicium terminorum tam vniuersaliuꝫ
q̃ singularium tam affirmationum q̃ negationum
vel priuationũ per ꝑdictas species. Hec obstat q̃
predicte species sint infinite sicut ⁊ singularia ĩmo
infinities infinite sicut ⁊ q̃ditates sunt infinite pos
sibiles ⁊ cuiuslibet quiditatis possibilia sunt infini
ta indiuidua. Non enim repugnant nec sunt sibi in
compossibiles circa aĩam xpi infinite eiusdẽ rõnis
sicut nec due. Nec etiam infinite alteri⁹ rõnis sicut
nec due. Et ideo saltem ꝑ tute diuina possunt eẽ si
mul infinities infinite. ¶ Secũdo dico q̃ ĩ anima
Christi est omnis noticia habitualis que dicit ha
bitus respectu quorũcunq̃ ponatur habitus siue
respectu principiorum si tamen respectu principio
rum sit ponendus habitus siue respectu quarũcun
q̃ conclusionuꝫ necessariarũ. Unde ipe habuit ha
bitum cuiuslibet complexionis respectu cuius po
nendus est habitus vel habitualiter nouit omnem
complexionem talem necessariam noticia habitua
li abstractiua ⁊ oppositas cõclusiones vel comple
xiones tanq̃ impossibiles per eosdem habit⁹ quia
rectum est iudex sutipsius et obliqui habuit notti
ciam abstractuam habitualem de omnibus com
plexionibus respectu quarum sunt ponendi habi
tus non tamen secundum eundem habitum vel per
eundem habitum sicut ponunt aliqui sed diuersos
diuersis complexionibus correspondentes. Unde
dico q̃ habuit scientiam abstractiuam omnium cõ
clusionum scibilium infusam. ¶ Tertio dico q̃ q̃
tum ad noticiam habitualem contingentium siue Nõ hee
presentium siue preteritorum siue futurorum q̃ si omnia.
est aliqua noticia habitualis talium ⁊ aliquis habi
tus ponendus qui nõ sit error: sed sit verideus q̃

omnem talē habuit sibi infusum a deo. Unde ⁊ habuit omnē ꝓphetiam ⁊ mysteria omnia isto modo abstractiue ⁊ omnem virtutē intellectualē sicut ꝓphete habuerunt particularia lumina ꝓphetie. ita iste habuit omnem lumen ꝓphetie de omnib⁹. Si vero non ponatur aliquis habitus respectu istorū tunc sum ꝯtum ad noticiam habitualē de istis expeditus. ¶ Quarto dico ꝙ quia opinio non dicit virtutem intellecualem ꝛm ꝙ huiusmodi ꝙ xp̄us non habuit aliquam opinionem nec errorem hītū. Similiter nec fidem quia imperfecta ⁊ enigmatica vel obscura ⁊ incōpossibilis beatitudini ex ordinatione diuina noticia est licet sit virtus intellectualis scōm certam noticiam habitualē de oībus quecunq; habitualiter nouit. Licet ēm sciuerit oēs opiniones ⁊ opinata tamen non opinādo sed rectitudinaliter nouit omnia ⁊ ideo nō habuit opiniones saltē cui eēt formido ⁊ imperfectio noticie ānexa.

¶ Quinto dico ꝯtum ad noticiam actualem infusam quia de habituali iam dictum est ꝙ quedā est abstractiua ⁊ quedam intuitiua. De intuitiua noticia infusa creaturarum vel rerum aliarum a deo in ꝓprio genere posset dici ꝙ omnia ituibilia anima xp̄i in ꝓprio genere intuebatur siue presentia siue non ⁊ habebat actus intuitiuos oīm intuibiliū siue existerent ⁊ essent sibi presentia siue non existerent nec essent presentia qz intuitiua noticia potest esse non existentis realiter nec pñtis sicut dictum est in primo. Ita ꝙ siue simplicia siue cōplexa siue quidditates siue singularia siue necessaria siue ꝓingentia siue positiua siue negatiua ituibilia oīa videbat intellectualiter ⁊ in proprio genere sicut probabilit pōt dici nō obstante ꝙ haberet omnē noticiam abstractiuam in eodē genere. Intuitiua ēm ⁊ abstractiua sicut simul de eodem sicut puto ꝓtute diuina. Non ēm video quare plus repugnet si ambe sint rei in ꝓprio genere q̄ si vna sit in verbo puta intuitiua ⁊ alia sit in ꝓprio genere sicut abstractiua tamē ille stāt simul. ¶ Sexto dico de abstractiua actuali infusa ꝙ sane potest dici ꝙ xp̄us habuit omnem noticiam actualem abstractiuam de quolibet creato intelligibili qualecūq; sit siue simplex siue cōplexum siue contingēs siue necessariū siue existens siue non ens siue affirmatiuū siue negatiuū ⁊ correspōdenter ad suam noticiam habitualē infusam ꝯtū ad species ⁊ habitus supradictos ⁊ ꝛm ipos nō q̄dem cooperantes ad infusionē actuū vel actus infusos sed eis confidentes in mēte ⁊ ꝓformiter se habentes. Licēt etiam xp̄us ꝛm illos habitus vel species q̄ sibi placuisset potuisset elicere alios actus aliquos saltem successiue ab infusis ⁊ alteri⁹ rōnis vel forte eiusdem rōnis. ¶ Septimo dico ꝯtū ad noticiam cause xp̄i adquisitā ⁊ primo ꝯtum ad habitualem ꝙ non habuit noticiam habitualem adq̄sitam siue per species siue per habitus oīm rerum/ sed tantum illorum quorū accepit species per sensum vel habitus via sensus memorie ⁊ experientie frequentādo actus circa talia sicut ⁊ nos ⁊ ꝙ in simili noticia ꝓfecit. ¶ Octauo de actuali noticia adquisita pura de actu cognoscēdi nō infuso. Dico ꝙ in intellectu nullum talē actū habuit circa aliqd obiectum sicut ⁊ nos. Nam loquendo de tali actu omnia qnecūq; intellexit per talem actus abstractiue ītellexit sicut ⁊ nos ⁊ nihil ituitiue. Sz de actuali noticia abstratiua dico ꝙ non habuit etiam noticiam oīm sed solum illorum que abstrahendo a fantasmatibus ītellexit sicut ⁊ nos ⁊ in tali noticia potuit ꝓficere ⁊ profecit. In fantasia vero nō habuit nisi abstractiuam noticiam adquisitā siue habitualem siue actualem sicut ⁊ nos ⁊ eorum soluz que ab ipso fuerunt sensata exterius ⁊ species ad suam fantasiam ⁊ in illa profecit deriuate nec ē rōnabile ibi ponere aliquam speciē vel noticiam infusam sicut posita est in intellectu vt videtur. ¶ Ultimo de noticia sensitiua exteriori. Patet ꝙ nō habuit noticiam nisi eorum que sensit sicut nec nos. Sic de ista questione potest dici. Si autem non placet tot ponere in anima xp̄i pone paucioza sicut tibi videtur expedire.

¶ Ad primum principale di/ co ꝙ puer proficiebat sapiētia nō solum ꝛm apparentiam sed ꝛm rei veritatē loquēdo de noticia adquisita eo modo quo dictum est supra non autez de infusa. Similiter etiam de sensibili experientia. Ad rōes ꝓncipales.

¶ Ad secundum de viatore ⁊ statu merēdi potest dici per idem. Tamen etiam pōt dici dato ꝙ nullā habuisset noticiam adquisitam adhuc ꝛm infusam potuisset mereri ⁊ ita nō includit. ¶ Ad tertium dico ꝙ potuit habere infinitas species omniū singularium ⁊ cognoscere eas directe ꝛm noticiam infusam quicqd sit de adquisita qz loquēdo de adquisita idem est iudicium sicut de nobis nec omnia intellexit vt dictum est supra. ¶ Ad illud de contingentibus Dico ꝙ potuit ea cognoscere ituitiue terminis non existentibus in re vel etiam abstractiue ꝛm noticiā infusam sicut ⁊ ꝓphete. Fuit enim summus inter ꝓphetas si tñ noticia ꝓphetalis sit abstractiua vel habitualis. Si aūt dicatur ꝙ non sunt ponende tot noticie habituales vel actuales ī aīa xp̄i potest dici ꝙ xp̄s habuit noticiam infusam omniū quidditatū pertinentium ad perfectionē vniuersi de terminatarum ad esse ex diuina voluntate multofortius q̄ in angelis de indiuiduis etiā multis nobilioribus vniuersi habet noticiam habitualē per species infusas ⁊ noticias habituales oīm complexorum eo mō quo dictū est supra. ¶ Quantuz ad noticiam actualem pōt dici ꝙ nō habuit nisi actuales noticias quas placuit sibi elicere ꝓformiter ꝛm habituales q̄ ponūtur ⁊ q̄ñ sibi placuit ⁊ tūc nō habuit aliquas sibi infusas/ sed elicitas ꝛm hituales infusas vel ēt ad q̄sitas sicut sibi placuit. Sic ꝯ isto.

¶ Distinctionis decimequinte.

Questio vnica.



Circa distinctiōez decimāquintam quero Utrū in aīa xp̄i tempore passionis sue fuerit vere tristicia aliqua secūdum portionem superiorem non obstante summa leticia fruitiōis beatifice. ¶ Videtur ꝙ nō. Impossibile est ꝙ contraria sint simul in eodē subiecto quia contraria sunt que circa idem subiectum mutuo se expellūt sicut dicitur in predicamētis. Sed leticia vel gaudium ⁊ tristicia sunt cōtraria secūdum totum genus suum sicut beatitudo et miseria que simul stare non possunt sicut etiam corporeum et incorporeum. ergo ⁊ cetera.

¶ Secūdo sic ⁊ est cōtra vnam rekponsionē q̄ posset dari ad ꝓmam rationem qz ⁊ licet forte sicut diceret aliquis cōtraria possint simul stare in esse remisso nō tamen in suis excellētijs vndecūq; causentur. Ita enim repugnāt si a diuersis causis causent sicut si ab eadem causa. Sed planū est ꝙ in xp̄o ꝛm portionem superiorem erat summa leticia beatifice fruitionis que nō fuit diminuta in passione. Leticia vero ⁊ tristicia sunt ꝓtraria secūdum totū genus suum ⁊ ita sunt siue a diuersis vel respectu diuersorum sicut respectu eiusdē obiecti. ergo in aīa xp̄i nō fuit tristicia ꝛm superiorem portionem tempore siue passiōis. ¶ Cōfirmatur per philosophū septimo ethicorū. qui dicit ꝙ delectatio vehemens expellit quācunq; tristicam. ergo ⁊c. ¶ Tertio sic. Sicut dos ipassibilitatis excludit a corpore passionem dolorīs ita vt videtur fruitio vel gaudium seu leticia fruitionis excludit passionem tristicie. Sicut enim corpus gloriosum est impassibile ita ⁊ aīa vt videtur. Sed in corpore impassibili nō potest eē passio dolorīs. Tunc enim esset passibile. ergo ⁊c. 7. ethic.

¶ Quarto sic. Impossibile est idem corpus simul moueri per se motibus oppositis. Sed si in anima xp̄i fuisset tristicia tempore passionis cor suū fuisz dilatatum pre leticia ⁊ constrictum pre tristicia qz leticia dilatat cor ⁊ tristicia cōstringit. ergo ⁊c.

¶ Contra Wath. 26. Tristis est aīa mea vsq; ad mortem ⁊ ysaye. 53. Vere langores nostros ipe tulit ⁊ dolores nostros ipe portauit. Et trenorum. 1. dicitur in persona eius. O vos omnes qui transitis per viam attēdite ⁊ videte si est dolor sicut dolor meus. ⁊c. Wath. 26. ysaie. 53. Treno. 1

¶ In ista questione sic pceda

¶ Primo inquiram Utrū duo cōtraria possint simul inesse subiecto quacūq; virtute. ¶ Secundo ponam vnum modum dicēdi de questione ⁊ arguā contra ipm. ¶ Tertio ponam alium ⁊ ipm delarabo. ¶ Ultimo ad rationes.

¶ Quantū ad primū est vna cōmunis opinio ꝙ impossibile est duas forias ꝓtrarias simul ineē eidē subiecto in actu ita ꝙ nec deus hoc potest facere qz nō est hoc factibile. ¶ Ad hoc adducūtur rōnes ⁊ auctoritates. ¶ Prima ratio est. Magis repugnāt circa idem subiectū due forme solum disparate vt videtur. Sed multe sunt forme solum disparate que nō possunt eē per quācūq; potentiam simul in eodem subiecto. Patet de duabus figuris quarum vna est sperica ⁊ alia angularis. Patet de duabus formis substātialibus asini ⁊ bouis que nō possunt simul stare in eadem materia. ꝛ ⁊c. ¶ Secūda ratio. Nō min⁹ sunt incōpossibiles circa idem subiectum due forme cōtrarie q̄ due forme eiusdem rationis. Ille ēm maxime a se distant sed iste nō. Sed due forme absolute eiusdē rationis nō possunt simul stare in eodem subiecto. ergo ⁊c. Minor pz. 5. metaphisice. ¶ Tertia ratō Per se ꝓm termini motus sunt incōpossibiles vt patet. Alioquin motus non faceret distare a terio a quo īcipit nec abijceret ipm necessario ex quo termini essent cōpossibiles. Sed duo ꝓtraria sunt per se ꝓmi termini motus positiue nō aūt forma ⁊ ꝓriuatio qz per hoc distinguitur mot⁹ a mutatione. ergo ⁊c. ¶ Quarta ratio. Illa nō sunt compossibilia circa idem subiectū quorū vnum in subiecto includit negationem alterius vel saltem ad ipm consequitur. Alioq̄n cōtradictoria essent cōpossibilia et possent simul eisdem inesse. Sed ꝓtraria sunt huiusmodi vt videtur ⁊ dicit etiā philosophus quarto metaphisi. ergo ⁊c. Duo contraria in sileē subiectoq̄cūq; ꝓtute. ⁊c. opi. cōis 5. meth.

¶ De hac materia reqre in quarto Franc. in questione de baptismo nolente.

¶ Quinta rō. Eadem est potentia receptiua contrariorum in vno ⁊ eodem subiecto. Alioq̄n nō eēt vnum subiectum. Nec esset motus vel mutatio inter ipa. Nam eadem est potētia receptiua mutationis ⁊ vtriusq; termini sui. Sed illa potentia terminatur ⁊ actuatur per vnum ꝓtrariū. ergo illo stāte non potest alterum ineē vt videtur. ¶ Sexta ratio quia magis ⁊ minus nō se cōpatiuntur in eodē subiecto sicut magis album ⁊ minus albū. ergo multo minus duo cōtraria vt pote albū ⁊ nigrū. Ad hoc dicitur ꝙ magis ⁊ minus nō se cōpatiuntur scōm eundem gradum ⁊ respectu eiusdem extremi ꝛz bñ secūdum diuersos grad⁹ etiā respectu eiusdē extremi si due forme eiusdem quarū vna sit pfectior alia possint stare simul in eodē subiecto sicut reputo verum tunc enim idem esset magis ⁊ minus album seipso vel etiam secūdum eundū gradum respectu diuersorum extremorum. Idem ēm scōm eundē gradum albedinis est magis album alio ⁊ min⁹ album aliquo alio sed ꝛm eundē gradū ⁊ respectu eiusdē extremi nō est possibile. Sicut nec ē possibile ꝙ idē gradus sit maior ⁊ minor seipo. Sic etiā dicitur ꝙ nō est possibile idē eē album ⁊ nigrū ꝛm eandē formam vel eundem gradū forme sed bñ ꝛm diuersas cōpossibiles sicut etiā gradus maior ⁊ minor ꝯtū ad suas realitates sunt cōpossibiles. Unde ⁊ adueniente gradu eiusdem ratiōis ⁊ nō corrupta realitate prioris augēt vel intenditur forma sicut ī primo distinc. 17. dicebatur. ¶ Ad hoc videtur xp̄i sa auctoritas Aristo. in postpdicamētis sicut allegatum est supra Et Boety etiā super pdicamēta. Et Arist. in 4. metaph. vbi dicit istā ꝓsam cōtra Anaxi. negantē primū ꝓncipiū. Cōtraria non pñt simul eis ineē. q̄ necp̄dictoria. Sicut q̄ ipossibile ē cōtradictoria simul ꝓificari de eodē. Ita etiā ⁊ cōtraria vt vr̄. Item 10. metaphisi. ⁊ in postpredicatis per rationem cōtrariorum. Aristo.

¶ Sed pdictis nō obstātibus vr̄ michi dōm pmo ꝙ nō est absolute impossibile nec īplicat ꝓtradictionem contraria simul inesse eidem subiecto etiam in suis excellentijs quātas pñt habere in illo subiecto. Vñ puto ꝙ idem subiectum simul pōt esse albū ⁊ nigrū calidum ⁊ frigidum in tanto gradu scōm vtrumq; in quāto posset eē scōm alterū tm. Unde dico ꝙ absolute loquēdo hoc est īpossibile. ¶ Et hoc ꝓbo sic. Duo cōtraria sunt cōpossibilia simul ꝓtute nature scōm eē remissum in eodē subiecto. Probatio de cōtrarijs inter q̄ est motus. Nñ ēm ex aqua fit ignis aq̄ calefit ꝓmo ⁊ nō sic calefit ꝙ totaliter corrūpatur frigiditas aq̄ sed successiue corrumpatur qz remittitur ⁊ calor successiue inducit ⁊ intenditur ⁊ per ꝓñs frigiditas ⁊ caliditas ī gradibus remissis se cōpatiuntur. ergo absolute loquēdo est possibile ꝙ se ꝓpatiant̄ in sus excellētijs in eodē subiecto aliqua ꝓria saltē illa quoꝝ neutrū deteriat sibi subiectum ꝛm aliquē gradū sed indfrns ad quēlibz. Probatio ꝓñe quia talia cum sint eiusdē rōnis in quo- Rōes doctoris.

cunq; gradu inueniatur ⁊ ēm aliquē gradum subiectum sibi non determinat ea nec aliquod ipōrum sicut de superficie respectu colōris vel calōris qua ratione sunt compossibilia ēm aliquos gradus remissos eadē rōne ēm gradus intensos absolute loquendo dico licet non virtute cuiuscūq; agentis.

¶ Secūda ratio. Illud est absolute loquēdo possibile quod nō implicat cōtradictionem. Sed q̄ duo cōtraria sint simul in eodem subiecto puta duo colores extremi in eadē superficie ⁊ intensi nō implicat contradictionē. Illa ēm cōtradictio eēt q̄ subiectum esset album ⁊ nō album. Sed nō sequiē hoc si sequitur subiectū esse album ⁊ nigrum. Nō autē non album. Non ēm subiectum ds nō album fokaliter per aliquid positiuū formaliter qd̄ est nigrū sed per negationem albi que quidē negatio albi nō est in subiecto existente albedine in ipso sicut ponitur. Unde nō sequeretur subiectū non esse albū absolute sed per nigredinem q̄ licet sit album nō tamen p nigredinē ita etiam nec per substātiam suā. Unde non est cōtradictio isto mō aliquid esse album p albedinem ⁊ nō p nigredinē. Nō enim est scōm idem quare ⁊c. ¶ Tertia rō. Nō hnt maiorē incōpossibilitatē duo cōtraria respectu eiusdē subiecti q̄ duo corpora respectu eiusdē loci. Pro tanto ēm ambo dicūtur incōpossibilia q̄ vnum expellit aliud. Sed vnū corpus sic potest eē in loco q̄ nō expellit aliū. Possunt ēm esse duo corpora in eodem loco secundum omnes ita ergo ⁊ duo contraria / ita q̄ vnum non expellit aliud.

resolutō ¶ Videtur ergo dicendum q̄ absolute loquēdo nō est impossibile nec implicat cōtradictionem q̄ aliqua cōtraria possint simul eē in eodem subiecto ⁊ in suis excellentijs saltem virtute diuīa. ¶ Secūdo dico q̄ hoc non est possibile virtute creata nō ppter incōpossibilitatem terminorum vel cōtrariorum: ſ vel quia est agens limitatum ⁊ determinatū ad sic agēdum vt nō possit simul inducere duo ptraria ī suis excellentijs in eodem subiecto nō influente deo vel nō cooperāte sibi ad hoc vel q̄ nō inducit aliquod cotrarium in aliqd̄ subiectum nisi per motum ⁊ ita quia generatio vnius est coruptio alterius concomitatiue saltem. Oportet necessario q̄ ad inductionem vnius corrumpatur vel remittatur altera sua excellentia sed hoc nō oportet de deo agēte libero infinito. Potest enim inducere vnum nō remittendo nec expellendo aliud ⁊ per cōseqns vtrūq; in sua excellentia cōseruare vel causare in eodē subiecto sicut potest vnum corpus ponere in aliquo loco nō expellendo aliud de illo loco. ¶ Q̄ aūt hoc sit possibile videtur posse probari per glosam super illud

Glo. sup Math. Sapien. Mathei. 13. Ibi erit fletus ⁊ stridor dētium. ⁊ etiā Sapiē. qui videtur dicere q̄ corpora damnatorum erunt simul frigida ⁊ calida ⁊ vtrūq; intense. Hoc autem nō eēt si cōtraria absolute loquēndo in suis excellentijs essent incōpossibilia. quare ⁊c. ¶ Adducitur tamen vna rō ad hoc pbandum que nō videtur mihi bona. Ratio est talis. Non est impossibile q̄ in eodem subiecto scōm diuersas potentias receptiuas sint diuersa accidētia q̄ tūcunq; ad vnū illorum sequatur negatio alterius q̄ nō sequiē ad hoc aliqua cōtradictio. Nam affirmatio scōm vnū illorum ⁊ negatio ēm aliud nō attenduntur penes eandem potentiam. Sed in subiecto ad duo cōtraria sunt diuerse potentie ⁊ nō est vna potentia receptiua. Patet quinto phisicorū. vbi Aristoteles dicit q̄ non est idē posse egrotare ⁊ posse sanare. Tūc enim egrotare ⁊ sanare essent idem. Similiter etiā secūdum Cōmentatorem. 12. metaphi. Potentie numerantur in materia scōm numerum formarum specificarum ad quas est in potentia ⁊ similiter in subiecto pari tōne. Alioquin ēm posset idem numero reparari q̄ semper maneret eadem potentia ad ipm si nō nūerarentur potētie. ergo ⁊c. Ista rō nichil valet. Si ēm cōcluderet pari rōne cōcluderet q̄ due forme substātiales disparate nullum ordinē habentes vel nō ordinate possent simul esse in eadē materia quod est falsum. ¶ Dico igitur ad minorem q̄ in subiecto nō est nisi vnica potentia receptiua ad duo contria sicut superficies eadem p idipm quod est ipa potentia vnica receptiua albedinis ⁊ nigredinis sicut probaui supra. Nam idem est subiectum receptiuum motus ⁊ eadem potentia receptiua ipius ⁊ termini sui etiā vtriusq;. ¶ A philosophum de quinto phisicorum Dico q̄ dictum suū est verum de potentia subiectiua vel receptiua. Ad probationem de materia prima. dico q̄ in materia prima non est nisi vnica potentia receptiua ad oēs formas quas potest īmediate recipere sicut dixi in secūdo q̄ illa potentia nō est nisi sua eēntia. Unde ⁊ nego Cōmentatorem q̄tum ad illud dictum suū accipiendo potentiā pro principio quo receptiuo. ¶ Preterea etiā saltem scōm eos. Eadem est potentia ad omnes formas eiusdē rationis ⁊ illa semper manet ⁊ tunc si argumētum eorum est bonū sequitur q̄ alias posset reparari eadem forma per naturam si potentia sit vna ⁊ potentie nō numerentur Hoc etiam cōcludit contra eos q̄ eadem forma numero poterit per naturam reparari. Unde dico q̄ ista ratio nō pcludit: sed standum est in predictis.

5. Phisi. Cōmen. 12. meth.

¶ Ad primum aliorum qui probant illud esse impossibile scilicet duo cōtraria simul stare. Dico q̄ magis repugnat duas formas aliquas disparatas substātiales esse in eadē materia precipue de formis nō ordinatis q̄ duo cōtraria in eodem subiecto / quia forma substātialis dat esse simplex. Et sicut impossibile est eiusdem esse duo esse simpliciter ita duas formas substātiales non habētes ordinem stare in eadem materia: contraria autem cum sint accidentia nō dant esse simpliciter sed scōm quid Et nō est inconueniēs eiusdem esse plura esse secūdum quid.

Ad rōes aliorum.

¶ Ad illud de figuris dico q̄ nō video quare vnū corpus nō possit simul figurari diuersis figuris sicut etiam dicam in quarto vbi ostendam q̄ idē corpus potest esse in pluribus locis dimensionaliter ⁊ ipsis configurari. ¶ Ad secūdum de duabus formis eiusdem rōnis absolutis. dico q̄ possunt absolute loquēdo simul stare in eodem subiecto. ¶ Ad tertium dico q̄ per se primi termini motus nō sunt duo positiua cōtraria sed affirmatio ⁊ priuatio licet negatio que est terminus motus secūdum q̄ huiusmodi numero fundetur vel saltem cōcomitetur cōtrarium positiuum aliud a subiecto ⁊ a cōtrario quod ipsa negatur ⁊ in hoc differt negatio que pertinet ad per se terminum priuatiuum motus a negatione que est pe se priuatiuus terminus mutationis sicut dixi in primo de augmento caritatis: et tunc dico q̄ contraria quantum ad sua positiua

possunt simul manere in subiecto nō autem cōtradictoria nec affirmatio ⁊ negatio eiusdem. ¶ Aliter potest dici q̄ si ratio apparentiam habet ipa ḡtuz ad hoc valet aliquid q̄ per motum nō possunt poni duo cōtraria simul in eodem subiecto sub suis excellentijs per motum dico vnum inter illa ptraria saltem respectu agētis creati respectu cuius generatio vnius est coruptio alterius. ¶ Ad quartum dico q̄ vnū ptrarium nō includit essentialiter nec habet inseparabiliter negationem alterius respectu eiusdem subiecti nisi pro tāto q̄ vnum cōtrariū non est aliud nec dat illud esse qd̄ dat aliud: sed non propter hoc negat aliud a subiecto cuius est sicut nec vna forma disparata negat aliam licet non sit alia q̄ nō est negatio sed aliqd̄ positiuum nec habz in se formaliter negationem alterius q̄ non est subiectū alterius nec esse potest. Ad idē vero subiectū pertinet affirmatio ⁊ negationem talem alteri⁹ cōcomitantem in subiecto: sed dico q̄ cōtingenter et separabiliter saltem virtute diuina quicq̄d sit respectu ⁊ tutis naturalis de qua Aristoteles ītelligit dictum suum si debet habere ſitatem. ¶ Ad quintum dico q̄ potentia eadem respectu ptrariorū nō est terminata per vnū sic q̄n possit etiā simul terminari per aliud ita q̄ ad ipam per se extendit.

Ad auctoritā. ¶ Ad omnes auctoritates potest dici q̄ vere sunt de contrārijs acceptis scōm esse intēsum ⁊ virtute agētis naturalis sicut dictum est supra nō aūt absolute loqndo. ¶ Ad aliud tamē de quarto metaphis. dico q̄ philosophus nō arguit ex intentione ppria contra eraclitum quasi sit impossibile vel min⁹ vel magis impossibile duo cōtraria stare simul q̄ duo ptradictoria q̄ de cōtradictorijs est hoc impossibile simpliciter ⁊ absolute. Sed arguit cōtra Eraclitū ex dictis suis. Dicebat ēm cōtraria nō posse simul stare ⁊ tū concedebat cōtradictoria posse simul stare. Et tūc Aristoteles arguit q̄ si cōtraria nō possunt simul stare nec ptradictoria. Nam si ponantur contradictoria simul stare sequitur q̄ opiniones cōtradictoriorum possunt simul stare. Sed opiones contradictoriorum sunt ptrarie sicut dicit philosoph⁹ ibidem ⁊ in secūdo periarmenias ⁊ ita pseqnter ponuntur ptraria simul stare quod est contra Eraclitum. Hec de primo articulo principali.

Opinio cōmunis ¶ Quātum ad secundum articulū. Est vna opinio communis multis q̄ xp̄us secundum portionem superiorem aīe sue vt portio est ⁊ habens rōnem simplicis potentie intellectus scilicet ⁊ voluntatis nō habuit aliquam tristiciam tempore passionis nec alias. Sed accipiendo portionem superiorem vt natura quedā est quia vt sic ad eandem naturam pertinet cum portione inferiore ⁊ etiam cum appetitu sensitiuo sic etiam ad ipāz Unde aliqua tristicia pertinebat ⁊ attingebat non tamen vt ratio est. Ratio primi videt: q̄ impossibile videtur q̄ portio superior secūdum eandē rationē scilicet vt ratio est ⁊ potentia simul frueretur et tristaretur simul haberet summā leticiam ⁊ intēsaz tristiciam. Ratio scōi videtur q̄ nullū apparet inconueniens q̄ portio superior nō vt rō sed vt natura tristaret q̄ naturaliter ⁊ vt natura refugiebat mortem ⁊ nolebat ipam tanq̄ lesionē nature ⁊ ideo de eius euētu vt natura ⁊ pertinens ad integritatem nature tristabatur. Tristicia enim est de hijs q̄ nobis nolentibus accidunt secundum August. 12. de ciuitate dei. Dolor ergo sensibilis appetitus sensitiui attigit isto modo portionez superiorē sic dicit. ¶ Pro ista positione adducūtur pbationes q̄ sc̄z in portione superiore vt ratio est nō fuerit dolor vel tristicia. Tum q̄ portio superior nō est nisi obiecti eterni quod est deus secūdum Augustinū. 12. de trinitate. Tum q̄ scōm portionem superiorem gaudebat de sua passione. Tū q̄ secūdum superiorez portionem solum agebatur xp̄us in deum supra se nō autem circa se. ¶ Tum q̄ secūdum Hylarium. 12. de trinitate nō plus dolebat xp̄s q̄ aer lanceatus quod non potest intelligi nisi secūdum superiorez portionem.

tristicia quid. August. Hylari⁹

¶ Contra istam opinionem arguitur. primo q̄ distinctio ē nulla in se. Secūdo q̄ nō est ad ppositum. Et tertio cōtra pclusionem. ¶ Primo sic. Illa distinctio est nulla que distinguit aliquid in ipm ⁊ nō ipsum. Patet q̄ diuidētia debēt participare rōnez diuersi ⁊ naturam. Sed ista distinctio est talis que distinguit portionem superiorem in rōnem ⁊ naturaz q̄ portio nō accipitur scōm naturā vt natura ē. Tūc enim esset eadem penitus portio iferior ⁊ superior sicut est eadem natura ambarum. Sed accipit̄ portio secūdum ordinem ⁊ naturam seu habitudinem ad obiectum ⁊ ideo distinguere eam in rōnem ⁊ vt habens ordinem vel habitudinem ad obiectum ⁊ in naturam que dicit quid absolutum scōm se est ipāz distinguere in portionem ⁊ nō portionem. Secūdo sic. Ad portionem superiorem ⁊ inferiorem etiam partium volūtas sicut dictū est in sedo sed sicut dictum est ibidem nihil est dictu distinguere volūtatem in voluntatem vt natura ⁊ vt voluntas q̄ ē distinguere ipam in voluntatem ⁊ nō voluntatem. ergo similiter de supiore portione. Preterea ita posset distingui de qualibet potētia ⁊ sic omnes ppositiones de potentia q̄libet essent distinguēde ⁊ tunc si quereretur Utrum homo ītelligat scōm volūtatem deberet distingui q̄ secūdum voluntatē vt potentia est homo nō intelligit sed ēm ipam vt natura est ⁊ cōsubstātialiter idem cum intellectu homo intelligit vel de intellectu posset dici q̄ secūdū ipz vt potētia est hō intelligit nō autem ēm q̄ natura. Et patet q̄ nihil valet talis distinctio. Non ē etiā ad ppositū sicut iā pz ex predictis q̄ questio est de superiore portione ⁊ ita vt portio est ⁊ ratio ⁊ habens ordinem ad obiectū nō aūt ēm aliquid aliud.

5 pcedē opiniōez

¶ Scōo q̄ quādo aliquod p̄dicatū queritur alicui subiecto ineſse accepto ēm reduplicationem nunq̄ distinguendum est subiectum sed p̄cise accipiendū ēm rōnem quam reduplicat ipa reduplicatio. vt si queratur Utrum homo secūdum q̄ homo sit risibilis vel secūdum q̄ rōnalis nō est distinguendum de homine vt animal vel vt rationalis. Sed in ppposito queritur vtrū xp̄s scōm superiorem portionē habuerit tristiciam nō vtruz ēm naturam vel aliquid aliud. ergo ⁊c. ¶ Tertio etiā cōtra cōclusionē arguit in prio q̄tū ad hoc qd̄ dicit q̄ ī supiori portione vt potētia ⁊ rō est nō fuit tristicia pmo q̄ nō vt obstare gaudiū vl leticia fruitiōis. Hā ēm eandez portionē supiorē vt rō est xp̄s fuit viator ⁊ p̄hensor. Q̄ viator etiā patet quia meruit nobis ianue aptiones hoc aūt ad portionē

superiorem pertinet ergo cum non sit maior repugnantia vie & patrie ꝗ fruitionis & tristicie videtur q̃ potuerit illud esse. Secũdo quia tristicia christi in sua passione fuit satisfactoria pro peccato Ade & delectatione quam habuit in peccando.
Sed Adam peccauit secundum portionẽ supiorẽ auertendo se a deo. ergo xp̃us etiã secũdum portionem superiorẽ tristabatur. Alioq̃n nõ rñdebat pena satisfactoria ipi culpe. Tertio mõ q̃ hoc videt
Damasc. dicere Damascenus ca. 59. vbi dicit de xp̃o. Neq̃ turbationem & tristitiã ondit sine aia turbata neq̃ orat & mestificatur siue intelligitur mestificata. Intelligitur p̃o principalius ad portionẽ superiorẽ vt pertinere. ¶ Vltimo contra illud q̃ portio supior vt natura habuit tristicia quero quõ. Aut formaliter & subiectiue aut obiectiue & vtroq̃ mõ habeo ꝓpositum q̃ natura vt natura nõ respicit obiectum vel actum seu passionẽ aliquã nisi mediãte potẽtia etiam scõm eos q̃ nõ est sibi ĩmediatũ ꝓncipiũ operationis vel passionis. Nam ꝓpter hoc ponũt potentias aĩe esse accidẽtia. ergo &c. Preterea etiã si dicatur q̃ portio superior vt natura tristatur distinguendo naturam a rõne & potẽtia. Pari ratiõe dici põt q̃ intellectus vel sensus turbatur vel tristat
ista modo & nõ est ad propositum sicut patet.
Ad rões .I. opi. ¶ Ad primũ ergo ipsorum diceretur q̃ portio supior nõ solum respicit obiectum eternũ q̃ est deus sed etiã extendendo ipam bene respicit obiectum tpale ꝫm leges tñ & regulas eternas & in ordine ad obiectum eternum & sic licet xp̃us nõ habuerit tristiciã in portione superiore de obiecto fruibili eterno sed gaudiũ tamẽ de aliquo alio eo mõ quo dicetur ĩfra potuit tristari ꝫm portionẽ superiorẽ. ¶ Ad scõm qũ dicũt q̃ ꝫm portionẽ superiorem gaudebat de sua passiõe ꝫm q̃ portio ratio est q̃ sciebat eam eẽ deo placitam & redẽptionẽ generis hũani. Dico q̃ vera est tamen ista ratio est ꝓtra primã q̃ passio xp̃i nõ fuit obiectũ eternũ & fruibile q̃ est deus. Et tunc dico q̃ nõ tristabatur de sua passione accepta scõm easdem circũstãtias & ꝫm eandem rõnem: sed bene poterat tristari de ipa occurrente vel accepta scõm aliam rõnem. sicut dicetur infra. ¶ Ad tertiũ dico q̃ ꝫm portionem supiorem aĩa xp̃i nõ solum circa deum vacabat & supra sed poterat vacare & circa aliquid temporale scõm tñ leges eternas & sic tristari de sua passione. ¶ Ad hylariũ qui dicit q̃ xp̃s nõ plus doluit in sua passione ꝗ aer scissus vel lãceatus potest exponi sicut Magister exponit. Verum est q̃ nõ doluit sicut alij dolent & nos dolemus q̃ nõ habuit pctm in se q̃ esset sibi causa dolẽdi vt tristicie licet vere doleret & etiã tristaretur. Vel aliter q̃ doluit sic q̃ dolor vel tristicia in eo absorberet vsum rõnis sicut ĩ nobis & alijs de cõi lege. Nõ enim tristicia minus absorbet vsum rõnis si sit vehemens ꝗ vehemẽs delectatio cuiusmodi est delectatio venerea intensa. Nõ enim min⁹ passionat q̃s per tristiciam vel dolorem ꝗ per gradũ vel delectationem. Vnde & aĩalia bruta videmus retrahi a delectationibus ex timore mali vel doloris infligendi. Christus aũt licet maxime tristaretur & doleret in sua passione nõ tamen ꝓdidit in aliquo vsum rationis & hoc dispẽsatiue fuit factum priuilegio speciali & congruo ad opus nostre redemptionis.
Hec de secundo articulo principali.

¶ Quantum ad tertium articulum. Primo ostendã quid vocatur dolor & tristicia. Secũdo ostendam q̃ xp̃us doluit vere scõm partem sensitiuam. Tertio q̃ tristabatur vel poterat tristari secũdum portionẽ superiorẽ. Quarto q̃ secundum inferiorem. Vltimo instabo & soluã. Modus quẽ tenẽt auctor.
¶ Quantum ad primũ dico q̃ secũdum August. capitulo. 15. de ciuitate dei. Dolor in nobis vel in alijs est offensio anime in carne & ex disconuenienti carni causata. Vnde & dolor ꝓprie dicitur passio sensibilis causata ĩ appetitu sensitiuo ex aliquo disconuenienti obiecto lesiuo sensus vel carnis. Ita q̃ ad potentiam cognitiuam formaliter non pertinet sed ad appetitiuam sicut ꝓbaui in scõo. Sicut eẽ delectatio sensibilis causatur ex ꝓiunctiõe ꝓueniẽtis cum ꝓueniẽte sensibilis scilicet ꝓuenientis cum potentia ꝓueniẽti & naturaliter ĩclinata ad tale obiectum. Sic dolor ex cõiunctione discõuenientis & imꝓporcionati sensui siue sit conueniẽs toti natũre siue nõ. Tristicia vero secũdum Augustinũ est passio causata in aĩa ex hijs rebus que nobis nolẽtibus accidũt & pertinet magis ad partem intellectiuam sicut velle vel nolle. Vnde si volo aliquid & illud nõ accidit ꝓ quãdo volo illud habeo tristiciam. Similiter si nollo aliquid & illud accidit ꝓ quãdo nolo illud similiter habeo tristitiã. ¶ Quãtum ad secũdum dico q̃ in xp̃us in sua passione benedicta habuit verum dolorem sensibilem in appetitu sensitiuo causatum ex offensione vel lesione carnis & disconueniẽti scissione & diuisione eius. Hoc patet. Tum q̃ habuit nobilissimam cõplexionẽ & viuacissimum tactum perceptiuum ꝓuenientis vel disconueniẽtis. Tum quia in ipo dispensatiue factum est q̃ gloria anime in corpus non redundaret nec haberet corpus ĩpassibile sed passibile & mortale licet etiam dispensatiue fuerit factum q̃ dolor ille sensibilis nõ turbauerit vsum rationis licet eẽt valde intensus multo fortius ꝗ factum fuerit ĩ aliquibus alijs sanctis qui in tormentis vehementibus vsum rationis habuerũt assistente eis deo ꝫm specialem influentiam quia hoc nõ potuit fieri per naturam ꝓpter colligãtiam rõnis & appetit⁹ sensitiui patientis. Nam appetitus sensitiuus nõ minus refugit nociua ꝗ prosequatur cõueniẽtia & ita non minus ratio naturaliter turbatur ex vehementi dolore sensibili ꝗ ex vehemẽti delectatione sicut tactum est supra. Tũ quia in passione xp̃i erat actuum sufficiens doloris approximatum passiuo dispositio nõ impeditum. Puta disconueniẽs approximatum cum perceptione eiusdem. Tum q̃ passio Christi fuit satisfactoria ꝓ peccato & delectatione carnali ipsius Ade. & ita in ea debuit esse dolor sensibilis sicut patet. Nec obstat q̃ vna potẽtia intensa in sua operatione impedit aliam secundum Auicennam & secũdum experientiam & ita potentia intellectiua xp̃i fuisset impedita ex dolore intẽso circa sensitiuam quod non est verum. Similiter etiam q̃ aliquis raptus non sentit ea que fiunt circa corpus sicut patuit de Paulo qui nesciuit vtrũ in corpore vel extra corpus fuisset raptus. Christ⁹ autem erat maxime raptus in deum secũdum animam & beatificam visionẽ. Hec enim vera sunt naturaliter & de lege cõmuni. Aliter tñ factũ in xp̃o dispensatiue & ordinatiõe speciali diuina circa xp̃m

Dolor q̃d

tristicia quid.

q̃ xp̃us doluit. ꝫm ꝓtem sensitiuã

portio superior duplex.

q̃ xp̃s potuit tristari ꝫm por. supi. in passione sua.

sicut dictum est supra. ¶ Quãtum ad tertiũ dico q̃ portio superior vno modo põt accipi stricte: immo strictissime: & tunc accipitur solũ in ordine vel habitudine ad obiectum fruibile & eternũ quod est deus. Alio modo potest accipi nõ ita stricte sed extendẽdo ipsam ad obiectum tẽporale vel creatum circa q̃d versari potest: tñ ꝫm regulas & leges eternas & in ordine ad deum vel habitudine aliqua.
¶ Primo modo accipiendo portionẽ superiorẽ intellectum & voluntatem ꝓout pure et mere versantur circa obiectũ eternũ q̃d est deus Dico q̃ sicut christus potuit vel nõ potuit peccare ita nõ potuit vel potuit habere tristiciam in superiori portione: q̃ tristicia de tali obiecto nõ est nisi vel quia voluntas odit bonũ sibi inesse q̃d inest ipsa nolente vel quia vult sibi malũ q̃d non inest ipsa volente et planũ est q̃ tale nollevel velle peccata sunt. ¶ Dicendũ ergo q̃d dictum est supra q̃ christus absolute loquẽdo sine aliqua cõtradictione potuit peccare sic dico q̃ ꝫm portionẽ superiorem potuit habere tristiciam circa summũ obiectũ vel de ipso: quia potuit ipsum velle nõ esse vel tñ bonũ esse vel nolle ipsum esse & sic tristari. Sed quia stante ordinatione diuina circa ipsum quã tenemus de ipso non potuit peccare. Dico q̃ nec potuit tristari circa sũmũ obiectum fruibile modis predictis ꝫm portionem superiorem acceptã modo predicto sed tñ ĩletari & gaudere. ¶ Alio modo accipiendo portionẽ superiorem. Dico q̃ potuit habere tristiciã etiã ꝫm portionẽ superiorem de aliquibus obiectis stãte leticia beatifice fruitionis nec in aliquo diminuta. Nam ꝫm regulas eternas diuine iusticie sicut portio superior tenet gaudere & letari de bono quo attingitur ipse deus mediate vel immediate. Puta de bono virtutis & glorie create sic tenet vel saltem potest tristari ꝓ statu vie de malo auertente cuiusmodi est malum peccati quo dehonorat deus & sic dico q̃ potuit tristari de sua passione ꝓout p ipsam & in ipsa peccatores crucifigẽtes ipsum dehonorabãt eũ vel deum contẽnebãt: & similiter de fuga discipulorum & huiusmodi: & similiter de peccato Ade & humani generis ꝓ quo dolẽdo patiebatur sicut de negatiõe petri licet gauderet de sua passione ꝓout erat deo accepta ad redẽptionẽ generis humani intellectu sibi dictante hoc ꝫm rectã rationem. Nec est aliquod incõueniens q̃ ꝫm vnã rationẽ passio christi fuerit volita a christo & gaudiosa ꝫm vero aliam rationẽ & circũstantiam fuerit nolita vel non volita & tristatiua ipsius. ¶ Q̃ autẽ sic xp̃s habuerit tristiciam probabile videtur
Ambro. & hoc videtur dicere Ambrosius de trinitate & ponitur ĩ litera. Doles inquit dñe iesu ex miseria mea nõ tua: q̃ tu nõ ꝓ te sed ꝓ me doles. ¶ Et hoc
ad rõnes ꝗ.I.opi. persuadere videtur rationes adducte cõtra primã opinionẽ in tertio mẽbro licet de necessitate nõ cõcludãt q̃ ita fuerit de facto. Potest eẽ dici ad primã q̃: licet xp̃s meretur ꝫm portionẽ superiorẽ: nõ tñ oportuit q̃ haberet in ea tristiciam: sed q̃ tristiciã portionis inferioris acceptaret volũtarie. Vnde passione nõ meremur sed acceptatione passiõis magis ꝓpter deum. ¶ Ad secũdam etiam diceretur q̃ licet Adam peccauerit vel demeruit secũdum portionẽ superiorem auertẽdo se a deo nõ tñ oportuit xp̃m tristari ꝫm illam sed magis mereri: vt predictum est vel aliter q̃ non oportet q̃ si aliquis magnus satisfaciat ꝓ aliquo paupere q̃ pari pena puniatur sicut ille pauper & miser puniret quia modicũ opus & alterius rationis sufficit in illo magno puta in rege q̃d non sufficeret in paupere. Sic in ꝓposito licet Adam debuisset satisfecisse ꝫm portionẽ superiorem ꝓ peccato suo & tristari ꝫm ipsam tñ non oportuit hoc de rege xp̃o satisfaciente ꝓ Adam sed suffecit q̃ ꝫm portionẽ inferiorem vel ꝫm appetitum sensitiuum. ¶ Ad Damasce. dico q̃ non solum intelligẽtia ad portionẽ superiorem pertinet sed ad inferiorẽ sicut et voluntas. Vel dic q̃ de facto cõcludit Christũ fuisse tristatum etiã ꝫm portionẽ superiorem licet non fuerit necesse ad satisfactionẽ ita esse sed magꝭ ad ostensionem dignãtissime caritatis qua voluit deus animam suã totam repleri malo tristicie ꝫm qualibet portionẽ & ꝫm appetitum sensitiuum. Iuxta illud psalmi. Repleta est malis anima mea & multa loca vel dicta alia scripture que hoc videntur sonare.
¶ Scotus in sua ordinatiõe dicit de ista questione recolligendo breuiter ea que dicit ibi valde prolixe primo q̃ tristicia potest contingere ex his q̃ nolumus quadrupliciter. Vno modo cum euenit aliquid q̃d est cõtra voluntatem vt natura quedã ita q̃ nõ est illud actu nolitũ: sed quasi naturaliter. Secũdo modo ex hoc q̃ prouenit aliquid q̃d est contra voluntatem vt colligatur appetitui sensitiuo inferiori et est discõueniens sibi. Tertio modo ex hoc q̃ prouenit aliquid vel euenit quod est actualiter nolitum actu elicito a volũtate. ¶ Quarto modo ex hoc q̃ euenit aliq̃d quod est habitu noltiũ vel nolitũ cõditionate volitũ tñ actu & simplr sicut proijcere merces in mari in periculo tempestatis quod est actualiter volitum efficaciter. quãdo proiiciens proijcit ꝭ secundum quid sit nolitum vel habitualiter vel conditionate quia si posset euadere nolet proiicere
¶ Secundo dicit q̃ voluntas in communi non distinguendo eam per portiones potest tristari & tristabatur in christo duobus primis modis ex afflictione carnis & passione que erat & contra modum suppositi christi & contra conuenientiam appetit⁹ sensitiui diligebat enim voluntas suppositum christi amore amicitie & non minus tristabatur ex carne de malo passionis sue ꝗ aliquis de malo incommodi tristetur. ¶ Tertio dicit q̃ portio superior stricte accepta ꝓout tantum vacat circa obiectum eternum quod est deus non tristabatur quia talis tristitia non esset in ea nec sequeret nisi ad nolle deum in se vel aliquam perfectionem eius sibi inesse quod non conuenit voluntati recte ymmo nec forte voluntati damnatorum ꝗtumcusq̃ sint malivolunt deum nõ esse absolute vel nõ esse iustum: licet nolint penã illam quã habent. ¶ Quarto dicit q̃ accipiendo portionẽ superiorem ꝓout se extendit ad alia obiecta temporalia vel creata ꝫm tñ regulas eternas & diuinas & est tristabilis nõ ex carne.
Ad tria genera obiectorum potest ꝓparari ex quibus posset tristari scꝭ ad carẽtiam fruitionis beatifice & de illa nõ habuit tristiciam: q̃ fruitione beatifica nunq̃ ꝗ caruit. Secũdo ad peccata vel demerita. Tertio ad mala penalia: sicut eẽ scõm leges eternas debet primo velle inter obiecta creata beatitudinẽ creatam vel fruitionem beatificam suam Secundo autem gratiam & virtutes & tertio bona

Ad Damasce.

Opinio Scoti.

nota hec omnia.

corporis ad bonam cõsistentiam sic potest intelligi tristari de oppositis istorum predictis si contingant. De primo autem sicut iam dictũ est non fuit tristata. De secũdo etiã ꝗtum ad peccata sua que essent in ipsa nõ fuit tristata: qꝛ nullum peccatũ habuit sed de peccatis aliorum scz scandalo discipulorum ⁊ malicia iudeorum persequẽtium ⁊ crudelitate crucifigẽtium ⁊ trãsgressione primorũ parẽtum peccãtium fuit tristata qꝛ in omnibus his dehonorabãt isti deum ⁊ tristicia talis secuta est nolle in actu ⁊ simpliciter ⁊ displicẽtiam talium peccatorum. Et similiter dicẽdũ est de portione inferiore suo modo qꝛ erat recta ⁊ cõformis superiori portioni in hoc ꝙ omnia ista sibi displicebant ⁊ super his tristabat. Nec ꝗtum ad ista obiecta distinguẽdum est de portione inferiori ⁊ superiori. Sed ꝗtum ad tertium scz ꝗtum ad malum penale passionis aliter est dicẽdũ. ¶ Dicit ergo ꝙ respectu mali penalis puta passionis xpi aliter est dicẽdum ꝗtum ad aliquid de portione superiori et inferiori. Nam portio superior tristabatur de passione christi tristicia sequẽte euẽtum alicuius contra volũtatem vt natura: qꝛ portio superior seu volũtas vt pertinẽs ad portionem superiorem vt natura inclinabatur in bonũ persone ⁊ in ordine ad obiectũ eternum etiã affectione cõmodi ⁊ per consequẽs vt natura nolebat incõmodum passionis et tristabatur de euẽtu eiꝰ. Ex quo videtur sequi ꝙ obiectũ eternum non solum est summũ cõmodum amãdum affectione iusti sed etiã summum cõmodum amandũ affectione commodi ⁊ dicit ꝙ iste modus tristandi proprius est voluntati vt portio superior qꝛ vt natura est sibi conuenit appetere omnia in ordine ad obiectum eternũ ⁊ sic ad portionẽ superiorem pertinet. Sic ergo portio superior vt natura de passione tristabatur. Ad tristitiam eñ sufficit ꝙ aliquid nolitum naturaliter vel cõtra inclinationẽ naturalem eueniat. ¶ Secundo dicit ꝙ voluntas vt portio superior ⁊ libera nõ tristabatur de passione tristicia consequente nolle actuale respectu passionis vel displicẽtiam actualem respectu passionis: quia non habuit elicitum nolle ⁊ displicẽtiam passionis sed magis habuit velle ⁊ complacẽtiam passionis conformãdo se diuine voluntati volendo passionẽ vt redẽptiuã generis humani ⁊ satisfactiuã respectu dei referendo in finẽ vltimum ⁊ obiectum eternum sicut etiã rationi superior pro tunc nõ potuit iudicare passionẽ non esse volendã in ordine ad finem talem ⁊ obiectum eternũ vnde sumitur principium practicum sui iudicij. ¶ Tertio dicit ꝙ portio superior vel volũtas vt pertinẽs ad eam tristabatur de passione euenienre cõtra nolitionẽ liberam habitualem in quã prozũpisset voluntas nolẽdo talẽ passionẽ nisi aliquid obstitisset vel si aliquid nõ positum: positum fuisset. Puta si diuina voluntas aliter ordinasset redimere genꝰ humanũ aliter ꝗ per talem passionẽ vel si homo deum nõ offendisset: tũc enim volũtas noluisset passionẽ ⁊ sic euenit passio contra nolitionẽ habitualem: ⁊ hoc sufficit ad tristiciã. Ponit exemplũ de forti ⁊ est August. 13. de trinitate ca. 7. Dicit eñ Augustinꝰ ꝙ licet fortis iustus velit pati quicquid aduersitatis cõtingit tñ tristis sustinet: qꝛ nollet sustinere si posset bono modo ⁊ ꝗtum in ipso esset. Similiter etiã aliud exemplum philosophi. 3. ethicorũ de forti qui cum tristicia exponit se periculo: quia licet velit hoc nollet tñ si aliter bonum commune saluari posset. Similiter etiam est aliud exemplum de proijciente merces in mari pro tẽpestate licet eñ efficaciter ⁊ simpliciter velit proijcere quia alias nunꝗ proijceret: sed potius se periclitari permitteret tñ cũ tristicia proijcit: quia nollet proijcere si aliter saluari posset vel si tẽpestas cessaret ⁊ ita habet nolle ⁊ habituale et cõditionatũ respectu proiectionis ⁊ tale nolle sufficit ad tristiciam sicut patet. ¶ De portione inferiori dicit quarto ꝙ portio inferior seu volũtas ꝓ quãto pertinet ad eam ꝙ ipsa tristabatur de passione tristicia sequente euẽtum alicuius contra volũtatem vt cõnexa est ⁊ colligata appetitui sensitiuo et cõpassiua sibi sed ista tristitia videtur prouenire ex carne. Dicit autem ꝙ ista tristicia non conuenit voluntati vt natura est pertinẽs ad superiorẽ portionem. Sic eñ non respicit appetitum sensitiuum cui cõpatiatur sed habet obiecta sibi propria q̃ respiciũtur ab appetitu sensitiuo sed inferior portio isto modo de passione tristabatur. ¶ Quinto dicit ꝙ portio inferior seu voluntatis vt pertinẽs ad ipsam non tristabatur de passione tristicia aliqua cõsequente aliquod nolle elicitum respectu passionis. Non enim habebat tale nolle actu elicitu: de passione sicut nec portio superior. Qꝛ probat. Tũ quia portio superior et inferior sunt vna ⁊ eadẽ potentia ẽm August. 3. de trini. ⁊ ita nõ habẽt actus oppositos volendi ⁊ nolendi respectu eiusdẽ obiecti passionis: ꝓcipue quia vnus ponitur in summo scz actus volendi in superiori portione ⁊ ꝙ consequẽs excludit reliquum oppositum. Tum qꝛ portio inferior ẽm rationẽ suam nõ potuit iudicare ex principio suo passionẽ esse nolendam: qꝛ principiũ eius est cõclusio principij pertinẽtis ad portionem superiorem sicut ⁊ finis sub fine a quo accipit principium portionis inferioris ordinatur ⁊ dependet ex fine principali ⁊ primo a quo accipit principium practicum portionis superioris ⁊ tñ ẽm principiũ portionis superioris iudicabatur volenda. Tu: qꝛ siue principiũ portionis inferioris sit cõclusio principij portionis superioris siue non sed sit propositio immediata subordinata tñ ⁊ posterior principio portionis superioris planum est ꝙ opposita demõstrari non possunt nec dictari ẽm rationẽ eectã sed alterũ sophistice concluditur. Cum igitur ratio superior xpi demonstraret passionem esse volendam ⁊ nõ nolendam actu elicito qꝛ fuit vera ratio nõ errãs per sophisma. Vnde ⁊ ẽm portionẽ superiorem christus eam volebat nõ est possibile ꝙ portio inferior iudicaret ratione recta eã esse nolendã. Tum quia ratio iudicãs de actibus virtutum politicarũ est ratio inferior ⁊ tñ iudicat mortem esse volendã propter bonum cõmune. Patet in forti ergo similiter in proposito portio inferior de passione Christi. Vnde ⁊ voluntas pertinẽs ad portionẽ inferiorem eam volebat. Ita ꝙ ⁊ volebat mortẽ ⁊ sustinere eã. Non est est intelligibile ꝙ aliquis nolit mortem ⁊ velit sustinere mortẽ: quia sine morte non potest sustinere mortem: immo ipsa includitur in illo. ¶ Ad hoc videtur auctoritas Augustini super illud. Clamaui ⁊ nõ exaudiet miles coronandus nõ timet scz paulus et dubius timet coronaturus scz christus quasi dicit Augustinus nõ timet quasi de aliquo nolito actualiter sicut nec miles. Similiter ad idẽ adducit Magistrũ q̃ in lra adducit Hieronymũ ꝙ non fuit in christo timor passio sed ppassio: qꝛ non fuit in eo quasi de aliquo nolito. Sed nõ videtur intẽtio Magistri ĩ litera si inspiciaꝫ expositio sua. Et sic videtur ꝙ portio inferior voluerit passionẽ sicut ⁊ superior ⁊ non noluerit eã actu elicito. ¶ Si autẽ dicatur ꝙ immo noluit eam: quia portio inferior considerat passionem sine ordine ad finẽ vltimum ⁊ illo ordine circũscripto nõ est volibilis: immo nolibilis ⁊ ita nõ habet velle respectu eius sed potius nolle. ¶ Respondet primo ꝙ hoc non cõcludit si aliquid cõcludit nisi ꝙ nõ habet velle sed non cõcludit de nolle ꝙ nolit ipsam et ita nõ habetur propositum: qꝛ non velle nõ cõcludit nolle. Si eñ propter defectum vnius circũstantie pertinẽtis ad rationẽ superiorem quã non attendit inferior iudicaret rite ratio inferior aliquid esse nolẽdum: ⁊ per consequẽs malum nunꝗ posset circunstantionari sic vt esset volendũ: qꝛ enim est malum ⁊ determinate nolendũ non potest per aliud determinari ad hoc vt sit volibile vel volẽdũ ⁊ ita ratio inferior hoc supposito nõ debet iudicare illud esse nolendũ sed quasi neutrũ nondũ volibile donec per aliam circũstantiam determinet ⁊ ita non cõcluditur ꝙ portio inferior nolit passionẽ nec aliqua tristicia ex tali nolitione. ¶ Scdo respõdet ꝙ immo videtur ꝙ portio inferior attẽdat passionem in ordine ad finẽ vltimu: aliquo modo. Alioquin ratio inferior practica nõ posset dirigi per principia superioris sumpta a fine vniuersaliore: qꝛ dirigi per illa est considerare finẽ a quo sumuntur illa principia qꝛ est falsu. Sicut quia fortis potest dirigi in prudentia sua ex consideratione felicitatis que est finis superior ⁊ vniuersalior ⁊ sic adhuc portio inferior potest velle passionem ẽm iudicium rationis inferioris pfecte ostendẽtis ⁊ directe per rationem superiorem quare non solũ nõ habet nolle sed etiam habet velle.

¶ Sed quicquid sit de hoc ratiões pmisse pro Scoto nõ concludũt nisi ꝙ portio inferior nõ habuit nolle de passione Christi accepta ẽm eandem rationẽ quam fuit volita a superiore portione si tñ hoc cõcludũt. ¶ Sexto ⁊ vltimo dicit ꝙ portio inferior tristabatur de passione tristicia consequẽte nolle habituale vel cõditionatum sicut ⁊ portio superior suo modo. Et ad hoc possunt adduci exempla suprãdicta Augustini et Philosophi et magis proprie ꝗ de superiori portione.

¶ Quantum ad quartum de portione inferiori. An Christus ẽm ipsam habuerit tristiciã ĩ sua passione. Dico breuiter ꝙ sic multo fortius ⁊ non minus ꝗ ẽm superiorem portionẽ Tristicia enim est de his que nobis nolentibus ꝙ accidant accidunt vel de his que nobis volẽtibus accidere non accidũt. Christus autem ẽm portionem inferiorem rationis que dicitur intellectus et voluntas prout versantur circa obiectum tẽporale ⁊ ẽm leges ⁊ regulas tẽporales vel a rebus temporalibus acceptas ẽm rationẽ naturalem potuit nõ velle suam passionẽ absolute acceptam vt passio est ⁊ afflictio quedam licet vellet eam circũstantionatam circũstantiis aliquibus in ipsa concurrẽtibus prout videlicet ordinabatur in bonum cõmune generis humani/sicut fortis eligit mori pro bono cõmuni non tñ absolute ⁊ quacũq̃ ꝙ causa eligit mori: immo absolute non vult mori: ⁊ ideo etiã tristatur de morte: qꝛ ergo Christus noluit passionem suã sic absolute acceptã vel potuit nolle: ideo potuit tristari de ea ẽm iferiorẽ portionẽ sicut etiã fortis de morte tristatur vno modo licet ipsam eligat alio modo ⁊ sic nolendo passionẽ non peccauit quia nõ fuit discors sua voluntas a voluntate dei sed voluntas dei fuit christum suam passionẽ nolle vel non velle isto modo. Si eñ absolute debuisset sic velle pati tunc pari ratione debuisset hoc velle dato ꝙ Adam non peccasset qõ non videtur eẽ verum. Hoc etiam patet ⁊ est quasi idem qꝛ licet vellet suam passionẽ volũtate circũstantionata ⁊ sub conditione circũstantiarum concurrẽtium non tamen simpliciter ⁊ voluntate absoluta ⁊ dico ꝙ cuꝫ tali voluntate de volito stat tristicia de ipso si contingat sicut mercator ĩ mari vult proijcere merces in mari non absolute sed ne periclitetur ⁊ cũ tristicia proijcit merces in mari vt patet. Aliud exẽplũ Sicut aliquis potest mereri vel demereri voluntate conditionata. Puta volendo distribuere pecuniam pauperibus si haberet vel volendo fornicari si posset. Ita potest dici in proposito de tristari. ¶ Ad hoc est exemplu: Augustini. 12. de ciui. de passione martirũ. Nam licet martir ante velit passionẽ pati ꝗ xpm negare absolute tñ non vult passionem ⁊ ideo tristari potest ⁊ tristatur de passione Vnde dicit Augustinus ꝙ licet iustus paratus sit quicq̃d aduersitatis fuerit sustinere mauult tñ aduersitatem sibi nõ inesse ⁊ tristatur vel tristari potest de aduersitate cõtingente. Hoc idem dicit philosophus. 3. ethicorum ꝙ licet fortis et virtuosus velit mori pro bono cõmuni: dolet tñ et tristatur si moriatur: quia virtutes quas habet pdit. ¶ Tertio etiam hoc patet ꝙ Christus potuit habere tristiciam: quia naturaliter etiam ẽm portionem inferiorem volebat viuere vel nolebat mori ẽm inclinationẽ naturalem voluntatis ad viuere ⁊ esse ante omnem actum elicitum ipsius voluntatis ⁊ talis inclinatio naturalis ad viuere ⁊ esse sufficit ẽm aliquos ad tristari de morte contingente. Et in alijs que sunt volita naturaliter affectione commodi vt beatitudo cuius oppositum nõ est sine tristicia: ita etiam de morte. ¶ Vltimo hoc potest declarari qꝛ passio ⁊ acerbitas mortis ex colligãtia portionis inferioris ad appetitum sensitiuum in quo erat dolor vehemens vel etiam ex ratione apprehendẽtie potuit apprehendi ab intellectu ⁊ sic voluntati pmentari ante omnẽ actum deliberatiuum voluntatis circa ipsam ⁊ sic voluntas potuit habere primũ motum nolitionis surrepticie circa ipsam vt talem et ita potuit esse nolita ab ipso: ⁊ per consequẽs cõtristãs vt videtur. ¶ Et ita videtur probabiliter posse dici saltem ẽm duos vel tres modos qꝛ quartus magis est dubius christus potuit tristari ĩ sua passione ⁊ ex ipsa ẽm portionem inferiorem ⁊ non solum ex sua passione: sed etiam ex multis causis alijs vt videtur.

¶ Quantum ad quintum instatur cõtra ista: quia impossibile est ꝙ eadem potẽtia simul gaudeat ⁊ tristetur de eodem obiecto. Sed portio superior et inferior ꝗtum ad volunta

Hiero.

xpus an habuerit tristiciam ẽm portionẽ ĩferiorem.

De malo pẽali passionis.

August.

3. ethico.

3. de tri.

August.

Exẽplũ August.

Epilogatio predictorum.

Instãtie circa predicta.

tem sunt vna ⁊ eadem potētia: vt dictū est in scdo et portio superior gaudebat de passione xpi igitur portio inferior de eadē non poterat contristari. Similiter etiā portio inferior poterat gaudere ⁊ gaudebat de passione. Sicut ⁊ voluntas virtuosi gaudet mori pro bono cōmuni: ergo nō tristabatur de hoc. ¶ Tertio quia sicut dictū est portio superior tristabatur de passione Christi nō ergo portio inferior. Tunc enim in eadem potētia fuissent due tristicie eiusdem rationis: ꝯ quia eiusdem potentie et eiusdem obiecti quod non videtur possibile.

Solutio

¶ Ad primum ista rum dico ꝙ quicquid sit d̄ tristicia ⁊ gaudio circa idem obiectum sm eandē formalem rationē acceptum ꝙ nō est impossibile eandem potētiam simul tristari ⁊ gaudere de eodē obiecto sm diuersas rōnes. Sicut cōtingere potest ꝙ aliquis gaudet de hoc ꝙ est abbas pro tāto: qr est dominꝰ ⁊ sm aliam rationē dolet videlicet qr est monacus Sic dico de passione xpi sm ꝙ patet ex predictis: quia eadem potētia potest de ipsa simul gaudere ⁊ tristari. ¶ Ad secundū dico ꝙ non est incōueniēs portionē eandē inferiorem gaudere de passiōe xpi pro fine sub fine scilicet propter bonū generis humani ⁊ tristari sm aliam rationē sm illos quatuor modos predictos. ¶ Ad tertium dico ꝙ nō est tristicia eiusdem rationis de passione Christi in portione superiore ⁊ inferiore: quia est de eodem obiecto materialiter tantum non formaliter sed sm diuersas rationes sicut etiam gaudere vel letari non sunt eiusdem rationis in ambabus: quia sunt propter diuersos fines. Vna vero sm finē immediatū increatū ⁊ alia sm finē sub fine tanꝯ propter finē immediatū quare ⁊c. Et dato ꝙ eēnt eiusdē rationis ex hoc tn non est impossibile esse ipsas simul in eadē potētia vel subiecto sicut dictū est supra pluries de pluribus formis eiusdē ratiōis. ¶ Aduertēdum tamē ꝙ tristicia in Christo dicitur a doctoribus propassio non passio: qr licet esset in Christo ⁊ multum vehemens: non tamen subuertit in ipso nec minuit iudicium rationis sicut dicit Magister in litera. Et hoc de tertio principali.

ad argumēta pn cipalia ꝯ cōtrariꝭ

¶ Ad primū principale argumentum de contrariꝭ dicitur primo modo ꝙ tristicia ⁊ gaudium sm totum genus suum non sunt cōtraria sed solum quando sunt de eodem obiecto secundum eandem rationem formalem. Modo gaudium Christi vel leticia de obiecto beatifico et tristicia de sua passione nō sunt de eodem obiecto vt patet: quare ⁊c. Et ista solutio est bona. ¶ Tamē aliter respondetur dato ꝙ tristicia ⁊ gaudium essent contraria secundum totum genus suum dicendo ad maiorem ꝙ aliqua sunt cōtraria que sunt absoluta sic ꝙ ad aliquod extrinsecū essentialiter non dependent sed tantum ad subiectum dependent: licet non essentialiter sicut albedo ⁊ nigredo frigus et calor ⁊ talia contraria incompossibilia sunt circa idem subiectum. Alia sunt contraria que essentialiter dependent ad aliquid aliud a subiecto. puta ad obiectum sicut scientia ⁊ ignorantia gaudiū et tristicia et talia licet sint ptraria: si tamen sint ad diuersa essentialiter dicta compossibilia sunt in eodem subiecto sicut in eodem subiecto potest simul esse scientia hominis ⁊ ignorantia lapidis gaudiū de vno ⁊ tristicia de alio sic est i proposito. ¶ Ista solutio est falsa. Primo quia negat talia cōtraria cuiusmodi sunt albedo ⁊ nigredo posse simul stare in eodem subiecto cuius oppositū dictum est in primo articulo questionis. Secūdo quia dicit ꝙ scientia ⁊ gaudium vel tristicia essentialiter referuntur ad obiectū: quia hoc est falsum vniuersaliter loquēdo. Non est enim vniuersaliter verum sicut probatum est in questione precedente in primo articulo. Ista esm accidentaliter referuntur ad q̄cunq obiecta creata sicut dictum est ibi ⁊ sunt qualitates absolute. Tertio quia non video quare dato ꝙ sic essentialiter referuntur: ⁊ tamen essent cōtraria quare plus essent compossibilia ꝯ alia contraria. Nā si est incompossibilitas in contrariꝭ hoc est per illa per que formaliter conuenit eis contrarietas: et hoc est per suas naturas absolutas ita ꝙ respectꝰ illi nichil faciunt ad propositum vt videtur. ¶ Et ideo dico vltra dato ꝙ ista essent cōtraria ⁊ sint talia qualia albedo ⁊ nigredo adhuc posset simul stare in suis excellentijs saltem virtute diuina non tamen dico ꝙ sint cōtraria sed sicut dictum est in prima solutione. Non enim opponūtur ⁊ sunt incompossibilia sicut beatitudo ⁊ miseria: qr miseria formaliter est priuatio beatitudinis sicut patet: r ideo opponuntur priuatiue non sic illa. ¶ Ad secundū patet per predicta nisi ꝙ ad confirmationē Aristotelis dico ꝙ vehemens delectatio excludit de lege cōmuni tristiciā sed aliter prouisum est circa xpm de lege speciali quā Aristoteles ignorauit. ¶ Ad tertiū de ipa impassibilitate dico ꝙ impassibilitas in corpore priuat quālibet passionē abiectiuā. Sꝯ fruitio beata vel delectatio cōsequēs non excludit quācunq tristiciā: immo forte nec aliquā. Non est enim negatio sicut impassibilitas vel si excludit aliquā hoc non est verū nisi de tristicia cōsequēte vel cōcomitāte carētiam vel negationē talis fruitiōis ⁊ tristicia de passione xpi non erat talis in portione superiori. Aliter dicitur ab vno nec curo modo ꝙ delectatio bene excludit necessario tristiciam sibi oppositam. Puta tristiciam de eodē obiecto: et ista nō est talis. ¶ Ad quartum dr primo ꝙ nō est impossibile virtute diuina ꝙ cor dilatetur scdm leticiaꝫ ⁊ scdm tristiciam sicut fuit dispēsative factū in xpo: sicut etiā possibile est idē corpus esse in pluribus locis. ¶ Aliter dr ꝙ cor non sic dilatatur nisi scdm leticiam appetitus sensitiui que non erat in xpo sed solum tristicia: si ideo solum constringebatur ⁊ nō dilatabatur. Aliter dicitur ꝙ deꝰ potuit facere ꝙ inesset q̄cūq tristicia vel leticia corde vniformiter manēte licet nō possit hoc natura: iō ⁊c.

Tria duplicia.

¶ Distinctionis Decimesexte.
Questio Vnica.

Circa istam distinctionem quero vtrū Christus habuit necessitatem moriēdi. ¶ Videtur ꝙ non: qr necessitas moriendi inducta est per peccatum ⁊ in penaꝫ peccati. Vñ ⁊ Genesis. 2. dr. In quacūq; die comederis morte morieris. Et Ro. 8. ꝙ corpus mortuum est ꝓpter peccatum ⁊ ꝙ stipendia peccati mors. Sed in christo

Gene. 2.
Ro. 8.

non fuit peccatum: ergo in Christo non fuit necessitas moriendi. ¶ Secūdo sic. In illo non est necessitas moriēdi in cuius potestate est mori vel nō mori. Sed in potestate christi fuit mori vel non mori. Tum qr hoc ipe dicit Jo. 10. Ego pono aiaꝫ meā ⁊ nullus tollit eā a me sed a meipso pono eā. Et ibidem dicit ꝙ hoc mandatū accepit a patre. Et planum est ꝙ nō inꝯtum deus sed inꝯtuꝫ homo. Tū quia cū moriebatur vocē magnā et clamorem validum emisit ⁊ hoc non videtur nisi fuisset in sua volūtate mori vel potestate. Alij vero in quorum potestate nō est hoc hora mortis nō possunt sic clamare: ꝯ ⁊c. ¶ Tertio sic. In illo nō est necessitas moriendi cuius anima habuit plenū dominiū sup corpus ad continēdum ipsuꝫ. Sed anima xpi habuit plenū dominium super corpus: qr aia xpi erat omnipotēs sicut ⁊ omniscIens vt videtur: ergo ⁊c.

Jo. 10.

¶ Contra christus fuit vniuoce homo nō discū inꝯtum ad humanā naturā Similiter etiā assumpsit penalitates nostras. Sed in nobis est necessitas moriendi: ꝯ ⁊c.

¶ In ista questiōe sic pceda.

¶ Primo inquiram. Vtrum in Christo fuerit necessitas moriendi. ¶ Secundo vtrum in potestate eius fuerit mori vel nō mori inflicta sibi passione ⁊ doloribus quos sustinuit. ¶ Tertio vtrū mors eiꝰ fuerit naturalis vel violēta vel voluntaria. ¶ Vltimo ad rationes principales.

an in xpo fuerit necessitas moriēdi.

¶ Quantum ad primuꝫ dico primo ꝙ corpus xpi cum nō esset gloriosum nec redundaret gloria nature in ipsum sm diuinā dispensationem ⁊ hoc miraculose sm aliquos: qr de lege cōmuni ¶ anima est beata corpus etiā coniunctum sibi est beatum. Corpus xpi fuit simpliciter corruptibile ⁊ mortale ⁊ passibile. Ita ꝙ xps sm ꝙ homo potuit mori ⁊ pati ⁊ corrumpi sicut etiā alij homines in puris naturalibus relicti sicut etiā Adaꝫ in statu innocētie vt dictū est in. 2. ⁊ probatum ibi. Hec repeto. ¶ Secūdo dico ꝙ sicut Adam tandē mortuus fuisset ⁊ cōsumptus etiam durante statu innocētie nisi fuisset preuētus per translationeꝫ ad gloriam ⁊ immortalitatē. Sic etiam xps dato etiā ꝙ necessitatem moriendi vt penalitatē non assumpsisset sicut etiam probatū est ⁊ declaratū de Adā in scdo. ¶ Tertio dico ꝙ multofortiꝰ mortuꝰ fuisset ⁊ consumptus assumpta necessitate moriendi si violēter occisus nō fuisset sm Augustinū de baptismo paruulorū vbi hoc dicit expresse lib. 2. prope finem. ¶ Quarto dico ꝙ qr xps non habuit peccatum nec fuit propagatus ab Adam naturaliter radice peccati ⁊ mortis nō habuit necessitatē moriendi sicut Adam ⁊ tota posteritas sua sicut penā inflictā sibi pro demerito suo vel aliquo peccato parentis cuius ipse esset particeps sed habuit necessitatē moriendi voluntarie ⁊ liberaliter assumptam vt pro peccato Ade satisfaceret in corpore passibili et mortali ita ꝙ sicut Ade inflicta est necessitas moriendi vellet nollet ita xps assumpsit talem necessitatē moriendi. ¶ In ipso ergo fuit necessitas moriendi nō inflicta sed assumpta. Ista que dicuntur hic de Adam in statu innocētie nō videnī concordare August. Nā primo libro de bāptismo paruulorū prope principium dicit ꝙ Adam in statu innocentie per esum ligni vite nunq̄ senuisset ⁊ pari ratione nec mortuus fuisset. Hoc etiā videtur velle. 12. de ciui. c. 20. Sed forte potest exponi: qr deꝰ preseruasset eū consequēter ad esum ligni vite nō ex virtute ligni vite nec ipsum sue innocētie relinquēdo. Hec de primo articulo questionis.

August.

¶ Quātum ad secūdum articulū. An scꝫ in potestate xpi fuerit mori vel nō mori. ¶ Dico primo ꝙ in potestate xpi inꝯtum verbū vel deus fuit mori vel nō mori etiā inflictis sibi doloribus passionis ad mortē disponētibus ⁊ hoc siue aia potuerit stare in corpore cū talib̄ indispositionibus siue non. Si sic patet ꝙ in potestate eiꝰ fuit hoc. Si nō patet ꝙ adhuc fuit in potestate eiꝰ quia potuit in instāti dispositiones cōgruas corporis reparare ⁊ sic nō oportuit animā separari ꝫ potuit remanere. ¶ Secūdo dico ꝙ in potestate eius inꝯtum homo nō fuit hoc scꝫ nō mori inflicta passione: immo etiā nec mori vel nō mori absolute sine passione afflicta. Nam in potestate alicuius agentis creati non est hoc quin actiuum naturale totale approximatuꝫ passiuo disposito nō impedito id est cū omnibus ad actionē requisitis agat in tale passiuum. Hoc enim inditum est agentibus et passiuis naturalibus etiam ex prima conditione ⁊ institutione rerū: ⁊ ideo oppositū fieri non potest nisi a cōditore rerū primario puta a deo. ¶ Cum ꝯ sufficiēter fuerint approximata actiua passiuis nō fuit in potestate xpi sic impedire effectū mortis siue inflicta passione siue nō: sed per actionē ⁊ passionem mutuam partium intrinsecarū corporis ⁊ modis illis qui dicti sunt de corpore Ade in scdo.

an fuerit in ptāte xpi mori v l nō ⁊c.

¶ Sed contra istud istatur qr si nō fuit in potestate Christi mori i sua passione igitur necessarium fuit simpliciter ipsum mori: ⁊ per consequēs in hoc aliquid nō meruit nec sibi nec nobis. ¶ Dico inꝯtum ad hoc ꝙ voluntas potest mereri circa aliquod obiectū qd̄ nōn est in potestate sua volēdo ipsum sicut volēdo deū esse iustum ⁊ bonum ⁊ similiter voluntas humana xpi acceptando mortem ipsius licet nō esset in sua potestāte. Hec de secundo articulo.

obiectiō.

¶ Quātum ad tertium articulus. Dico primo ꝙ mors xpi fuit voluntaria per cōparationem ad voluntatē Christi: qr ipsam voluit ⁊ ipsa ei placuit eo modo quo dictū est in precedenti questione: ⁊ ideo fuit sibi meritoria ⁊ nobis. ¶ Secūdo dico ꝙ fuit violēta aliquo modo: quia fuit accelerata ⁊ inducta per passiones ab extrinseco illatas nature discōuenientes ⁊ pro tāto potest dici violenta ⁊ dico ꝙ in aliquo sic violento bñ cōsistit meritum in sustinēte: dum tñ sit voluntarium id est voluntarie acceptatū licet sit violentū ⁊ contra inclinationē nature ⁊ ab extrinseco vt p̄dictuꝫ est. ¶ Tertio dico ꝙ fuit naturalis aliquo modo pro tāto: qr naturale est animā separari a corpore indisposito: sicut etiā naturale est animā vniri corpori disposito. Ita ꝙ naturale non fuisset ꝙ xpus superuixisset post illos dolores inflictos sed magꝭ fuisset supnaturale ⁊ miraculosum. ¶ Ex quo patet ꝙ mors sua non fuit miraculosa sicut nec mors aliorum quādo separantur anime eorum a corporibus indispositis ipsorum. Verū est tamē ꝙ tēpore

de morte xpi notāda.

passionis facta sunt aliqua miracula ⁊ multa ⁊ puto q̃ vnũ illorum fuit emissio illius clamoris valde mirabiliter formati ⁊ emissi virtute diuina. Unde ⁊ rationabiliter fuit motus ille qui audiens huius vocem ⁊ videns q̃ tm̃ erat xp̃s afflictus q̃ sufficienter erat ad mortem dispositus ⁊ vsq̃ ad mortẽ debilitatus: ⁊ per ꝓns q̃ non poterat ab ipso naturaliter formari talis clamor vt diceret. Vere filiꝰ dei erat iste. Sic de ista questione.

Ad pnci palia argumẽta.

¶ Ad primuz principale dico q̃ in Christo non fuit necessitas moriendi inflicta pro peccato suo aliquo sed assumpta vt dictũ est supra. ¶ Ad secũdum dico q̃ in potestate xp̃i ẽm q̃ deus fuit q̃ ipse ẽm q̃ homo moreretur vel nõ moreretur sicut bene arguunt ille probationes sed in potestate sua nõ fuit hoc ẽm q̃ homo sed qz probatio secũda videtur probare q̃ etiã ẽm q̃ homo. Dico q̃ hoc mãdatum accepit a patre vt poneret animam suã id est vt sibi ẽm q̃ homo placeret separatio aĩe sue a corpore quã ipe poterat facere ⁊ sic ponere aĩam suã inq̃tum homo vel aliter scz vt offerrat se passioni ⁊ crucifixoribꝰ suis oblatus est eẽ quis ipse voluit sicut dicit ysaias. 52. Ad aliã probationẽ patet quid dicẽdum. ¶ Ad tertium dico q̃ anima xp̃i nõ habuit tale dominiuz sup corpus vt in sua potestate esset xp̃m mori vel nõ mori: nec ipsa fuit omnipotẽs sicut omnisciens. Omnipotẽtia eẽ in aliquo requirit q̃ eminẽter ⁊ virtualiter contineat omnia possibilia ⁊ sic q̃ sit infinitũ. Non autem omniscientia vel scientia omnium precipue per diuersos actus vel per vnum actum finitum vt in anima Christi: ideo ⁊c.

ysa. 52.

¶ Distinctionis Decimeseptime.
Questio Vnica.

Circa distictionez Decimãseptimam quero vtrũ in Christo sint vel fuerint due voluntates. ¶ Videtur q̃ nõ quia si sic quelibet illarũ libera est ⁊ voluntas quelibet potest velle oppositũ eius quod vult alia vel velle qd̃ non vult alia: igitur voluntas humana si fuit in xp̃o potuit esse difformis volũtati diuine ⁊ ita xp̃s potuit peccare qd̃ est falsum. ¶ Secundo sic. In vno supposito nõ est nisi vnũ principium motiuum oĩm aliarum potẽtiarum illius suppositi vt videt. Sed volũtas est principium motiuum oĩm potentiarum illiꝰ suppositi cuius est: g ⁊c. ¶ Tertio sic. Si in xp̃o est volũtas humana distincta a diuina oportet q̃ illa moueatur ⁊ regatur a diuina: qz nõ potest fieri ecõuerso. Sed hoc est cõtra naturam voluntatis ⁊ sue ingenite libertatẕ. Est eẽ instrumẽtum seipsum mouens ẽm Anselmum: g ⁊c.

Ansel.

¶ Contra Damascenus capitulo sexto et Magister in litera.

¶ In ista questiõe sic procedã

¶ Primo ostendam q̃ in christo sint due voluntates quarum quelibet est appetitus liber in ratione ⁊ intellectus arguendo cõtra vnam opinionem hereticã que non ponit in Christo nisi vnam voluntatem scz diuinã ⁊ ostendam q̃ non sint ibi plures q̃ due. ¶ Secũdo inquirã. An in christo sint vel fuerint plures appetitus sensitiui. ¶ Tertio an omnis Christi voluntas semper fuerit impleta ⁊ oĩs oratio exaudita. ¶ Ultimo ad rationes.

q̃ in xp̃o sunt plures volũtates.

¶ Quantum ad primum articulũ. Expedio me breuiter q̃ in xp̃o sunt plures volũtates. ¶ Et hoc probo primo sic. In quocũq̃ sunt plures nature in eodẽ sunt plures ꝓprietates illarũ naturarum precipue de proprietatibus con substãtialibus illis naturis. Sed in xp̃o sunt plures nature intellectuales scz diuina ⁊ humana vel anima ipsa: g ⁊ plures volũtates que sunt proprietates plurium naturarũ. Ex hac ratione patet q̃ si voluntas humana esset vnum accidẽs absolutum ipsius anime sicut ponũt aliqui nõ oportuit q̃ verbum assumeret humanã voluntatẽ. Potuit eẽ ipsam separare ab anima ⁊ ecõuerso: ⁊ sic animam assumere sine voluntate: licet etiã ab illis cõcedatur sicut a me q̃ assumpsit vtrumq̃. ¶ Secũdo sic. In xp̃o est voluntas diuina ẽm omnes. Sed in Christo etiam est voluntas creata qz in Christo est gratia creata gratũ faciens ⁊ fruitio que non ponitur nisi in voluntate sicut in subiecto sicut ⁊ caritas cũ qua est eadem vt dictum est in primo: g ⁊c. ¶ Tertio sic. In Christo est intellectus duplex scz diuinus ⁊ creatus humanus qz in ipso est duplex scientia scz diuina ⁊ creata ⁊ multiplex quia vna que est verbi ⁊ aliorum in verbo alia que est rei in proprio genere: g ⁊c. ¶ Quarto sic. Illud est ponẽdum in xp̃o esse assumptũ a verbo ẽm q̃ homo maxime indigebat curatione sicut patet per Dama. Sed hoc est voluntas: qz in volũtate formaliter cõsistit peccatum ⁊ morbus hominis curãdi: ergo in Christo est voluntas hũana a verbo assumpta ⁊ hec est modo cõclusio certa ⁊ fidelibus determinata ⁊ opinio illa antiqua q̃ in xp̃o non est nisi vna voluntas tanq̃ heretica repudiatur ⁊ falsa. Hoc est primum huius articuli.

¶ Secundo dico q̃ ĩ Christo nõ sunt nisi due voluntates ⁊ nõ plures. Loco autem voluntatẽ potẽtiam liberam appetitiuam potẽtem habere vel habẽtẽ actũ scõm elicitũ vel quasi elicitum distinctũ ex natura rei ab ea que est ipsum velle. Et tũc dico q̃ nullus appetitus naturalis quicũq̃ nec cuiuscunq̃ potentie ẽm q̃ huiusmodi debet dici voluntas nisi ipsemet qui est voluntas vel volũtatis m̃ ordine ad talem actũ ⁊ est omnino eadẽ potẽtia cum voluntate ipsa. Cum igitur in xp̃o non sint nisi duo tales appetitus ẽm duas naturas diuinã scz ⁊ humanam. Patet q̃ non sunt nisi due voluntates: licet eẽ intellectus appetat naturaliter suam perfectionẽ nõ tm̃ ille appetitus voluntas est: quia nõ potest habere actum volendi elicitũ. Similiter etiam licet volũtas naturaliter appetat suã perfectionẽ vel actũ quem ipsa potest recipere vel elicere non tm̃ est due potẽtie vel due voluntates inq̃tum naturalis ⁊ libera sed eadẽ potentia ⁊ voluntas est omnino que naturaliter appetit actum vt suam perfectionẽ ⁊ libere elicit ipsum. Sicut est idem visus qui naturaliter appetit actũ videdi ⁊ naturaliter elicit ipsuz.

q̃ in xp̃o solũ sunt due volũtates.

¶ Ex quo patet q̃ nihil est dictu ĩ xp̃o esse plures volũtates

Q̃ duas quia in ipso est voluntas creata naturalis ⁊ libera. Non eẽ sunt iste due voluntates sed vna sicut in ipso non est nisi vnus intellectus possibilis creatus vt iam est declaratũ. ¶ Si dicas sicut dicunt aliqui q̃ multiplicãtur appetitus sicut ⁊ potẽtie cognitiue sensitiue sicut etiã multiplicãt appetitus intellectiuus vel est vnus sicut ⁊ ipsa potẽtia intellectiua. ¶ Similiter etiã appetitus naturalis sicut ⁊ forma naturalis impressa: g ⁊ appetitus sensitiuus sicut ⁊ forma apprehẽsa vel potius apprehensiua. Et hoc etiã dicit Auicẽna. 6. naturalium q̃ vnicuiq̃ virtuti apprehẽdẽti appropriatur proprium delectamentum qd̃ non pertinet nisi ad appetitũ. ¶ Potest responderi ad ista q̃ nõ est necessarium ponere tot appetitus: nec Aristoteles videt potuisse. Unde sicut in eodẽ non est nisi vnus intellectus ita nec nisi vna voluntas ⁊ si essent ĩ aliquo plures intellectus pticulares sicut sensus particulares nõ oporteret ponere nisi vnũ appetitum ex quo ille posset versari circa omnia. Sic dicit in ꝓposito de appetitu sensitiuo. ¶ Ad secundũ non oportet nec cõcludit: qz nõ sic appetitus sensitiuus est idem cum forma vel potẽtia apprehensiua sicut naturalis cũ forma impressa nec oportet ipsuz per consequẽs sic cõnu merari. ¶ Ad Auicẽnam dicetur q̃ non cõcludit nisi de actu appetitus qui bene variatur ẽm diuersas apprehensiones nõ sic autem de potentia. Hec de primo articulo.

obiectiones.

Auicen.

Solutio instã. ꝓc.

an ĩ xp̃o sint plures appetitus sensitiui.

¶ Quãtum ad secũdum articulum dicit vnus q̃ in xp̃o sunt plures appetitus sensitiui sicut ⁊ plures sensus. Cuilibet eẽ sensui correspondet suus appetitus sensitiuus ⁊ propria inclinatio in actũ ⁊ obiectũ: licet cõmuniter loquãtur sancti ⁊ doctores de vno appetitu sensitiuo tm̃ quia loquunt̃ de appetitu sensitiuo sequẽte imaginationẽ qui est superior ad istos pticulares alios appetitus. ¶ Istud non videtur michi necessariũ ponere. Loco eẽ appetitum sensitiuum potẽtiam appetitiuã organicam scz que potest habere actuz ẽm elicitum qui est ipsum appetere. Unde licet q̃libet potentia naturaliter appetat actum ⁊ obiectũ sibi conueniens non tm̃ quelibet dicitur nec est appetitiua proprie sed solum illa potẽtia appetitiua potest dici que habet actuz ẽm elicitũ qui est appetere ipsum ⁊ hoc nulli appetitui cõuenit nisi volũtati vel appetitui sensitiuo qui videtur michi vnꝰ deseruiens omnibus potẽtiis sensitiuis: qz non video aliquam necessitatẽ ponẽdi plures. ¶ Ex quibus patet q̃ licet sit inclinatio naturalis alia ipsiꝰ visus ad actum videdi ⁊ alia gustus ad actũ gustãdi ⁊ sic de aliis: tm̃ non oportet sic appetitus sensitiuos distingui sed oĩum potest esse vnus appetitus sensitiuus prout appetitiua potẽtia distinguit̃ cõtra cognitiuã nec concurrit in eandẽ potẽtiam cuz ipsa licet bene multiplicetur appetitus naturalis. Nam talis appetitus nõ distinguit̃ in ratione potẽtie contra cognitiuam vel etiã appetitiuam sed in appetitiua puta in voluntate vel appetitu sensitiuo est eadem potẽtia cũ ipsa ⁊ incognita puta in visu vel intellectu est eadem cũ ipsa. Hec de secundo articulo.

de xp̃i volũtate et oratiõe.

¶ Quãtum ad tertium articulum. Dico q̃ accipiendo voluntatẽ stricte ⁊ proprie sicut accepi supra pro potẽtia libera que vno modo dr naturalis ẽm inclinationẽ naturalem ad actum ⁊ alio modo libera inq̃tum libere potest elicere talem actũ ⁊ non est differẽtia nisi ẽm rationẽ quia eadem est omnino potẽtia ẽm rem tm̃ vt naturalis prior est omni actu elicito nec vt sic habet aliquẽ talem actũ omnis voluntas xp̃i ẽm quẽcunq̃ actum elicitum ⁊ deliberatiue elicitũ quo simpliciter aliquid voluit cõformiter ad diuinã voluntatẽ consequẽtem fuit efficax ⁊ impleta ⁊ oratio exaudita qua fuit conformis volũtati dei involito. Volũtas autẽ diuina efficax de volito semp impletur et ideo simpliciter vel efficaciter voluit quicquid sibi ẽm diuinam voluntatẽ euenit ⁊ mortẽ ⁊ omnia licet noluerit mortem ẽm quid puta si placeret deo aliter redimere genus humanuz. ¶ Ex quo patet q̃ licet in illa oratiõe. Pater si possibile est trãseat a me calix iste nõ fuerit exauditus tm̃ nõ fuit factũ aliquid contra suam petitionẽ: qz non erat possibile ẽm potẽtiam dei ordinatam q̃ transferretur calix mortis ab ipso ⁊ ideo efficaciter ⁊ simplicit̃ nõ petebat vt trãsferretur sed cõditionate si possibile esset. In omnibus aũt que simpliciter ⁊ efficaciter voluit ⁊ orauit exauditus est vt videt̃ loquẽdo autem de voluntate vt naturaliter inclinatur in bonũ persone ⁊ de voluntate large accepta pro appetitu sensitiuo dico q̃ voluntas sua nõ semp fuit efficax nec impleta. Naturaliter enim appetebat viuere ⁊ cõseruari ⁊ refugiebat mori ẽm appetitũ sensitiuũ ⁊ tm̃ oportuit ipsam mori ⁊ pati: uuare ⁊c.

ad rõnes principales.

¶ Ad primum principale dico q̃ absolute loquẽdo voluntas humana in Christo fuit libera libertate peccabili ⁊ potuit esse difformis diuĩe volũtati ⁊ peccare sicut volũtas mea vel tua sicut etiã dictũ est supra q̃ xp̃s absolute loquẽdo potuit peccare: non tm̃ stante ordinatiõe diuina circa ipm̃ ⁊ de ipso sicut est de beatis. ¶ Ad scõm dico q̃ in vno supposito xp̃i ẽm vnã naturã nõ est nisi vnũ principiũ motiuũ oĩm potentiarũ illius nature. Unde in ipso nõ est nisi vna voluntas creata tm̃ ẽm naturã diuinã in ipso est aliud principium motiuũ oĩm potẽtiarum mobiliũ ipsius suppositi ⁊ hec est voluntas diuina. Hec est hoc ĩpossibile sicut non est impossibile q̃ xp̃s sit suppositum duarũ naturarũ. ¶ Ad tertiũ dico q̃ idez iudiciũ est de voluntate xp̃i creata qũo stante libertate regitur ⁊ mouet̃ a diuina voluntate sua sicut de mea vel tua volũtate. Et satis dictum est de hoc in primo ⁊ secundo.

¶ Distinctionis Decimeoctaue.
Questio Vnica.

Circa distictionez Decimãoctauã quero. Utrũ christus potuit mereri aliq̃d in instãti sue cõceptionis existẽs iam beatus. ¶ Videtur q̃ non. Christus existẽs beatus ab instanti sue conceptionis nõ potuit peccare sicut dictuz est supra: ergo nõ potuit etiã mereri: qz eiusdẽ potẽtie est posse mereri ⁊ demereri. ¶ Scõo sic. xp̃s ab instãti sue cõceptionis fuit beatꝰ sicut supponit̃. Sed beatꝰ mereri nõ põt

qz est in termino ⁊ ptz de alijs beatis: g ⁊c. ¶ Tertio sic. Meritū est prius ꝑmio. Sed meritū nō potuit esse prius primo instāti cōceptonis in quo fuit christus sub premio: g xp̄s non potuit mereri.

¶ Contra Christus potuit aliquid mereri tēpore sue passionis: quia meruit nobis gratiam ⁊ gloriam sicut apparebit: ergo in primo instanti consequentia probatur: qz nullum habuit impedimentum in primo instanti plus q̄ in sua passione. Fuit em̄ vir perfectus aīo ⁊ viator habens caritatem sicut ⁊ in sua passione.

¶ In ista questiōe sic pceda.

¶ Primo inquiram vtrum Christus aliquid potuit mereri ab instanti sue cōceptionis. ¶ Secundo inquiram. An aliquid meruit de facto. ¶ Tertio inquirā quid meruit. ¶ Quarto quo actu meruit vel mereri potuit. ¶ Ultimo ad rationes.

i. opinio ¶ Quantum ad primum est vna opinio q xp̄s non potuit mereri ab instāti sue conceptionis ⁊ per cōsequēs q nichil meruit in illo instanti: sed implicat contradictionē q potuerit mereri. ¶ Ad hoc adducūtur ratiōes alique. Prima est ista. Angelus nō potuit peccare in instanti sue creationis ꝛm Anselmū de casu diaboli: quia tunc deus esset causa peccati. Nam quicquid cōuenit angelo ab instanti sue creationis habet a deo sicut dicit: g similiter nec xp̄s potuit mereri in instāti sue conceptionis. Alioquin habuisset meritum a deo ⁊ nō a seipso et sic pure passiue se habuisset ad meritum q̄d est contradictio. ¶ Secūda ratio. Si ab instāti cōceptionis potuit xp̄s mereri. Aut hoc fuisset eodē actu cū actu fruitionis beatifico. Aut alio. Non potest dici q eodem actu quia beatitudine nō meretur aliquid sed magis premiatur. Meritum em̄ ⁊ premium nō sunt idem sed vnū est causa alterius. Nec potest dici q alio actu: qz ille actus fuisset prior actu beatifico q̄d est falsum: qz actus beatificus fuit simpliciter primus actus in volūtate xp̄i. Similiter etiā actus beatificus adequabat voluntatē xp̄i: qz summe beatificabat ⁊ quietabat ipsam: g non erat capax alicuius alterius actus.

¶ Tertia ratio. Si Christus potuit mereri in primo instāti ponamus q meruerit: tunc sic. Q̄me q̄d est quādo est necesse est esse: g nullus actus quādo est cōtingēs est: ⁊ per p̄ns actus tantūmodo est cōtingēs: vt est in potētia. Potentia autem est prior actu illo ⁊ potest illum elicere vel nō elicere. Sed si actus ponit in primo instanti tollit priorita potētie: ⁊ per consequēs contingētia actus ⁊ per consequēs ratio meritorij in actu: quare ⁊c. ¶ Quarta ratio. Agere p̄supponit esse. Sed mereri est agere ergo presupponit esse merētis precedēs non solum natura: sed duratione: qz ipsum esse non est nisi duratio entis: quare ⁊c. ¶ Quinta ratio. Meritum in voluntate necessario presupponit actū deliberatiuum in ratiōe: sicut etiā demeritū ⁊ sicut electio presupponit cōsilium sed deliberatio de agibili vel eligibili nō potest esse in instanti: sed oportet q fit in tēpore g ⁊c. ¶ Sexta ratio. Volūtas in instāti creationis creat indeterminata ab ipo creante ad actum merēdi: quia ad actum non determinatur a creante. Sed si ipsa mereretur in primo instāti ipsa esset determinata ad actum merēdi: g simul esset determinata ⁊ indeterminata q̄d est contradictio. Videtur igit istis q Christus nec meruit nec mereri potuit aliquid in instanti sue conceptionis licet bene habuerit voluntatē perfectam ⁊ caritatē radicem merendi.

¶ Sed his nō obstātibus dico q xp̄s potuit aliquid mereri et habere actum meritorium ab instāti sue conceptionis non obstante q fuerit beatus ⁊ manēs beatus eo modo quo fuisset beatus. ¶ Ad cuius euidētiam. Notandum est primo quid est meritum et secundo probabo propositum. Dico g q meritum idem est q actus libere ⁊ contingēter elicitus a merente a deo acceptatus in ordine ad aliquod premium dandum ipsi merēti vel alteri pro quo merē ⁊ si est meritum de condigno oportet ꝛm statutū diuinū q talis actus sit formatus caritate ⁊ eliciatur ab habēte caritatem. Unde nō video plura requiri ad meritū etiam ꝛm ordinē quem tenemus modo institutū a deo de aliquo actu ad hoc vt sit meritorius nisi forte dicatur q oportet merētem esse viatorē ⁊ nō pure beatū nec pure in termino. Et hoc ꝛm illos qui ponūt q angeli beati vel anime nichil merentur de nouo sed in proposito nō est vis: qz planū est q Christus nō statim fuit purus cōprehensor sed cū hoc etiam fuit viator. Et est descriptio meriti accepti formaliter ⁊ principaliter nō de imperato vel acceptato a voluntate merētis. ¶ Tunc probo q ab instanti sue cōceptionis potuit aliquid mereri. ¶ Primo sic. Pro quocūq instanti ponitur voluntas viatoris pfecta nō impedita habēs caritatē pro illo potest aliquid mereri quia pro illo instāti potest habere actum aliquē volēdi sic acceptabilem deo vel acceptatum: sed talis ponitur voluntas Christi pro instanti sue cōceptionis vt patet ꝛm omnes: g potuit mereri. ¶ Secunda ratio: qz aliqua potentia nō possit in suam operationē in illo instanti in quo est primo. Hoc nō videtur nisi vel quia est imperfecta nō habēs omnia necessaria ad actionē vel quia impedita vel qz actio illa non potest esse in instanti: quia est successiua vel quia presupponit necessario aliam successiuam sicut generatio presupponit motum. Sed nullum currit in proposito de volūtate xp̄i ⁊ operatione meritoria vt patet discurrēdo Habuit em̄ xp̄s omnia necessaria ad merēdum: qz et facultatē naturalem ⁊ scientiam vel noticiā infusam ⁊ perfectam ⁊ facultatē super naturalē. Nec habuit impedimētum vt videtur. Nec etiam actus meritorius successiuus est sed totus simul nec presupponit aliquē successiuū necessario: g ⁊c. ¶ Tertia ratio. Pro quocūq instanti potest volūtaria vita inesse actus beatificus ⁊ actus meritorius vt videtur ⁊ coniunctim: qz non habēt formalē repugnātiam vt videtur. Sed actus beatificus potest inesse pro primo instanti: ergo ⁊ actus meritorius. Dico q non: quia voluntas elicit actum meritorū non autem actum beatificum sed deus. Similiter etiam actus beatificus simpliciter est ⁊ intuitiuus nō presupponēs deliberation ē sicut actus meritorius. Dico q nō video quare posita pfecta noticia de agibili vel eligibili seu diligibili in instanti conceptionis sicut est factum in xp̄o non possit voluntas elicere in instanti actū meritorium si sit voluntas vitare informata caritate. ¶ Quarto videtur hoc confirmari: qz sicut probatū est in. 2. Angelus

opi. doc.

Meritū quid.

Rationes doctoris

potuit peccare in instanti sue creationis quare ⁊c. Non enim repugnat voluntati habere actū coeuū sicut nec agenti naturali ꝛm Augustinū non repugnat. Unde ⁊. 6. de trinita. dicit q si ignis esset ab eterno splendor esset ab eterno. Potuit ergo mereri aliquid.

August.

¶ Et tunc dico expediendo me de secūdo articulo q pbabile est ⁊ rationabile q aliqd meruerit de facto ab instanti cōceptiōis sue. Quid sit autē illud inferius apparebit.

ad dicta i. opi. ¶ Ad primum opinionis cōtrarie dico q angelus potuit peccare in primo instāti sicut dixi in secūdo ⁊ actū peccati habuisset a seipso per propriā voluntatē. ¶ Ad Anselmum dico q ipse fingit ibi vnū angelus qui non habuisset voluntatē a sua creatione sed fuisset creatus sine voluntate et ille nō potuisset peccasse in instāti creationis sue: qz si peccasset non a se sed a deo peccasset vt patet: hoc autē non est ad propositū. ¶ Ad secūdus potest dici q alio actu ab actu beatifico potuit mereri. An aūt actu beatifico apparebit infra. Quādo dicis q non alio: qz nō fuit cōpossibilis actui beatifico aliquis alius eo q replebat capacitatem Christi. Dico q replebat eam intensiue: quia perfectiorem actum intēsiue habere non poterat sed non extēsiue: quia ad alium poterat se extēdere licet ille quietaret et beatificaret ipsum. Preterea. Si ratio concluderet pari ratione concluderet q nec in instanti conceptionis sue nec in alio potuisset xp̄s mereri aliquid sicut patet dēducēti rationes. ¶ Ad tertium dico q omne q̄d est quādo est necesse esse in sensu cōpositionis ⁊ necessitate conditionata non necessitate absoluta et cū tali necessitate stat cōtingētia simpliciter. Alioquin esset contingēs simpliciter q̄d falsum est. Nā necessarium et contingēs diuidunt ens in effectu. Dico q actus esset simpliciter ptingēs pro primo instanti sicut pro quolibet alio instāti. Quādo dicis q non: qz potētia nō fuisset prior actu. Dico q verum est duratione sed natura bene et sic prior q pro eodē instanti diuisim potuit elicere vel non elicere: ⁊ sic contingēter ⁊ libere fuisset vel fuit actus elicitus ab ea. Falsum est ergo imaginari q actus sit contingēs tantum ante q̄ eliciatur: qz tūc nō est contingēs sicut nec est ens sed quādo est ⁊ elicitur tūc est contingēs in actu ante vero solū in potētia.

¶ Ad quartū dico q in creaturis agere ꝛm naturē ordinē presupponit esse sed nō duratione sed natura. Tu dicis. Esse est duratio rei. Dico q hoc cōcesso nichil plus habes nisi q agere p̄supponit esse ⁊ durationē sed nō duratione sed natura. ¶ Ad quintum dico q meritū etiā in electione nō presupponit necessario deliberationē cū discursu ⁊ tēpore sed tm̄ per accidēs propter ignorātiam eligētis ⁊ modū intelligēdi suum sicut patet in nobis. Sed quando potest haberi ⁊ habēt aliter perfecta noticia eligibilis vel agibilis sicut ponitur fuisse ī xp̄o ab instāti conceptionis per infusionē. Dico q non requiritur talis deliberatio cū mora sed potest esse electio in instāti. Unde ⁊ perfecti artifices in arte sua non deliberant sicut patet. ¶ Ad sextum dico q voluntas creatur a deo existēs actu determinata si ponat mereri in instāti creationis si illā determinationē habet a seipsa. Ita bene sicut haberet in alio instāti ⁊ sic nō est simul determinata ⁊ indeterminata sicut tu dicis. Hec de primo articulo principali ⁊ etiam de secundo.

¶ Sed his non obstantibus videt mihi sicut de precedentibus articulis esse dicendum q̃ nulla fuit necessitas absolute loquēdo deum satisfacere pro peccato hominis etiam supposito q̃ non redimeretur homo nisi per viam satisfactionis. Sed pura creatura potuit satisfacere pro peccato absolute loquēdo. nec oportuit q̃ satisfaciens esset deus ¶ Hoc potest patere. Primo sic. Actus equalis bonitatis vel maioris q̃ sit alter actus malicie potest esse satisfactorius pro illo vt videtur. Sed aliquis homo potuit esse siue in puris naturalibus siue in gratia vel etiam in statu innocentie sicut potuit deus facere qui habuisset actum diligendi deum maioris bonitatis q̃ actus Ade fuerit malus vel q̃ fuerit malicia in ipso: quia potuisset habere maiorē vel equalem conatum voluntatis in diligēdo deum q̃ Adā in peccando: et consequenter etiam actus suus ad tot se potuit extendere in bonitate sicut ille in malicia. ergo ⁊c. Sic enim deus potuit ipsum acceptare pro multis sicut ⁊ actum malum ipsius Ade potuit ⁊ voluit iputare multis. ergo ⁊c. Nullū ēm inconueniēs est q̃ aliquis nō debitor possit pro alio satisfacere. ¶ Secūdo qr nō videtur inconueniens qñ Adam ipse potuerit penitere ⁊ intēsiori actu vl̄ eque intenso se ad deum cōuertere sicut auertit se ī peccando ⁊ sicut peccatum suū in alios redundauit ita ⁊ sua penitentia in alios redūdasset si deus voluisset eam sic acceptasse. ¶ Cōfirmatur qr potuit deus Ade conferre gratiam postq̃ peccauerat nō ex merito sicut etiā verbo ⁊ ita actus su⁹ fuisset meritorius ⁊ satisfactorius. Similiter etiam deus potuit absolute ꝗ̄ bum nō incarnari ⁊ tamē Adā predestinatus saluari ⁊ nō sine satisfactione de peccato quoquo⁹. ergo ⁊c. Similiter etiam meritū satisfactionis est causa extrinseca scdā salutis ipi⁹ satisfacientis vel etiam meritum xpi sed sine tali cā pōt deus īmediate quicquid mediāte illa. q̃ ⁊c. ¶ Tertio qr nō est ipossibile q̃ actum vnius angeli p̄ humano genere deus acceptasset p̄ satisfactiōe. Act⁹ enim ille potest esse simpliciter melior et nobilior q̃ actus hominis. quare ⁊c. ¶ Quarto qr nullum fuit impossibile deo q̃ hoīem purū fecisset nasci de virgine ⁊ sibi tantum gratiam cōtulisset sicut xpo ⁊ ita actus eius fuisset ita meritorius sicut act⁹ xpi ⁊ cōsequēter ita satisfactori⁹ vt videtur. quare ⁊c. ¶ Ultimo cōfirmatur hoc qr planū est q̃ act⁹ xpi satisfactorius nō fuit infinitus sed formaliter finitus ⁊ creatus nec meruit vel satisfecit pro nobis in quantū deus sed in q̃tū homo igitur videtur q̃ potuit satisfacere pur⁹ homo. Dico q̃ absolute loquēdo purus homo vel pura creatura potuit satisfacere pro genere humano: sed deo melius pro nobis p̄uidente ordinatum est vt nō satisfaceret pur⁹ homo sed deus ⁊ homo ex diuina caritate. quare ⁊c.

Opinio doctoris

¶ Ad primū Anselmi Dico q̃ nō oportuit reddere aliquid maius vel perfectius in bonitate omni creatura ad satisfaciendum pro peccato hoīs sed equalem vel maius in bonitate q̃ fuerit actus peccati in malicia. Qñ sicut delectatio vel deordinatio in peccato nō fuit infinita. Ita nec oportet reddi vel tradi aliqd infinitum ad satisfaciendum sicut etiam nec actus xpi satisfactorius fuit ad infinitū vel excedēs oēz creaturam. ¶ Ad secūdū dico q̃ maior nō est vera. Dato ēm q̃ homo debeat deo quicqd pōt reuerētie et honoris ex sua creatione sicut etiā xpus in q̃tū homo debeat deo tñ pōt satisfacere pro peccato vel ēt pura creatura mō supradicto qr deus illud idez qd est sibi aliunde debitū pōt in satisfactionē acceptare. Aliter dicitur q̃ licet totum hēat hō a deo non tamē obligatur a deo etiā ipi deo ō necessitate nisi in operibus decalogi ex mia diuina: ⁊ ideo de alijs posset homo satisfacere. Unde xpus ēm q̃ hō totū debebat deo. ¶ Ad tertiū dico q̃ maior nō ē vera licet ēm solus deus possit gram ⁊ gloriaz effectiue restituere nō tñ solus pōt satisfacere vel graz impetrare sicut p̄z. Sed homo vel ex condigno vel ex cōgruo. ¶ Ad quartum dico q̃ offensa vel pctm non est infinita vel infinitū. Non ēm negat rectitudinē infinitam sed finitam rectitudinem debitā sicut p̄z Tu dicis. Ille qui offenditur est infinitus ita dico q̃ ille qui diligitur est infinitus ⁊ tñ nō op̄z ꝓpter hoc q̃ dilectio vel amor creatus sit infinitus vt p̄z quare ⁊c. ¶ Ad quintū dico q̃ maior est vera. Et dico q̃ si pura creatura satisfecisset pro hoīe bono non fuisset obligatus sibi ad tantā reuerentiā sicut obligatus est deo sicut etiam nec tanta reuerentia debetur xpo in q̃tum homo vel rōne humanitatis seu actus satisfactorij q̃ta debetur ei rōne diuinitatis ⁊ in q̃tum deus. Illi ergo creature debuisset homo reuerentiam tanq̃ creature pro ipo satisfacienti ⁊ ideo p̄ncipaliter tanq̃ satisfactionem acceptanti ⁊ gram ⁊ gloriaz tribuētiideo cōcludere nō videtur. Si dicatur q̃ honor dei oblat⁹ per peccatum tantus est q̃ nō pōt recōpensari per hominez. Dico q̃ falsum est. Est enim aliquid creatū honor iste ⁊ debuit esse in honorante. Et dico q̃ pōt per act⁹ hoīs recompensari. Hec de tertio articulo.

Ad rōes Ansel. ⁊ aliorum.

¶ Quantum ad quartum articulum Dicit etiam Anselmus q̃ oportuit xpm mori ⁊ per mortem satisfacere pro peccato. Et hoc ꝓbat libro scdo Cur deus homo qr sicut homo victus fuit suauitate delectationis in peccādo. ita ēt reparari debuit satisfaciendo p̄ ipo asperitate dolorīs ⁊ asperitate tanta vt nihil asperius vel duri⁹ possit homo pati cuius nō sit ipe patiens debitor. Christū igitur qui nō erat debitor mortis sic oportuit satisfaciendo mori vt videtur. ¶ Preterea qr oportuit eum offerre aliquid qd preponderat omnibus peccatis pro quibus satisfecit. Hoc autem fuit vita sua que omnibus peccatis in bonitate preponderabat ⁊ ideo mors eius fuit p̄ctosissima ⁊ deo acceptissima. Q̃ autem vita sua p̄ponderaret in bonitate omnibus peccatis. Dicit Anselmus ibidem vbi approbat sententiā discipuli sui dicentis q̃ p̄ deberet homo eligere īfinitos mūdos nō esse ⁊ oīa peccata sua sup̄ se cadere q̃ xpm occidere. q̃re ⁊c. ¶ Tertia ratio potest addi: qr sicut mortuus erat homo per peccatum spiritualiter. Ita videtur q̃ p̄ mortem alicuius debuit satisfieri pro ipo. Nō aūt per mortem spiritualem quia illa peccatum est igitur per mortem corporalem.

An oportuit xpm mori. ⁊c. opi. Anselmi.

¶ Sed hijs non obstantibus. Dico q̃ nō fuit necessariū nec oportuit absolute q̃ xpus satisfaceret per mortem dato etiā q̃ per viam satisfactionis debuerit homo reparari ab ipso. Hoc patet qr quecūq̃ actum bonuz ⁊ exercitum ipius xpi deus potuit acceptare pro satisfactione. Puta orationem vel predicationem vel dilectionem vel fatigationem seu aliuz laborem quēcunq̃. Unde ⁊ ēm Anselmum alibi. Minima lesura corporis xpi preponderabat oīb⁹ peccatis. Qñ modica passione potuit satisfacere pro nobis.

opi. doc.

¶ Secūdo etiam patet hoc qr ad actum satisfactorium quantum est ex parte sua sufficit q̃ sit tāte bonitatis vel maioris quante est malicie est actus culpabilis. Sed planum est q̃ multos alios actus q̃ actum sustinēdi vel acceptādi mortem potuit xps habere equalis vel maioris bonitatis q̃ act⁹ Ade fuerit malus. ergo ⁊c. ¶ Tertio qr ad actum satisfactorium pro peccato auersiuo a deo sufficit act⁹ conuersiuus ad deum diligendo deū super omnia ⁊ omnia peccata detestādo ꝓpter ipm. Ita q̃ de⁹ pōt talem actum acceptare pro satisfactione. Sed tūc p̄z q̃ nō oportuit xpm mori. quare ⁊c. ¶ Dico igit q̃ absolute loquēdo nō oportuit. sed bene oportuit xpm mori ⁊ sic satisfacere stante ordinatione diuīa

circa ipm ⁊ de ipo. Voluit enim deus ipm sic satisfacere vt esset copiosa apud eum redemptio nō solum sufficiens sed plena ⁊ copiosa ⁊ habundās ꝛm plenitudinem diuine caritatis quam nobis ostēdit xpus in hoc facto vt nos ad caritatem traheret ne pro ipo etiam mori timeremus. ¶ Addit aūt vnꝰ q redemptio nostra nō fuit pcisa ⁊ totalis rō mortis xpi. Ita q xpus nō solum mortuꝰ est pro nobis redimēdis/ sed etiā pro iusticia defendenda ⁊ zelo iusticie diuine legis. Unde ⁊ increpādo iudeos de malicia ⁊ cecitate ⁊ duricia cordis eorum: qꝛ male obseruabant legem dei ⁊ male intelligebant predicando eis docendo eos disputādo cum eis concitauit aduersum se principes iudeorum ⁊ etiam phariseos qui postea mortem suam procurauerunt sicut patet ex decursu euangelij manifeste: zelo ergo iuste legis diuine mori voluit ⁊ nihilominus passionem suam vel mortem ⁊ etiam vitam deo pro nobis obtulit ⁊ sic nos reparauit.

Ad rōes Anselmi ¶ Ad primum de Anselmo Dico q nō oportuit satisfacere per viam asperitatis sed alia via fuit possibilis. Et dato q per viam asperitatis nō tamē tāte quāta fuit asperitas mortis qꝛ nec delectatio fuit tanta ī peccato ⁊ dato q tanta fuisset adhuc nō oportuit tantam esse asperitatem sed minorem quācunq; deꝰ potuisset acceptasse pro satisfactione. ¶ Ad secm dico q nō solum vita xpi ⁊ mors ppōderabat omnibus peccatis sed etiam quilibet actus suus bonus moraliter potuit preponderare vel pcipue actꝰ diligendi deum super omnia quare non oportuit ipꝯ mori. ¶ Ad tertium dicēdum q nō oportuit hominem morte corporali redimi vel reparari licet esset spiritualiter mortuus sed aliquo bono actu vitali a deo acceptato in satisfactionem redimi potuit/ et pro ipo satisfiri vel etiam aliqua modica passione seu etiam lesione. Hec de quarto articulo.

Ad rōes pncipa. ¶ Ad primū principale argumentum. Dico q nec angelum nec hominem absolute loquendo necessarium fuit reparari. Tamē dico vltra q nō est pbabile dicere speciem humanaꝫ reparari /et aliquam speciem angelicam totaliter damnari. Et ideo dico vltra q nō ē pbabile dictū eorum qui non ponūt nisi vnicū indiuiduū speciei anglice. quia tunc multe species angelorum totaliter damnarentur. Dico tamē q aliqua congruitas habetur de reparatione hominis que nō habet de angelis ⁊ tenetur q homo fuit reparatus non autē angelus licet absolute loquēdo ita potuerit vnꝰ sicut alius reparari. ¶ Ad secūduꝫ dico bene q per quemlibet actum xpi exercitum saltem moraliter bonum potuit genus humanum reparari ⁊ ideo nō fuit necessarium absolute per passionem. Sed quādo dicis q melius potuisset hoc fieri q̄ per passionem qꝛ actus est laudabilior passione ⁊ passionibꝰ non meremur. Dico q passio xpi habuit annexum actum perfectissime caritatis quo xpus suā passionem acceptabat ex caritate dei in redemptionē generis humani qꝛ maiorem caritatem nemo habꝫ vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Et non solum fuit ibi passio qꝛ solis passionibus non meremur ⁊ actus laudabilior est sola passione. Aliter dicitur q phūs loquitur in secūdo ethicorū de passionibus naturalibus cuiusmodi sunt rubedo vel alia quid tale non autem de passionibus volūtarijs vel voluntarie assumptis sicut fuit passio xpi. ¶ Ad tertium dico q cōcludit q non fuit absolute necessariū xpm mori sed modica lesior vna gutta sanguinis sufficisset ad redemptionem humani generis. Non tamen fuisset hoc magis congruum q̄ p mortem propter rationes supradictas. Hec oportet q quāto pena satisfactoria est minor dum tm sit sufficiens q sit pueniencior. Potest eīm accipi sua maioritas aliunde vel alijs de causis q̄ ex necessitate satisfaciendi. ¶ Ad illud etiam oppositum de Anselmo dr q salua ipsius reuerētia nō apparet necessitas dicti sui. Vel qui vult eū sustinere dicat q intentio Anselmi ⁊ totꝰ processus suus ꝛm quattuor articulos predictos in questione non cōcludit nisi necessitatem cōditionatam ⁊ pñe supposita scilicet diuina ordinatione qua sic deus ordinauit hominē redimi per mortem vnigenti filij sui ⁊ non aliter. Videtur tamē michi sine preiudicio q intētio Anselmi ⁊ verba sua sapiant necessitatem absolutam presupposito homine vel humana natura in vniuersitate rerum. Alioquin enim deus faceret vel cōseruaret aliquid frustra sicut dicit. Hoc autem est impossibile simpliciter sez deum facere vel conseruare aliquid frustra: qꝛ deus frustrari nō potest sicut patet. ideo ⁊c.

¶ Distinctionis. xxj.
Questio vnica.

Circa distinctiōez vigesimā primā quero Utrū corpus xpi fuerit idez nūero mortuū qd̄ ante fuerat viuum ¶ Videtur q non. Illud nō est idem numero quod nō habet idem esse substantiale qd̄ prius. Sed corpus mortuum non habet idem esse substātiale primuꝫ quod prius habuit viuum q̄ viuere viuētibus est esse secūdo de anima. Modo planū est q non habet idem viuere mortuum qd̄ prius habuit viuum. ergo ⁊c. ¶ Secūdo sic. Si corpus xpi fuit idem nūero viuū/ ⁊ mortuum hoc fuit per aliquam formam substātialem manentē in ipo mortuo que prius etiam fuerat in corpore viuo. Sed hoc est impossibile quia tunc sequitur q in xpo homine dum viueret fuissent plures forme substātiales ⁊ sic corruptio substātialis nō esset resolutio vsq; ad materiam primā quod est falsum. ergo ⁊c. ¶ Tertio sic. Si corpus xpi fuisset nūero mortuū sicut viuū non potuisset putrefieri nō accelerata resurrectiōe existens mortuum sicut nec viuū potest putrefieri. Sꝫ hoc est falsum qꝛ sicut xpus assumpsit assumptiōes corporis viui ita ⁊ mortui vt videtur. quare ⁊c.

2. de aia.

¶ Quarto sic. qꝛ si fuisset idem corpus mortuum ⁊ viuum eadez vnione vniebatur ad verbum mortuū existens ⁊ viuū vt videtur. Sed hoc est falsuꝫ quia uiuum non vniebatur nisi vnione totꝰ nature que corrupta fuit in morte ad corruptionē nature g ⁊c.

Psalmi. ¶ Contra In psal. Non dabis sanctū tuū videre corruptionē. Super illo dicit sic glosa. Caro mea requiescit in spe resurrectionis igitur caro ⁊ corpꝰ quod requieuit mortuū in sepulchro fuit caro xpi vera ⁊ corpus xpi veruꝫ ꝛm etiam qd̄ dicit totum euangelium. ergo fuit idē

corpus sicut corpus Christi viuum. Idez ergo corpus mortuum ⁊ viuum.

¶ In ista questione sic eēt p/cedendum. ¶ Primo eēt ostendendū quid est illd quo formaliter aliquid est indiuiduum ⁊ hoc ⁊ vnū numero. ¶ Secūdo eēt inquirendum an corpꝰ xpi fuerit idem numero viuū ⁊ mortuum ⁊ nō accipio vnum numero pro vnitate suppositi qꝛ sic que sunt in xpo sunt vnum numero/ ⁊ aīa etiā separata ī triduo a corpore ⁊ corpus ipm erant vnū numero cuꝫ verbo. ¶ Ex quo patet q responsio aliquorum de ista questione dicētium q corpus fuit idē numero viuū ⁊ mortuū qꝛ idem supposito nulla est nec ē ad ppositum qꝛ de hoc nō queritur. Sed intelligo per vnum numero vel idē loquēdo de vnitate numerali ⁊ indiuiduali qua aliqd est hoc indiuidualiter in se indiuisum nūeraliter ⁊ ab alio diuisum ⁊ singulare. ¶ Tertio esset inquirēdum An supposito q sic corpus xpi esset idem numero mortuum ⁊ viuuꝫ Utrū fuisset putrefactum si resurrectio non fuisset accelerata Vel an fuisset sine omni nouo miraculo preseruatum. ¶ Ultimo ad rationes. Sed quia primus articulus sufficienter habetur in secūdo distinctione. 12. in illa questiōe prolixa. Utrum materia sit principium indiuiduationis. ideo nhil modo.

Quid p vnū nūero ītelli.

¶ De secundo etiā articulo qꝛ sufficienter pꝛ ex hijs que dicta sunt in secō. distinctiōe. 17. in illa qōne. Utrum in homine sit aliqua forma substātialis alia ab aīa intellectiua. Ideo hoc dimitto. Nisi q adduco aliquas auctoritates pbantes q corpus xpi fuit dem numero viuū ⁊ mortuum quas ibi non adduxi accipiendo idem numero eodē modo quo ego dixi supra/ ⁊ per cōsequēs q in ipso remansit vera forma substātialis corporis vel carnis eadem que prius in corpore viuo. ¶ Prima ē auctoritas xpi Jo. xx. Ubi volens pbare veritatem resurrectiōis ipi Thome qui dixerat. Nisi videro ī manibus eiꝰ fixuram clauorum ⁊ mittam digitum meum in locum clauorum ⁊ mittam manum meam in latus eiꝰ non credam. Dixit christus ipi Thome. Adfer manum tuam in latus meum ⁊ noli esse incredulus sed fidelis. Quero ergo de illo vulnere lateri. An fuit idem vulnus quod fuit ibi inflictum cum in cruce iam eēt mortuus sicut dicitur Jo. xix. Aut nō fuit illud vulnus. Si fuit idem vulnꝰ nūero. ergo ⁊ idē corpus vulneratum ⁊ ita corpus xpi viuum ⁊ mortuum idem est. Si non fuit idem vulnus sed aliud numero simile. Tūc pbatio xpi fuit sophistica nec certificauit Thomam de eo quod querebat: sꝫ fuit Thomas deceptus qꝛ querebat ⁊ volebat mittere manum suam in latus ⁊ vulnꝰ laterale quod fuerat inflictum corpori xpi iam mortui in cruce. Et similiter potest argui de alijs vulneribus inflictis xpo in vita: licet nō ita manifeste. Et patet hoc per Augustinum ad deo grās. vbi dicit sic. False ille cicatrices fuissent si nulla vulnera precessissent ⁊ tamē nec ipe essent si eas eē noluisset. Voluit autem certe dispensationis cura vel gratia vt eis quos edificabat in fide non ficta non ad illud pro alio sed hoc quod infixum viderant resurrexisse modo scirent.

Vide. 2. dist. 12. ⁊ 17.

August.

¶ Secūda auctoritas est Augustini super Johānem. Claui enim manꝰ fixerant/ lanceā latꝰ aperuerat xpi/ ⁊ ad dubitantiuꝫ corda sananda sunt vulnera seruata vestigia. quare ⁊c. ¶ Tertia auctoritas principalis est Augustini ad felicianum. Illaꝫ carnem in sepulchro nō deseruit quam in vtero virginis assumpsit. ergo eadem caro idem corpus fuit viuum ⁊ in vtero virginis assumptū ⁊ in sepulchro conditum ⁊ mortuuꝫ. ¶ Quarta est Augustini de fide ad petrum. De matre idem homo factus. ⁊c. ¶ Quinta est eiusdem in sermone quodā de ascensione qui incipit. Dia charissimi. ⁊c. Dicit sic. Super excelsa. ergo celi terrenum corpus imponitur ossa inter sepulchri angustias pauloante conclusa angelorum cetibus inferuntur in gremio īmortalitatis mortalis natura transfunditur. ¶ Nota hic auctoritatem eiusdez August. super illud ps. Deꝰ deorum dominus loquutꝰ est vbi dicit sic. Discipuli primo non crediderunt donec tangerent atq; palparent si caro resurrexerat qꝛ caro mortua erat. Diuinitas que mori non poterat adhuc in carne resurgentis latebat. Ostendebat tamē dominus eandez formam eandemq; carnem quam in cruce viderant que in sepultura posita erat vt quos crucifixus fecerat titubantes resurgens fecerat fortes. Ecce per Augustinum q eadez caro crucifixa fuit ⁊ sepulta ⁊ resurrexit/ ⁊ per pñs fuit eadem caro viua ⁊ mortua ⁊ idem corpꝰ vt videtur. ¶ Sexta est Ambrosij de cōsecratione distinctiōe scda. preter illas que adducte sunt in questione de pluralitate formarum Ubi dicit sic. Liquet q preter nature ordinem virgo generauit ⁊ hoc quod conficimus corpus est ex virgine. quid ergo queris nature ordinē in xpi corpore cum pater naturam sit ipe partus ex virgine. Nam vera vtiq; xpi caro est que crucifixa est ⁊ que sepulta ē. ¶ Septima est Hieronimi super Jonā. Tu subleuaberis de corruptiōe Dicit ibi. Dicimꝰ inquit idem corpus ⁊ eandem carnē resurregere q̄ sepulta est ⁊ in humo condita mutare gloriam non naturam. ¶ Octaua est Gregorij ī Omelia super illud Jo. Maria stabat. ⁊c. Dicit sic. De rente in via dns bibit qꝛ mortē in trāsitu gustauit/ atq; ī exaltauit caput: quia hoc qd̄ morīēdo in sepulchro posuit surgendo super angelos eleuauit. ¶ Nona est Damasceni libro tektio. ca. 3. Ipsa est caro que passa ē ⁊ resurrexit. Et. 4. libro dicit q resurrectio domini incorrupti corporis ⁊ aīe vnio erat. ¶ Decima est Leonis pape in sermone de ascensione qui incipit. Post btām. ⁊c. Ubi dicit sic. Ad sanandā infidelium cordium/ vulnera clauorū/ ⁊ lancee erāt seruata vestigia vt nedū dubia fide: sed cōstantissima scientia teneretur eandem naturā in dei patris cōfessurā throno que iacuerat in sepulchro. Et nota q dicit eandem naturam non idem suppositum nec eandem materiam.

August.

Idem.

Idem.

Damas.

Leo pa.

¶ Sic igitur dico omnino ꝛm pmissas auctoritates q idez corpꝰ singulariter ⁊ naturaliter fuit ipius xpi viuū ⁊ mortuum. Nec valet qd̄ dicitur ab alijs q verum ēvnū supposito: cōtra hoc eīm argutū est in prefata qōne Nec qd̄ alij dicunt q verū est pro tanto qꝛ vna materia cum affectione quadam derelicta in materia ex quātitate vel cū quātitate. Nec quod addunt q aduenit noua forma in eadē materia ⁊ materia manet assumpta nec dicitur verbū aliqd de nouo assumere. ¶ Cōtra oia enim ibi est argutum ⁊ omnia vnico verbo possunt infringi qꝛ per aliquod predictorum nō potest saluari eadem caro sicut patet qd̄

Resolu.

tamen sancti omnes nituntur saluare. Non enim vnio ad verbum dat esse carnem nec per ꝓnis eandez carnem. Nec materia cum quãtitate est caro. Nec materia cũ alia forma cadaueris est caro ita caro xpi non quieuisset in sepulchro sed materia xpi vel quãtitas qd est nullum dictum ⁊ cõtra sanctos ⁊ scripturam ⁊ euangelium. ¶ Secũdo dico q̃ non solus corpus xpi fuit idẽ viuum ⁊ mortuum sed etiam in alijs idem manet corpus mortuũ qd ante viuũ fuerat sicut apparentia ꝓbare possunt. Verum est tamen q̃ corpus aliorum statim tendit ad corruptionem ⁊ incinerationem per desiccationem ⁊ exhalationẽ humidi cõtinẽtis partes a calido statim post separationem aie quod tñ nõ fuit factum in xpo ex miraculo speciali vt dicetur infra. ¶ Ex hijs concludo q̃ qz nõ est caro nisi per aliquam formam substantialem qz caro dicit substãtiam compositam et mixtam q̃ necessario in corpore mortuo manet illa forma substantialis carnis que prius fuit in viuo sicut manet idez corpus ⁊ eadem caro. Sicut enim impossibile est manere idem specie cum aliquo habente formam nisi maneat eadez forma specie. Ita impossibile est manere idẽ numero nisi maneat eadem forma substãtialis numero igitur manet ĩ corpore hominis mortui eadez forma substãtialis carnis que prius p̃ quam est corpus ⁊ caro quouscqz tãdem corpus ipm̃ corrũpatur ⁊ putrefiat ⁊ aliud ex ipo generetur. ¶ Sic igitur dico q̃ xps fuit idem nũero viuũ ⁊ mortuũ. Hec de secũdo articulo.

¶ Quantum ad tertium articulum tenetur cõmuniter q̃ licet corpus xpi esset putrefactibile ⁊ incinerabile sicut corpora aliorum hominum nõdum gloriosa ⁊ sicut etiã in vita erat Passibile tamen de facto non fuisset putrefactum nec incineratum etiam si resurrectio nõ fuisset accelerata. Hoc enim non decuisset qz ad nichil valuisset nec ad opus nostre redemptionis nec ad aliqd aliũ sed indignum fuisset vt ita nobile corpus vnitum verbo putrefieret. De facto autem planus est q̃ nõ fuit putrefactus Iuxta illud dictũ ps. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem :qd exponens Augustinus dicit. Non dabis sanctum tuũ. id est corpus meum a te sanctificatum videre corruptionem. id est putrefactionem vel incinerationem. Psalmi.

¶ Etiam dico q̃ nec corpus illud tenebat in corruptionem marcescẽdo ⁊ deficiendo paulatiue ꝑm dispositiones ad corruptionem vel incinerationez sicut corpora aliorum tendunt statim aia separata ad corruptionem: sed de virtute ⁊ modo vel miraculo qualiter hoc fiebat est dubitatio.

¶ Et dicunt aliqui q̃ hoc fuit virtute nature scilicet q̃ corpus xpi sic fuit p̃seruatum ⁊ hoc vel qz resurrectio sic fuit accelerata ⁊ corpus non putrefit vel corrumpitur ita cito sicut in tribus diebus: sed habet certam peryodũ vltra triduum in qua ĩcipit putrefieri. Vel qz circa corpus xpi fuerũt apposita remedia p̃seruantia a corruptione mirra scz ⁊ aloe in copia ⁊ sic preseruauerunt corpus a putrefactione sine aliquo miraculo vsqz ad resurrectionem q̃ fuit accelerata. Sed si resurrectio nõ fuisset accelerata sed multum tardata dicũt q̃ corpus xpi fuisset preseruatum p̃ miraculum. Sed non per miraculũ nouum sed miraculum antiquum qz eodem miraculo quo corpus fuit primo vnitum verbo eodem fuisset a putrefactione p̃seruatum etiam si resurrectio nõ fuisset accelerata nec sunt ponenda miracula plura sine necessitate vt videtur. opi. quorundam.

¶ Pro primo dicto eorum scilicet q̃ resurrectione accelerata corp̃ xpi fuit preseruatum per naturam. Videtur eẽ Augustinus de presentia dei. Vbi dicit q̃ xps ita cito resurrexit q̃ corpus eius putrefieri nõ potuit. ¶ Videtur etiam ratio pro eis qz quando aliquid potest fieri per naturam nõ est recurrendum pot̃ fieri per naturam non est recurredum ad miraculum. Potuit autem fieri per naturã q̃ corpus xpi in triduo non putrefieret. Tum ꝓpter frigiditatem loci lapidei in quo fuit positum ⁊ aliqua citius putrescũt in locis calidis q̃ in frigidis ꝑm Augustinum tertio de trinitate. Et patet hoc ad sensum. Tum propter breuitatem temporis. Tum ꝓpter remedia apposita. Tum ꝓpter siccitatem corporis qz in corpore xpi pauci remanserant humores qz xpus maximam copiam sanguinis emiserat quare ⁊c. ¶ Sed quia diu fuisset preseruatus si resurrectio nõ fuisset accelerata hoc fuisset per miraculum qz ad diutinã conseruationem vltra peryodũ determinatã nõ valent remedia naturalia. Hec per hoc natura qz nõ potest perpetuo ꝓseruare aliquid corruptibile sicut patet. Oportet ergo recurrere ad miraculum sz nõ ad nouum miraculum sicut dictus est supra ꝑm eos ⁊ nulla est necessitas. Nam verbum assumpsit sibi corpus humanum indissolubiliter secundum Damascenum libro tertio capitulo tertio. August. Damas.

¶ Contra istã positionem sunt aliqua dubia. Primo ꝯtũ ad hoc q̃ dicunt q̃ corpus xpi fuit p̃seruatus p̃ naturam qz nõ videtur hoc consonare scripture. Non dabis sanctum tuũ videre corruptionem. Videtur enim q̃ miraculose fuerit hoc factum multoforti q̃ de corpore beate virginis ⁊ Johãnis euangeliste de quibus creditur q̃ corpora eorus non fuerũt putrefacta sed resurrectio eorũ accelerata. ¶ Secundo etiam contra illud q̃ corpus habet certam peryodum quãdo incipit putrefieri. Dico q̃ corp̃ humanũ sicut patet per experientiam statim aia separata incipit marcescere ⁊ disponi ad corruptionem ⁊ hoc naturaliter. Unde ⁊ statim fetere ĩcipit nec potest totaliter ab aliquo remedio ab hoc p̃seruari. Unde licet mirra illa ⁊ aloe aliquid fecissent ⁊ aliqualiter preseruassent ⁊ locus frigid̃ ⁊ alia que adducũtur ab alijs nunq̃ tũ totaliter p̃seruassent. Ꝑcedẽ. põnem.

¶ Videtur ergo mihi q̃ xpi corp̃ fuit miraculose preseruatum a tendentia ⁊ dispositione ad corruptionem. Mens doctoris

¶ Ad Augustinus dico q̃ ita cito surrexit q̃ corrumpi vel putrefieri non potuit. Verum est q̃tum corruptionis ipsius corporis qz nõ ita cito simpliciter corrumpitur ipm̃ corp̃ ⁊ aliũ generatur ex ipo sed bene quantum ad dispositionem ⁊ tendentiã in corruptionem potuisset non obstãte acceleratione resurrectionis nisi preseruatum fuisset miraculose Et dico q̃ non miraculose fuerit hoc factum sicut ostẽdetur statim in alio mẽbro. ¶ Quantũ ad aliũ quod dicunt q̃ si resurrectio fuisset tardata corpus xpi fuisset preseruatum a corruptione nõ nouo miraculo: sed antiquo. Non videtur mihi hoc verum quõ corpus xpi fuit preseruatum.

¶ Videtur enim mihi q̃ corpus xpi de facto fuit preseruatus ab illa tendẽtia ⁊ dispositione ad corruptionem vel incinerationem ⁊ si resurrectio non fuisset accelerata adhuc fuisset nouo miraculo preseruatũ a corruptiõe ipa. ¶ Hoc probo primo sic Passiuum naturaliter dispositum ⁊ approximatũ actiuo naturaliter nõ impedito per causam supnaturalem vel aliam naturaliter si nõ patitur. Hoc ẽ miraculosum qz per causam supernaturalem impeditur. Patuit de tribus pueris in camino babilonis ⁊ igne. Sed corpus Christi mortuum cum non esset gloriosum ⁊ esset mixtum ex contrarijs erat passiuum dispositum sufficienter approximatum actiuo naturalibus corruptiuis siue ab extrinseco siue ab intrinseco igitur q̃ non corrumperetur vel ad corruptionem non disponeretur miraculum debet dici. ¶ Dices q̃ verum est miraculosum fuit sed non fuit nouum miraculum sed eodem miraculo quo corpus vniebatur verbo sicut p̃seruabatur. Contra. Probo q̃ nouo miraculo verbũ assumẽs corpus nõ impedit quin agẽtia extrinseca violẽter agerent in corpus viuũ nõ obstante vnione ipi ad verbum sicut nõ impediuit quin clauus penetraret manum vel extraheret sanguinez ⁊ si impediuisset fuisset miraculum stãte passibilitate corporis sicut patet sicut etiam si impediuisset q̃ non esurisset vel sitisset. ergo similiter in ꝓposito si ꝓhibuisset corp̃ mortuũ corrũpi vel ad corruptonẽ disponi. ¶ Secundo sic. Sicut in generatione est ꝓcessus naturalis qui si impediretur positis omnibus suis naturalibus esset miraculum. Ita in resolutiõe est processus naturalis a perfecto ad ĩperfectum ⁊ continũ̃ processus vsqz ad vltimatã resolutionem qui si impediretur omnibus tamẽ suis causis naturalib̃ positis miraculose impediretur vt si verbum prio assumpsisset sanguinem ⁊ ꝓcessisset ꝑm processum generationis naturalis sicut alij positis omnib̃ causis naturalibus illĩ processus si aliquando stetisset ante vltimatam generationem nouum miraculum fuisset. Sic etiam pot̃ dici de processu augmẽtationis cum ergo ita fuerit in processu ad corruptionẽ vel incinerationem corporis q̃ positis omnib̃ causis nanturalibus impeditus fuit vt nec corpus xpi corrumperetur nec ad corruptionem vel incinerationem disponeret. Videtur q̃ nouo miraculo fuerit factũ istud. ¶ Tertio sic ⁊ est quasi tactum ĩ corpore xpi viuo nõ obstante vnione ad verbum fuit augmentatio ⁊ fluxus partium ⁊ refluxus ⁊ si fuisset ꝓhibitus hoc fuisset nouo miraculo. ergo similiter in ꝓposito vt videtur. ¶ Dico q̃ licet eodem miraculo fieri potuit forte q̃ corpus xpi fuisset vnitum verbo ⁊ gloriosum effectus ⁊ per cõsequẽs impassibile ⁊ incorruptibile tamẽ qz de facto videm̃ q̃ corpus xpi viuum nõ obstãte q̃ fuerit vnitũ verbo fuit tamen passibile ⁊ corruptibile non gloriosum ⁊ multoforitius mortuũ existẽs cum nõ eẽt cõiunctum aie gloriose non esset gloriosum sine vllo miraculo. Potest argui q̃ sicut fuisset nouum miraculus preseruãdo corpus xpi viuũ a passione ⁊ lesione. Ita fuit nouum miraculum preseruãdo ipm̃ a dispositione ⁊ tendentia ad corruptionẽ ⁊ fuisset etiam nouum miraculum preseruando ipm̃ a corruptione ⁊ incineratione si resurrectio nõ fuisset accelerata. quare ⁊c. Ex hoc apparet necessitas ponendi nouum miraculum vt videtur. ¶ Ad illud vero quod adducũt de Damas. Dico q̃ nõ est pro eis. Nam pro tanto dicit q̃ verbum assumpsit corpus indissolubiliter qz nunq̃ corpus fuit a verbo separatum non qz nõ obstãte q̃ non potuerit corrumpi vel disponi ad corruptionem vel qz eodem miraculo fuerit verbo vnitum ⁊ a corruptione p̃seruatus. Epilogatio huius arti.

¶ Vel aliter ⁊ melius q̃ Damas. dicit ibi loquẽs de natura humana q̃ verbum assumpsit eam mirabiliter ⁊ inalterabiliter ⁊ nõ potuit ibi indissolubiliter ⁊ pro tanto dicit hoc qz neutra potuit verti in aliam nec ambe in tertiam. Non aũt dicit indissolubiliter q̃ natura hũana nõ potuerit dissolui. Tunc enim nunq̃ xpus potuisset mori nec fuisset mortũ

¶ Hec de tertio articulo In quo patet q̃ si resurrectio xpi nõ fuisset accelerata vel ipe fuisset senio vel etiam violẽter sicut mortũ est corpus suũ fuisset p̃seruatum a corruptione ⁊ nouo miraculo alio a miraculo vnionis voluntate diuina circa nouum obiectum volitum nec volitũ ꝓsequẽter ad vnionẽ vel ratione vnionis. Puta circa suspensionẽ actionum causarum naturalium ne agerent vel egissent ad corruptionem corporis. Et similiter dico de facto ne agerẽt ad dispositionem corporis xpi ad corruptionem in illo triduo.

¶ Ad primũ principale dico q̃ corpus xpi mortuum habuit pmum eẽ substatiale corporis ⁊ carnis ⁊ illud idem quod habuit viuũ sed non fuit vita informatum ⁊ ita non habuit esse viuũ. Hec etiam tale esse ꝓuenit corpori xpi intrinsece inq̃tum corpus siue sit viuũ siue non: sed tantum pertinet ad ipm̃ inquãtum vnitũ anime ⁊ viuũ Ad argumẽta ꝑncipalia.

¶ Ad secundũ dico q̃ in secũdo viuo fuerũt ⁊ sunt plures forme substãtiales: ⁊ ita oportet ponere nõ solum ad saluandum fidem xpi sed etiam aliud ad saluandum apparentiam ⁊ nõ solum in xpo sz etiã in alijs hominibus pari ratione sicut dictũ ẽ in secundo. Et dico q̃ vna illarum remansit ⁊ remanet naturaliter in corpore mortuo. Hec pria corruptio hominis est resolutio vsqz ad materiam primam sicut dictum est in secũdo: licet bene ita sit de generatione ꝓuersiua electorum. Et hoc patet per Damascenum in logica sua vbi dicit sic. Unaquecqz hominũ ꝓpostasis ex duabus ꝓstituta est naturis/ex aia dico ⁊ corpore ⁊ incõfusas has in seipa conseruat testis est que ex morte facta est diuisio. igitur scõm Damas. Facta diuisione anime ⁊ corporis p̃ mortem manet eadem natura corporis que prius erat in supposito viuente etiam in quolibet homine nec est statim resolutio ad materiam primã. Hec potes dicere q̃ verus est qz manet eadem materia qz pari ratione q̃tum ad hoc quodlibet aliud eẽt compositum ex duabus naturis qz manet eadem materia ĩ generato ⁊ corrupto. Damas.

¶ Similiter etiam q̃tum ad generationem q̃ habeatur vltima hominis forma cum alia precedente sine corruptione illius. Ita q̃ stent simul due forme. Patet per actorem illum in ecclesiasticis dogmatibus. vbi dicit sic. Et aliqui imponunt libzum illum Bẽnadio/ alij Augustino Dicimus inquit corpus tantũ per ꝓiugij copulam seminari creationem vero anime solum creatorem nosce corpus vero coagulari in vulua ⁊ cõpingi ac formari atqz formato iam corpore aiam creari ⁊ infundi vt viuat in vtero homo ex ipa constans ⁊ corpore ⁊ egrediatur viuus ex vtero plenus humana substantia. Bẽnadis vl Aug.

¶ Ad tertium dico q̃ licet corpus idẽ fuerit Christi viuum ⁊ mortuum ⁊ etiam aliorum

hominum: tamē mortuū potest putrefieri non aūt manens viuum. Vita enim vel aīa corpus cōtinet ꝗdiu manet ne dissoluatur vel putrefiat. Nō sicut autem est corpus dispositum vel contentum ab aīa quādo est mortuum sicut patet. vel si aīa nō cōtinet corpus tamen nō compatitur secum corruptionez.

¶ Ad quartum Dicit vnus q̄ corpus xp̄i mortuū remānsit vnitus verbo eadem vniōe qua prius vniebatur viuū. Dicit enim q̄ illa vnio totalis totiʳ natūre ad verbum ad separationem aīe ⁊ corporis p̄ mortem xp̄i fuit diuisa in duas vniones partiales: quarum vna anima vniebatur ⁊ corpʳ alia. Et iste due partiales ꝓpus erant vna vnio numero quando tota natura erat vnita ⁊ ipsa tota natura tota vniōe vniebatur ⁊ pars parte coniuncta tamen alteri ⁊ cōstituente vnam totalem vnionem cū alia. Sed quādo partes fuerunt separate tūc quelibet pars. Puta corpus ⁊ aīa sua partiali vnione vniebatur diuisa ab alia in actu. Ponitur exemplū Totum albū est simile alteri toti albo tota albedine sua fundamentaliter ⁊ tota similitudine formaliter. Si autē diuidatur totum albus diuiditur albedo ⁊ similitudo cōsequēter. ita q̄ pars albi refertur parte albedinis ⁊ eadem albedine qua prius ⁊ parte similitudinis ⁊ eadem parte qua prius nisi q̄ modo ē diuisa ab alia parte que prius erat coniuncta. ¶ Ista responsio nihil valet primo qz supponit q̄ vnio fundata īmediate super totam naturam ⁊ illa que fundatur super corpus ⁊ alia etiam sup animam ad ipsz verbum sint eiusdem rationis. ita q̄ prima constituatur ex duabus alijs sicut totum quoddaz homo geneuz qz partibus eiusdem ratiōis: ⁊ patet in exēplo eorum de albo siue alteri albo: eiusdem enim rōnis est tota similitudo totius albi cū partiali similitudine partis ipsius albi. Sicut eiusdem rationis est tota albedo ⁊ pars albedinis. Hoc autē falsum est ⁊ impossibile in ꝓposito. Nam tota natura hūana super quam imediate fundatur prima vnio ē entitas alteriʳ rationis ab entitate corporis vel anie super que īmediate fundantur alie due ⁊ per consequens oportet relationes vel vniōes tales necessario esse alterius rōnis ⁊ speciei sicut ⁊ fundamenta immediata ⁊ prima ipārum. ⁊ per ꝓns etiā simpliciter est impossibile q̄ vnc̄ concurrant ad constitutionem alicuius per se vnius. Puta illius vnionis totalis. Preterea ex hac positiōe sequitur q̄ eque primo sint partes vnite sicut totum. ¶ Dico ergo aliter ad argumētum. Qz dato q̄ corpus fuerit iō viuum ⁊ mortuum nō tamen q̄ eadem vnione vniebatur verbo viuum ⁊ mortuum sicut potest dici secundum vnum modū vnū qz existēs vniebatur verbo vnione illa qua tota natura primo vniebatur et secūdario corpus ⁊ aīa qz partes in actu totius natūre. Sed illa vnio fuit corrupta in morte sicut ⁊ natura tota. Et tunc dico q̄ in eodem instanti fuit cāta a deo in corpore vna vnio noua ⁊ alterius rationis a prima ⁊ similiter in aīa vna alia quibus corpʳ ⁊ anima fuerunt vnita verbo in triduo. Hec ex hoc sequitur q̄ de nouo assumpserit corpus ⁊ animam quia prius assumpserat ista alia tamen assumptione vel vnione. ¶ Aliter diceretur q̄ corpus mortuum mansit vnitum eadem vnione qua prius quia cum vnione totius nature erat in corpore viuente ꝓpria vnio p̄ter illam vnionem totius nature et illa remansit in corpore mortuo. Sed non video necessitatem ponendi in corpore viuo aliam vnionem ab vnione totius nature. Et ideo teneo me cū precedenti solutione.

¶ Distinctionis. xxij.
Questio Vnica.

Circa distinctiōez vigesimā secūdā. Quero vtr xp̄s in triduo mortis sue fuerit homo. ¶ Videtur q̄ sic. Predicatio superiorisde inferiori semp ē vera sicut etiaz predicatio eiusdem de seipso Unde illa semper ē vera. Homo est animal ⁊ homo est homo. Sed xp̄s fuit ⁊ est aliq̄d inferius ad hominez sicut sortes suo modo. ergo ⁊c. ¶ Sēdo sic xp̄us in triduo fuit xp̄us semper enim ꝓdicatur idem de se ipso. ergo xp̄us in triduo fuit homo. cōsequētia pbatur. Tum qz est ab inferiori ad superius affirmādo. Tum quia etiam ex opposito ꝓntis sequitur oppositum antecedentis. Sequitur enim Nō fuit homo ergo nō fuit xp̄us qz xp̄us dicit suppositū subsistens in duplici natura diuina scz et humana ꝯm Damas. ¶ Tertio sic. Ista est vera. Sorte corrupto Sortes ē homo ꝯm multos. ergo similiter ista est vera xp̄o mortuo xp̄s est homo. ergo xp̄s in triduo fuit homo. ¶ Quarto sic. Suppositum subsistens in natura rationali est homo. Sed xp̄us ī triduo erat tale suppositum qz totam naturam humanitatis habebat sibi vnitaz qz corpus ⁊ aīam. Nō patet qz nec poterat denominari a corpore nec ab anima. Non enim verbum poterat dici aīatum nec corporatum vel corporeum igitur oportebat q̄ diceretur homo.

¶ Contra Christus in triduo fuit hō mortuus. Sed homo mortuus non est homo simpliciter sed secundum quid sicut lapideus vel depictus. ergo ⁊c.

¶ In ista questione sic pcedā Primo ad euidentiam questionis inquirā. Utruz materia sit de quiditate hominis vel speciei substātie materialis. ¶ Secūdo ponam aliquas opiniones de questione ⁊ motiua earum. ¶ Tertio respōdebo aliter de questione ⁊ ostendam q̄ xp̄us in triduo nō fuit homo ⁊ respondebo ad motiua aliorum ¶ Ultimo ad rationes aliorum.

¶ Quantū ad primū est vna opinio singularis aliquorum q̄ materia non est de quiditate speciei substātie materialis ſz ipa forma est tota quiditas speciei. ¶ Ad hoc adducūtur rationes. Prima est. Illud quod non est per se intelligibile non pertinet īrinsece ad q̄ditatē rei. Probatio qz quiditas per se est obiectum intellectʳ tertio de anima. ⁊ per ꝓns quicq̄d est intrinsecum quiditati est per se intelligibile ⁊ per cōsequens etiam immateriale sicut ⁊ intellectus est potentia īmaterialis. Sed materia non est per se intelligibilis primo phisicorum sed per analogiam ad formam. g ⁊c. ¶ Secunda Illud q̄d est principium quo aliq̄d pōt esse vel nō eē non est pars quiditatis qz quiditas si posset esse vel non eē posset generari vel corrumpi q̄d est falsum ⁊ ꝓtra Aristotelem. 7. metaphisi. Sed

Materia an sit d q̄ditate hominis ⁊c

1. optimo.

3. de aia.

1. phisi.

materia est huiusmodi. Est enim principiū quo aliquid potest eē vel nō eē. 7. metaphisice in p̄ncipio ergo ⁊c. ¶ Tertia ratio. Illd quod nō pertinet ad diffinitionem non pertinet ad quiditatem qz diffinitio indicat quiditatem. Sed materia non ptinet ad diffinitionem quia partes diffinitionis sunt forme. Hec partes materiales pertinēt ad diffinitionem vt videtur. 7. metaphisi. ergo ⁊c. ¶ Quarta ratio. Illud per quod natura materialis īdiuidua tur non pertinet ad quiditatem quia quiditas specifica nō est ex se indiuidua nec ex aliquo sibi intrīseco. Sed materia est principium indiuiduationis in natura materiali ꝯm philosophum quinto metaphisice. Illa sunt vnum numero quorū materia est vna. Et. 7. metaphi. Dicit q̄ si primus motor plurificaretur haberet materiam. ergo ⁊c. ¶ Quinta ratio. Illud quod impedit ne quod quid ēst vel quiditas sit idem eo cuius est nō pertinet ad quiditatē qz nihil intrinsecum per se quiditati impedit īdētitatem quiditatis cū eo cuius ē. Sed materia ē huiusmodi qz in conceptis cum materia non est idem quod quid est cū eo cuius est. 7. metaphi. sed ī hijs que sunt per se ⁊ in separatis a materia. quare ⁊c. ¶ Quinta rō. Quiditas rei ⁊ actualitas sunt īdē quia per quiditatem est res aliquid in actu. Sz materia cum sit pura potentia ad actualitatem rei nō pertinet. ergo ⁊c. ¶ Septima rō. Illud quod nec est quid nec ꝗtum nō est de quiditate. Sz materia non est quid. 7. metaphisice in principio. ergo ⁊c. ¶ Octaua rō Illud qd̄ fluit ī re materiali ⁊ refluit nō pertinet ad illud quod manet. Sz materia fluit ⁊ refluit quiditas vero manet. ergo ⁊c.

¶ Adducūtur auctoritates. Pria est septimo metaphice. vbi dicitur q̄ anima est species ⁊ ratio et quod quid erat esse aīati. Sed aīa est forma. ergo ⁊c. ¶ Secunda est. Dicendum speciē ⁊ vnūqd̄q̄ in ꝗtum habēs speciē materiale ꝓ nūc̄ ꝯm se dōm ē. ¶ Tertia est ibidē. Quecūq̄ sunt partes vt materia ⁊ in que diuiditur vt in materiam sunt posteriora: sed illa que pertinent ad quiditatē sunt prioza. ¶ Quarta est ibidem. quia vltima differentia dicit totam quiditatem. Sed vltima differentia dicit formam ⁊ accipitur a forma. ergo ⁊c. ¶ Quinta est septimo metaphisice. vbi dicitur q̄ totius compositi vel simul sumpti est aliquo mō diffinitio vel ratio. Alio modo non. Nam cum materia non est ipsius diffinitio Indiuiduatū ēm est ꝯm substātiā. ¶ Sexta est p̄mo de celo. Qui dicit celū dicit formam qui dicit hoc celū dicit materiam. Sz celū dicit spēm vel q̄ditatē. Hoc celū dicit īdiuiduū. g ⁊c. ¶ Septima est ibidem in septimo metaphi. Quecunq̄ non concipiuntur cum materia sed sine materia vt rationes speciei solum hec nō cōrūpuntur. ¶ Octaua est. 7. metaphisice. capitulo de forma. Ubi dr̄ q̄ hō vel hoīem eē nō est īdē nisi aīa sit hō. ¶ Ultima est Cōmentatoris. 7. metaphisice. vbi dicit q̄ quedam diffinitio est vbi apparet materia ⁊ quedam vbi non apparet materia. Ubi apparet materia ibi vna pars posita nō pertinet ad diffinitionem scz materia. Ubi non apparet materia ibi omnes partes pertinent ad diffinitionem ⁊ per cōsequens ad quiditatem. ergo ⁊c. ¶ Dicunt igitur q̄ materia intrinsece nō pertinet ad quiditatem rei nec ad speciē materialē licz bene secūdum aliquos ipsorum quiditas bene concernat materiam vel forma ipa ad hoc vt dicatur q̄ditas Alioquin nō esset quiditas materialis.

7. meta.

5. meta.

7. meta.

7. meta.

1. de celo

7. meta.

¶ Sed ista opinio videtur falsa ⁊ cōtra rationem ⁊ cōtra philosophiam bene intellectā licet videatur secundū philosophiam falsam ⁊ male intellectā. Et arguo contra eam. Primo per rationes. Secundo per auctoritates. ¶ Prima ratio est presupponēdo quid dicitur nomine quiditatis specifice materialis. Non enim intelligo aliud per quiditatē nisi abstractuz eius quod est quid sicut modo intelligo per albedinem nisi abstractum albi ⁊ sic de alijs sicut per quiditatem hominis nō intelligo nisi hūanitatem. ⁊ sic de alijs. Tūc arguo. Causa per se intrinseca substātie composite pertinet intrinsece ad quiditatem eius sicut pars ad quiditatem totius. Sed materia est per se causa intrinseca substantie composite ⁊ speciei materialis. Patet secūdo phisicorum ⁊ quinto metaphi. qz materia ex qua fit res cum insit. ergo ⁊c. ¶ Secūda rō Quiditas ē illud quod est totalis ratio per se essendi habēti per se q̄ditatem sicut quiditas hominis ē sibi totalis ratio intrinseca essendi ⁊ quiditas ignis est sibi ratio totalis intrinseca essendi. Sed habita totali ratione essendi alicuius potest ipm esse ⁊ haberi sine quocū qz essentialiter distincto nō pertinēte ad ipsam rationem essendi. igitur cū materia secūdum te ad q̄ditatem hominis non pertineat ꝯm te potest haberi ⁊ esse homo vel ignis sine materia quod ē plane falsum. ergo ⁊ illud ex quo sequitur. ¶ Tertia ratio. Omnis substātia cōpleta ⁊ perfecta in genere substātie non habēs materiam partem sui ⁊ per cōsequēs ad suam quiditatem pertinētem est substantia incorporea et īmaterialis ⁊ simpliciter spūalis vel saltem est pura forma ita simplex per priuationem substātialis compositionis sicut substantia immaterialis vel spiritualis. Sed quiditas materialis vel habēs ipam nō est talis qz tunc nō haberet materiam causam sui intrinsecam quod est contradictio plana vt patet. ergo ⁊c. ¶ Quarta ratio Illa non est nulla que destruit diuisionem substantie in materiam ⁊ formaz ⁊ cōpositum. Sed ista destruit diuisionem substātie in materiam ⁊ formam ⁊ compositum: qz nō ponit substātiam specificā per se compositam sicut nec quiditatem. g ⁊c. ¶ Quīta ratio. Illa substātia cuius quiditas nō includit materiam est per se ingenerabilis ⁊ īcorruptibilis Probatio qz materia cū sit principium quo aliq̄d potest esse vel nō esse est subiectum transmutatiōis substantialis ⁊ tale ex se ⁊ intrinsece nō habet materiam: ⁊ ideo non habet vnde possit generari vel corrumpi. Hoc etiam patet per philosophū. 7. metaphisice. vbi dicit q̄ omne qd̄ fit et generatur per se diuiditur in duo ex quorum vno fit ⁊ illud ē materia vel subiectū. Sed homo ꝯm te est talis substātia que non includit in sua quiditate materiā ⁊ assimus, alia. ergo sunt substātie simplices ingenerabiles ⁊ incorruptibiles. Unde dico q̄ ista positio destruit totum libzum de generatione ⁊ corruptione. ¶ Sexta ratio. Ex materia ⁊ forma fit aliquid per se vnum sicut patet secūdo de aīa. ⁊ in pluribus locis alibi ⁊ ratio est qz vnū est actus ⁊ aliud potētia Compositum ergo ex materia et forma habet p se vnitatem. ergo ⁊ per se entitatem. Sed entitas rei

Rōes ꝗ ꝓce. opi.

7. meta.

z quiditas idem sunt. Sed planũ est q entitas sla includit materiam intrinsece. ergo z quiditas.

¶ Septima ratio. Ex aliqua quiditate completa z perfecta secũdum speciem cũ quocũq; alio essentialiter distincto non fit aliquid vnum per se pertinens ad aliquod vnumgenus. Hoc patet sicut nec ex vna specie specialissima z alia specie vel aliquo alio nõ fit vna species per se nec aliquod ĩdiuiduũ alicuius speciei. Si ergo forma est tota q̃ditas rei specifica perfecta z completa sequitur q ex ipa forma cum materia nõ fit aliqua vna substãtia per se hoc est falsum z destruere philosophiam. ergo z c̃.

¶ Octaua. Si anima rationalis ẽm te qui nõ ponis nisi vnam formam in homine sit tota quiditas hominis. Sequitur q anima separata sit humanitas. Nec ĩpedit hec separatio a corpore quia vnio cum corpore causa non sit nisi respectus nõ põt sibi dare eẽ hũanitatẽ vel aliquã q̃ditatẽ absolutã. igr hẽm' p̃mo hũanitatẽ separatã z sine corpore scõd. Ha habemus vltra q xp̃us in triduo vere fuit homo vel verbum: qr habuit humanitatem assumptam/ quia aiam ipam quod est contra omnes modernos doctores. quare.

¶ Nona ratio. Si materia non pertinet intrinsece ad quiditatem z ad diffinitionẽ substãtie specifice materialis sequitur q substãtia materialis specifica z completa diffinitur per additamentum quãdo diffinitur per materiã sicut accidens per subiectum. Sed hoc est falsum z contra Aristotelem septimo metaphisice. ergo z c̃.

¶ Decima rõ. Essentia que nec ẽ quiditas specifica nec includit ipam nec includitur ab ea, nec ipm habẽs quiditatem non est in genere q̃ditatis illius aliquo modo nec per se nec per reductionẽ. Sed materia nec est quiditas puta humanitas nec habẽs quiditatem. puta humanitatem qr non est homo. Nec includit quiditatem sicut materia includit formam nec ecõuerso. ergo materia nõ est in genere quiditatis substãtialis nec per se nec per reductionẽ z per consequequens nec in aliquo genere z ita est deus vel ẽ dare aliquid creatum q̃ nõ est in genere.

¶ Vndecima ratio. Licũq; essentie substantiali non repugnat esse vniuersale z abstrahi ab hoc vel ab illo z accipi in communi non repugnat esse quiditatem vel partem q̃ditatis vniuersalis. Sed materie non repugnat hoc ita parum sicut forme. Patet. 7. metaphisice Vbi dicitur q homo z equ' sunt quoddã totum ex hac materia z hac forma vt vniuersaliter singulare vero ex vltima materia vbi ptz q distinguit materiam in vniuersalem z singularem sicut z formam z cõpositum. 7. meta.

¶ Et cõfirmatur per ipsum secũdo phisicorum z quinto metaphisi. vbi dicit q effectuum singulariũ sunt cause vniuersales z singularium singulares. 5. meta. Cum ergo materia sit cã ita potest esse vniuersalis sicut forma vel compositum quod est effectus vtriusq;. ergo. z c̃.

¶ Duodecima ratio z vltima z est contra illud quod apponitur ab alijs q forma separata non est quiditas sed vnita z concernit materiam qr quiditas cũ sit vltimate abstractum nihil aliud cõcernit. Nec est nisi quiditas Si ergo forma est quiditas hoc cõuenit sibi vltimata abstractione z absolutissime nõ ex cõcretiõe alicuius alterius sicut etiã patet de humanitate q̃ ponitur quiditas hominis ergo etiam forme separate cõuenit esse quiditatem rei materialis: z hec sapit multum dictum platonicum.

opi. doc. ¶ Sed hijs nõ obstantibus dico q̃ ponēda est ī adultis fides adquisita habitus quidē generatus ex frequentib⁹ actibus credēdi sicut etiam amicitia naturalis adquisita ex actibus frequētibus amandi non obstāte fide vel caritate infusa. ¶ Hoc patet primo sic. Facilitas in actu credendi vel ad actum credēdi ē signum habitus generati secūdo ethicorum. Sed experimur q̃ aliquis pron⁹ est ⁊ faciliter credit ea q̃ August. funt fidei ⁊ non per habitum infusum sicut ostēsum est supra. ergo ⁊c. ¶ Secūdo sic. Augustin⁹ cõtra epistolam fundamēti vel contra fundamētum manichei dicit sic. Euāgelio inquit non crederē si ecclesie non credem. Unde ⁊ ibidem subdit. Euāgelium nazareorum nõ recipio q̃ nec ipm̃ ecclesia recipit. Sed hoc dictum nihil esset nisi ex testimonio ecclesie posset haberi fides adquisita. ḡ ⁊c. ¶ Tertio sic. Si puer iudeus vel sarracen⁹ nutriretur cũ xpianis a puericia sua ita posset credere articulos sicut puer xpianus. Sed hoc nõ per fidem infusam q̃ fidem infusam nõ haberet. Et dato etiam q̃ haberet sicut probatum est supra igitur videtur etiam q̃ ponēda sit fides adquisita in adulto xpiano.

Apls ad Roma. ¶ Quarto sic. Apostol⁹ ad Romanos arguit sic. Quo modo credēt ei quē non audierunt ⁊ concludit ergo fides ex auditu/auditus autē per verbum xpi. Sed non minus potest quis credere verbo dei ⁊ audire habēs fidem infusam q̃m nõ habens igitur ita potest adquirere fidem sicut nõ habens fidem ⁊ planum est de fide adquisita loquitur apostol⁹ ibiē quia nõ oportet statim ad auditum verbi dei dato q̃ creditur sibi q̃ infundatur caritas nec per cõsequens fides q̃ deus nũq̃m infundit fides primo sine caritate licet bene conseruet ipsam informen ⁊ sine caritate. ¶ Quinto sic. Alicꝭ habens modo fidē infusam de omnibus statim fit hereticus circa aliquem articulum ⁊ tamē firmiter ⁊ ex habitu inhaeret ⁊ adheret alijs articulis sed non ex habitu infuso quia habitus fidei infuse licẖ stet cum omnibus alijs peccatis etiam cũ odio dei quod est maximus peccatum non tamen ŝm cõmunter loquentes stat cum heresi ⁊ peccato infidelitatis. ergo prius cum fide infusa habuit fidem adquisitam de istis.

Resolutio. ¶ Sic igitur dico q̃ in adultis ex actibus credēdi generatur habitus fidei adquisite nõ obstāte fide infusa. ¶ Secundo dico q̃ non sunt eiusdem rōnis fides infusa ⁊ adquisita sicut nec caritas infusa ⁊ adq̃sita ⁊ hoc statim videri potest q̃ habitus illi non sunt eiusdē rationis ad quorum vnum nõ pōt natura attingere: sed est simpliciter supnaturalis ita q̃ a solo deo immediate causari ⁊ ad aliũ natura pōt attingere causando ipm̃. Sed sic est in ꝓposito de fide infusa ⁊ adquisita vt patz ergo ⁊c. ¶ Secūdo hoc patz q̃ illi habitus non sunt eiusdem rōnis quorum vn⁹ facilitat ad actum aliquem ⁊ alius nõ. Sed fides adquisita sicut experimur facilitat ad actum credēdi non autem fides infusa. ergo ⁊c. ¶ Tertio etiam q̃ fides infusa habetur ante omnem freq̃ntationē actus: fides aūt adquisita presupponit act⁹ frequētatos ⁊ per ipsos generatur nec per ipsos potest infusa generari sicut nec caritas. ⁊c. ¶ Notandum ē tamen circa hoc q̃ eadem fides ŝm numerum vel species posset infundi cum illa que adquiritur. Et dico q̃ non esset eiusdem rationis cum illa que mõ infunditur: sed simpliciter alterius rationis sicut fides adquisita ab infusa.

Ad rōes 1. opi. ¶ Ad rationes alioꝝ Ad primam q̃ dicitur q̃ duo accidentia eiusdem rationis ponerētur in eodem subiecto simul si poneretur fides adquisita cũ infusa. Dico q̃ non est verum sicut apparet ex predictis. Quādo dicis q̃ sunt eiusdem subiecti ⁊ obiecti concedo sed nõ sunt ꝓpter hoc eiusdem rōnis sicut dixi in primo q̃ in eodē subiecto respectu eiusdem obiecti possunt esse diuersi habitus ⁊ diuerse noticie alterius rationis sicut noticia abstractiua ⁊ intuitiua eiusdem obiecti. Et dato q̃ essent eiusdem rationis ex hoc nõ sequitur q̃ non possent simul stare in eodem subiecto sicut dictum est supra. ¶ Ad secūdum dico q̃ non sunt eiusdē rationis nec ex ipsis potest cõstitui vn⁹ habitus nec possunt concurrere in vnũ. Et dato q̃ essent eiusdem rōnis non oportet tamen q̃ alter habitum cedat vel q̃ vnus ex ambobus cõstituatur sicut non oportet q̃ ex duobus luminibus in medio fiat vnum lumen sed stant simul distincta in eadem parte medij vel etiam due species duorum indiuiduorum eiusdem rationis in fantasia vel in intellectu angelico sicut dictum est in secūdo. ¶ Ad tertium dico q̃ fides infusa nihil facit actum sed adq̃sita bene facilitat ad actum. Et quādo dicis q̃ infusa est nobilior ⁊ perfectior. ¶ Dico q̃ verum est in se sed non in ordine ad talem actum. Si dicas q̃ frustra ponitur habitus qui nõ est principiũ actus Dico q̃ non est verũ de aliquo habitu puta de infuso. Ponitur enim ad decorem ⁊ perfectionem creature cui ifunditur ⁊ nõ frustra. ¶ Ad quartum dico q̃ fides infusa quã ponimus non est eiusdem rationis cũ adq̃sita ⁊ ita neutra est frustra. Ꝑterea etiã dato q̃ essent eiusdem rationis adhuc neutra esset frustra q̃ vtraq̃ perficeretur homo ⁊ pluribus modis per plures q̃m per vnam. Hec de secundo articulo principali.

Fides infusa ⁊ adq̃sita an sint in intellectu. ⁊c. 3. opi. ¶ Quantum ad tertium articulum. An scz fides adquisita ⁊ infusa sint in ītellectu sicut in subiecto eodem vtriusq̃. ¶ Videt q̃ non sint in intellectu sicut in subiecto. Tum q̃ infidelitas cum sit peccatum nõ est in intellectu sicut ī subiecto sed in voluntate. Tum q̃ ŝm Augustinũ cetera potest quis nolens credere nõ potest nisi volens. igitur fides nõ est in intellectu sed in volũtate. Tum q̃ actus credendi est meritorius. Meritũ vero ad volũtatē ꝑtinet ꝑncipaliter. ¶ Sz dico q̃ fides quecũq̃ siue ifusa siue adq̃sita est in ītellectu sicut in subiecto. Ad ꝑ. Tũ q̃ fides est hit⁹ cognitiuus ītellectualis. Tum q̃ nõ est hitus volũtatis esset enim hit⁹ amatiuus vel oditiuus q̃d est falsum. Tũ q̃ credere ē act⁹ intellect⁹ ⁊ nõ volũtatis. Act⁹ dico elicit⁹. Hoc patet etiã sicut credere etiã ꝑ principijs ⁊ ꝑclusionibus demonstratis. ergo similiter fides est habit⁹ intellect⁹ ¶ Sz aūt actus credēdi sit act⁹ intellect⁹ ꝑ ꝑ August. q̃ dicit q̃ credere nõ est nisi cũ assensu cogitare. Cogitare aūt ad intellectũ ꝑtinet sicut ꝑ. Utrũ aūt ad intellectũ speculatiuum vel practicũ req̃re in illa questione vltima prologi in ꝑio vtrũ theologia sit practica vel speculatiua in fine. In qua etiam dicũtur aliqua de fide infusa que modificãtur ⁊ determinãtur per predicta in presenti questione sicut ⁊ aliqua dicta etiã in prima questione eiusdez prohemij sicut apparet ex predictis. August.

ad. 1. opi. ¶ Ad primum aliorum dico q̃ infidelitas duo dicit. Unum q̃d est error circa credibile aliquod et sic est in intellectu sicut ⁊ fides. Aliud q̃d est velle errare vel errorē defendere vel negligere errorē dep onere ⁊ istud formaliter est peccatum ⁊ est in volũtate nec opponitur fidei formaliter ideo nõ concludit. ¶ Ad secũdum dico q̃ in actu credēdi ŝm seipsum formaliter nõ cõsistit meritũ sed pro quãto est actus imperatus a voluntate. ¶ Ad tertium q̃d debuit esse secundũ quãdo dicit Augustinus q̃ credere non potest quis nolēs. Dico q̃ hoc nõ obstante credere pertinet ad intellectuz sicut ⁊ fides sicut habitus licet bene depēdeat actus credēdi a voluntate imperante q̃tum ad illa saltem que nõ sunt euidētia ex terminis sicut sunt credibilia per fidē christianam q̃d dico ad differētiam credulitatis primorum principiorum si tñ credulitas debet dici vel etiã ad differētiam credulitatis conclusionis ex principijs euidētibus deducte si etiã credulitas debet dici extendendo nomen credulitatis.

Ad ꝑncipalia argumēta. ¶ Quātum ad principalia argumenta dico ad primũ q̃ credere his q̃ sunt fidei nõ est actio supernaturalis sz ī hoc patet intellect⁹ lumine naturali eo modo quo dictum est superius ⁊ probatũ. ¶ Ad secũdum de actu dilectionis meritorie patet quid sit dicēdum q̃ ad ipsam absolute loquēdo non requiritur habitus infusus caritatis sicut dictũ est in primo. ¶ Ad tertiuz dico q̃ fides infusa non est frustra: q̃ est ad decorem aie ⁊ ꝑfectionem ⁊ signũ quoddam nobile: licet non sit necessaria ad actum credēdi: vt dictũ est supra. Quo modo aūt sit necessaria in saluādis dictũ est supra.

¶ Distinctionis Vigesimequarte.
Questio Vnica.

Circa distictionez Vigesimãquartã quero. vtrũ fides ⁊ sciẽtia possint stare de eodem obiecto in eodem intellectu. Sed q̃ de hoc satis dictũ est in prima questione primi. Quero vnã aliam questionem. Utrum scz deus sit obiectum fidei per se principium ŝm propriam rationē diuinitatis. ¶ Videtur q̃ non. Duorum habituũ repugnãtium ⁊ incõpossibilium nõ est idē obiectũ ŝm eãdem rationē. Sed fides ⁊ scientia de deo euidens siue sit viatorum siue beatorum sunt repugnãtes nec possunt simul stare: ḡ ⁊c. ¶ Scõo sic. Duarum virtutũ specie ⁊ genere differentiũ ⁊ ad diuersas potẽtias pertinẽtium nõ est idem obiectuz sub eadē ratione acceptũ. Sed deus ŝm propriam rationē deitatis est obiectum caritatis que pertinet ad voluntatē. Non ergo fidei que pertinet ad intellectũ. ¶ Tertio sic. Obiectũ intellectus est verũ ⁊ ratio formalis eius est ratio veritatis vt videt. Sed fides ad intellectũ pertinet: igitur deus ⁊ si sit obiectum fidei per se primũ non tñ ŝm rationem deitatis sed veritatis.

¶ Contra Idem est obiectum fidei et doctrine fidei ⁊ sub eadez ratione Sed obiectum doctrine fidei scilicet theologie nostre est deus sub ratiõe propria deitatis sicut dictũ est in primo: ergo ⁊c.

¶ In ista questiõe sic pcedã. ¶ Primo inquiram de obiecto fidei per se primo et ratione eius ⁊ de obiectis secũdarijs. ¶ Secundo inquiram. An sit meritorium credere per fidem obiectis talibus excedentibus facultatem nature. ¶ Ultimo ad rationes principales.

De obiecto fidei ꝑ se ꝑmo. ¶ Quātum ad primũ. Supponitur ab omnibus ⁊ est verũ q̃ deus est obiectũ primarium ⁊ per se ipsius fidei. Tuz quia fides est virtus theologica ⁊ ita respicit deum pro obiecto immediato per se primo ⁊ pro fine. Tum q̃ de⁹ est subiectuz articulorũ fidei vt patet discurrēdo. Tũ quia per attributionē ad deum cadunt omnia alia sub fide sicut patet. ¶ Hoc ergo presupposito est 1. opi. vna opinio q̃ fidei obiectũ per se primum est deus sub ratione reuelati. Ita q̃ ratio reuelati est ratio formalis obiectiua fidei. Hec aliquid creditur per actũ fidei. Hec alicui assentitur nisi in q̃tum reuelatum. Hoc probatur. Tum q̃ de non reuelatis ⁊ his que naturali ingenio attingũtur etiam de deo ŝm q̃ huiusmodi non est fides. Tum q̃ fides innititur specialiter diuine scripture reuelate ⁊ dictis sanctorum quib⁹ reuelauit deus. Tum q̃ est de nõ apparentibus que non possunt esse cognita nisi reuelẽtur quare ⁊c.

¶ Alia est opinio q̃ deus est obiectum fidei 2. opi. sub ratione nõ apparẽtis. Ita q̃ nõ apparẽtia vel non euidẽtia seu obscuritas est ratio formalis in obiecto fidei. Hoc probant. Tuz quia hoc dicit apostolus. Fides est argumẽtum non apparẽtium ad hebreos. 11. Et similiter Augustinus in litera. Fides est credere q̃d non vides. Tum q̃ per hoc distinguit fides a scientia ⁊ a quacũq̃ noticia clara que est obiecti apparentis ⁊ euidenter. Tum q̃ in idem tendit fides ⁊ spes. Spes autē tẽdit in non visum ŝm Apostolum qui dicit q̃ quis videt quid sperat: ḡ ⁊c. Et hec sunt due opiniones de ratione formali obiecti fidei. Fides quid.

¶ Tertia opinio potest addi q̃ de⁹ est 3. opi. subiectũ fidei sub ratione credibilis: sicut aliquid est obiectũ visus sub ratione visibilis. Tũ q̃ fides est habitus creditiu⁹ Tum quia etiam scibile ŝm q̃ scibile est obiectum scientie. Sed hoc nichil est: quia ratio credibilis in obiecto non dicit nisi denominationē rationis ⁊c. respectum. Fides autē est habitus realis. Similiter dico de scibili ⁊ visibili. Obiectum ergo sciẽtie est aliquid reale per propriam rationem ⁊ obiectũ visus sicut color vel lux.

¶ Contra primã opinionem arguo. Primo sic. Habitus realis alicui⁹ 3. 1. opi. eo modo quo distinguitur habitus realis ab habitu rationali oportet ponere rationē formalem obiectiuam realem. Patet: quia habitus talis mẽsurabilis est per obiectũ suũ. Sed fides est talis habitus vt patet. Esse autē reuelatum in obiecto nõ

dicit nisi respectum rationis:ergo ꝛc. ¶ Secūdo sic ab aliquibus. Si obiectiua ratio formalis fidei est esse reuelatum. Sequitur q̃ nullus assentit alicui credibili nisi inq̃tum reuelatū. Unde nō creditur in deum nisi inq̃tum reuelatus. Nec credit alicui articulo vel aliquē articulum seu aliquis articulus nisi inq̃tum reuelatus:ꝛ tunc hic articulus. Deus est trinus ꝛ vnus nō creditur nisi inq̃tum reuelatus. Querūt ergo per quid nouit hoc eē reuelatum ꝛ non potest dici nisi per fidem. Et tūc etiā oportet q̃ credat hoc esse reuelatum: ꝛ tūc non credet hoc nisi quia est reuelatū:ꝛ tūc queritur per quid sciet hoc esse reuelatum ꝛ sic in infinitū:quare ꝛc. ¶ Tertio sic. Obiectum visionis nō est deus inq̃tum visus:quia ratio visi in deo nō ponit nisi respectum rationis ad videntem:ergo similiter obiectus fidei nō est deus inq̃tum reuelatus:immo qd̃ fortius est nec inq̃tum creditus:quare ꝛc.

5.2.opi. ¶ Contra secūdam opinionē. Primo sic. Obiectum per se primū habit positiui ꝛ realis nō potest poni nisi ꝟm rationē formalem positiuam. Sed ratio non apparētis vl nō visi non est positiua sed negatiua:q̃ ꝛc. ¶ Secūdo sic. Si deus sub ratione nō apparētis vel nō visi esset obiectus formale fidei pari ratione apparentis vel visi esset obiectum alicuius noticie euidētis de ipso vel visionis. Sed hoc est falsum:quia illud vel nichil dicit ex parte ipsius dei vel solus dicit respectum rationis qui beatificare nō potest. ¶ Tertio quia habitus habet reduci ad suum obiectū ꝟm rationem eius formalem. Sed affirmatio nō reducitur ad negationē nec positiuum ad negatiuū:q̃ ꝛc.

opi.doc. ¶ Dico ergo q̃tum ad istum articulum Primo qꝛ obiectum per se principium fidei est aliquid incōplexus puta deus ꝛ ꝟm formalē rationē proprie deitatis ꝛ nō ꝟm aliquam aliam rationē sicut obiectum per se simpliciter primū scientie fidei que est theologia nostra est deus ꝟm propriam rationē deitatis: vt dictum est in primo ꝛ quasi per easdem rationes posset probari de fide. ¶ Secūdo dico q̃ alia sunt obiecta secūdaria ad illud per primū reducta ꝛ precipue obiecta cōplexa cuiusmodi sunt articli fidei formati de deo sicut de obiecto primario sicut suo modo cōclusiones scite in quibus cōcludūtur passiones de subiecto ꝛ p̄dicamēta de eo sunt obiecta cōplexa scientie eo modo quo dicitur obiectū scientie non solum illud de quo aliquid scitur sed etiā conclusio que scitur ꝛ in qua concluditur passio que etiam scitur de subiecto. Sic etiā articuli creduntur que sunt propositiones cōplexe quib assentitur credēdo sicut ꝛ proprie est assensus respectu talis veritatis complexe magis q̃ respectu termini simplicis vt videtur. Et in hoc etiā puta in credēdo istas veritates cōplexas multū euidēter distinguitur fidelis ab infideli. Multi eēm sunt infideles qui credunt deū esse: tm non credunt articulos fidei formatos de ipso sicut patet tm etiā isti nō credūt in deum proprie sicut patet in litera Magistri distin.24. Ubi posuit differentiam inter credere deo ꝛ deum ꝛ in deum. Hec de isto articulo.

Ad motiua alioꝝ. ¶ Ad rationes aliorum. Ad primā de ratione reuelati dico et similiter ad secundum ꝛ ad tertium q̃ licet fides sit de reuelatis ꝛ forte non solus de reuelatis sed etiā de demonstratis ꝛ similiter licet innitatur scripture reuelate ꝛ dictis sanctorū quibus reuelauit deus precipue fides adquisita que initiatur ꝛ testimonijs aliorum ꝛ miraculis resoluēde ad ista ex quibus rationabiliter etiā mouetur ad credēdum ꝟm dictamē recte rationis vt videtur:quia fides infusa soli deo innititur immediate:tm̃ non sequitur ex hoc q̃ ratio reuelati sit ratio formalis obiectiua sicut nec ratio crediti vel scripti vel testificati licet nō sit nisi de creditis ꝛ innitatur scripture testificanti sicut nec ratio sciti est ratio formalis obiectiua scientie: licet scientia sit de scito. ¶ Ad alia secūde opinionis dico q̃ licet fides sit non apparētium:qꝛ nō est noticia ex se euidēs nec obiectus fidei euidēs est p fidem licet aliunde possit esse euidēs sicut dictū est in primo:non tm̃ euidentia vel non apparētia obiecti est ratio formalis obiectiua:immo forte nec est aliqua ratio se tenēs formalis ex parte obiecti nec apprehensa in obiecto sed est denominatio quedam negatiua ipsius obiecti ab aliquo extrinseco. puta ex actu vel habitu fidei qui non est clarus nec euidēs circa tale obiectum:ꝛ ideo obiectum denominatione extrinseca dicitur nō euidēs vel non visus Et dato adhuc q̃ se teneat a parte obiecti: tamen nō pōt esse ratio formalis sicut ostensum est supra. ¶ Ad secūdum dico q̃ per hoc non distinguit primo fides a scientia vel noticia euidēte de deo:quia ratio formalis obiectiua fidei sit non apparētia vl nō visio:sed per hoc magis quia noticia fidei ex se est enigmatica non euidēs scientia autem vel visio euidēs est:licet eiusdem obiecti ꝛ ꝟm eandē rationem formalem. ¶ Ad tertium dico q̃ licet spes tēdat in non visum sicut fides:non tm̃ ratio nō visi est ratio formalis obiecti:sed magis ratio deitatis.

De fide infusa. ¶ Quātum ad secūdum articulum primo de fide infusa dico q̃ est idē ꝛ vnicus numero habitus in habēte ipsam respectu omnium credibilium siue respectu primi credibilis incōplexi qd̃ est deus siue respectu aliorum credibilium cōplexorum cuiusmodi sunt omnes articuli ꝛ que possunt ex ipsis deduci. Non enim video necessitatem ponēdi multos habitus respectu omniū predictorum obiectorum. Sicut non video necessitatē ponēdi plures habitus caritatis ifusos respectu plurium diligibilium ex caritate sed ad omnia diligēda sufficit vnus habitus nūero et vna caritas. Et ratio potest esse ad hoc. Nam sicut predictū est nec habitus caritatis nec fidei ex actibus diuersis circa diuersa credibilia generātur ꝛ vnum primū obiectus simplex respiciunt vt per se primariū ꝛ ideo non multiplicātur nec ꝟm plures actus alterius rationis circa diuersa obiecta credibilia variatur.

De fide adqsita. ¶ Sed de fide adquisita est magis dubium. Et dico de hoc q̃ fides adquisita nō est vnus habitus respectu omnium credibilium sed est multi habitus quorum vnus est circa deū obiectum per se primarium ꝛ est vnicus in habente sicut fides infusa suo modo. Alij vero sūt circa articulos singulos et singuli circa singulos. Et patet q̃ sunt plures habit quia generantur per plures actus alterius ꝛ alterius sicut ꝛ obiecta cōplexa puta articuli sunt alterius ꝛ alterius rationis ꝛ sunt obiecta primaria talium habituum. Similiter etiā vnus potest haberi et adquiri sine alio vel corrūpi etiam ita q̃ nō simul sed vicissim generātur sicut experimēntaliter patet per frequētationes diuersorum actuum alterius ꝛ alterius rationis circa diuersos articulos:ita q̃ fides adquisita nō eodem habitu vel actu versat circa oia obiecta credibilia sicut fides infusa est idem habitus oium sed vno habitu primo versatur circa obiectum primarius qd̃ est deus ꝛ alijs habitibus et actibus versatur circa obiecta complexa ꝛ quasi isto modo dictū fuit in primo de vnitate theologie nostre q̃ est doctrina fidei:quare ꝛc. Predicta vero patent:quia planū est q̃ aliquis potest frequētare actus credēdi circa aliquē articulum ꝛ aggenerabat sibi habitum respectu illius ꝛ nō respectu alterius. Similiter etiam aliquis potest errare circa vnū articulum ꝛ habere fidē adquisitam rectaꝝ de alijs sicut patet de heretico errante in vno articulo tenēte tamen firmiter omnes alios ex fide adquisita ꝟm predicta:ergo potest exponi dictum apostoli dicētis vna fides. Verū est de fide infusa in quolibet vel de fide in cōi sicut de baptismate in cōmuni. Et hoc de secundo articulo principali.

an credere oia obiecta fidei supradicta sit meritorium. 1.opi. ¶ Quātum ad tertium articulum videretur alicui nō esse meritorium nec rationabile credere omnia obiecta fidei supradicta. Tum qꝛ videtur q̃ sic credēs exponat se periculo: quia credit eis que non potest scire esse vera. Tum quia credit sine ratione ꝛ abūcit a se rationē naturalem:quia fides nō habet meritū cui ratio humana prebet experimētum. Tum quia aut habet motiuum necessarium aut probabile. Non habet motiuum necessarium:qꝛ tunc necessario crederet. Si autem habet motiuum vel signū probabile tūc nō debet credere nisi pbabiliter ꝛ nō assertiue vel firmiter omnino. Tum qꝛ si est aliquid qd̃ inducat rationabiliter ad credēdum illud est precipue multitudo miraculorum exhibitorum pro fide christiana. Sed miracula fallunt. Patet de miraculis antichristi:ergo ꝛc.

opi. doc. ¶ Sed his non obstantibus dico q̃ rationabile est ꝛ meritorium potest esse credere his que tenēt fideles ꝛ ecclesia fidelium ꝛ ita credere omnes articulos fidei ꝛ ea que possunt deduci ex ipsis nō obstante ineuidētia ipsorum. Tum quia ista sunt approbata a tāta multitudine virorum probatorum ꝛ cōcorditer qui in scripturis sacris mēdacium dānauerūt ꝛ nō est probabile q̃ ipsi fuerint mēdaces. Tum qꝛ ipsi qui ista diuulgauerunt viri pauperes ꝛ modici ꝛ illiterati fuerūt ꝛ totū mūdum isti fidei subiugarūt. Et hoc est valde magnū miraculum. Tum quia illi passim ꝛ cōmuniter ad ista roborāda vitam huius mundi contēpserunt ꝛ vitam propriam posuerunt. Tum quia etiā per miracula creberrima insolita ꝛ inaudita hanc fidē roborauerunt ꝛ firmauerunt. ¶ Si dicas q̃ sunt fallacia sicut etiam erunt miracula antichristi. Ad hoc respondebo infra et ex predictis dico q̃ rationabile est etiam ꝟm rationem naturalem credere his que tenet fides ꝛ puto q̃ si aliquis surgeret modo de terra in puris naturalibus ꝛ proponeretur sibi. An aliqua fides vel secta sit ab antiquo per tātaꝝ cōitatē hoīm immuniū a peccatis huius mundi contra rectam rationem ꝛ tales quales fuerunt supradicti/ꝛ p tot signa ꝛ miracula insolita approbata ꝛ sic de alijs ipse iudicaret ꝟm rectam rationē naturalez q̃ ipsa est tenēda. Unde dico q̃ rationabile est credere omnibus que sunt fidei ꝛ possunt ex ipsis deduci ꝛ est actus meritorius de cōdigno si sit formatus a caritate ꝛ debite circūstantionatus.

ad rōnes 1.opi. ¶ Ad primum aliorū dico q̃ non exponit se periculo credēdo aliqua q̃ nō potest euidēter noscere vera esse. Alioquin quilibet credēs aliquid factuꝝ vel gestum qd̃ ipse nō vidisset testimonio aliorū q̃tūcunq̃ proborum ꝛ bonorū seipsum exponeret periculo qd̃ non est verū. Et dico q̃ nō credens exponit se periculo ꝛ contra rationē rectam discredēdo sic approbatꝫ. ¶ Ad secūdum dico q̃ licet credat sine ratione faciente sibi euidentiam pro tanto:quia non oportet ipsum habere talem rationeꝝ ad hoc q̃ credat licet etiam talē rationē quasi incompossibilem sue fidei non abūciat:quia talis ratio bene est cōpossibilis cū fide aliquorum articlorū q̃tus propter talē rationē non credat:quia nichil minus crederet dato q̃ talem rationē non haberet. Non tm̃ creditur rationabiliter:ita q̃ irrationabile sit credere: sed rationabile magis vt dictum est supra. ¶ Ad tertiū dico q̃ credēs non habet medium necessarium faciens euidētiam de credito nec requirit tale medium sed dico q̃ habet tale medium vt sufficiēter inductiuum ad credēdum ꝟm iudicium rationis recte vt certitudinaliter credat nō sicut euidēti vero ꝛ testimonio pprio:sed sufficiēter approbato testimonio alieno per media que possunt haberi de talibus sicut patet de credētibus rationabiliter romā esse:licet nunq̃ viderint ꝛ huiusmodi:quare ꝛc. ¶ Ad quartū dico q̃ magnū motiuum est credendi his q̃ sunt fidei de miraculis exhibitis ad testificationē fidei ꝛ ad miracula etiā docebat xp̄s iudeos recurrere qui antiquitus Moysi crediderāt propter miracula per ipsum exhibita ꝛ ipsis diuulgata cū dicebat eis. Et si mihi nō vultis credere operib credite ꝛ multa similia. Quādo dicis q̃ erāt fallacia miracula:quia antichristus etiam faciet miracula et tm̃ nō erit sibi credēdum. Dico q̃ christus faciēs vera miracula docuit illa miracula antichristi futura esse fallacia:ꝛ per consequēs q̃ eis non sit credēdum ꝛ cū hoc sunt facta miracula aliqua sub lege et fide que nunq̃ faciet antichristus sicut visio diuine essentie in raptu pauli ꝛ reuelatio futurorum contingētium que cōperta est esse vera in scripturis que non poterit scire nec sciet antichristus. Si dicas q̃ paulus fuit deceptus vel q̃ ipse mētitur. Non videtur verisimile q̃ mentiatur qui ita mēdacium detestatur. Nec q̃ fuit deceptus. Non enim plus potest aliquis decipi de visione diuine essentie circa se q̃ de intellectione primi principij:vt videtur.

resolutio ¶ Dico igitur q̃ cū ad fidei attestationē deus qui non potest esse testis falsus operatus fuerit predicta miracula ꝛ alia denūciauerit sicut falsa ꝛ mēdacia q̃ fidei credēdum est pro qua adducta sunt ista. Ut multa sunt que rationabiliter adducūtur cōtra infideles scilicet auctoritas scribētium ꝛ tradētium/ diligētia recipientium/concordia scripturarū rationabilitas creditorum ꝛ contētorum in lege christi irrationabilitas cōtrariorum errorum ecclesie stabilitas in lege ꝛ fide carni ꝛ sanguini cōtraria con

tra pronitatem hominū miraculorum varietas sicut predictū est. Non credo tñ q̃ habeatur demonstratio certa nec propter quid. Nec quia q̃ Christus fuerit verus deus vel etiā verus homo etiam suppositis factis eius: quia omnia potuerunt fieri apparēter vel etiam realiter saltem a diuina virtute assistente ⁊ non vnita vero hominum sicut vnita ⁊ hoc de tertio articulo principali.

ad argu. pncipa. ¶ Ad primum principale dico q̃ fides ⁊ quecūq̃ noticia euidēs de deo etiam noticia patrie non sunt habitus formaliter incompossibiles sicut inferius apparebit. Aliter dici potest q̃ licet essent habitus incōpossibiles: tñ posset eē idem obiectum ipsorum sicut patet de deo q̃ de eodem obiecto potest esse scientia ⁊ error in intellectu ⁊ op. contrarie que nō sunt minus incōpossibiles per naturam q̃ scientia ⁊ fides. ¶ Ad secūdū dico q̃ illa maior non est vera. Non obstante enim q̃ fides ⁊ caritas sint diuersi habit⁹ specie ⁊ genere: tñ possunt habere ⁊ habent idem obiectum ꝛm eandē rationem formalem. Puta deum ꝛm ꝓpriā rationē deitatis: immo qd̄ plus est dico q̃ intellectus et voluntas omnino habēt idem obiectū formale. ¶ Ad tertium dico q̃ nō intelligo obiectuꝫ formale intellectus esse ens sub ratione veritatis: prout veritas ab entitate vel veritate distinguitur sicut alias dixi. Nam veritas vt sic nō dicit nisi vel respectum rationis ad intellectum vel negationē diffōrmitatis ab intellectu: quare ⁊c. ¶ Nota hic ꝛm alios q̃ veritas bonitas ⁊ deitas sunt penitus idem extra intellectum: q̃ si vnum est ratio obiecti ma alicuius habitus vel potētie oportet q̃ reliquū et patet q̃ oportet esse idem obiectū formale intellectus et voluntatis. Alioquin velitum non esset nisi per accidēs intellectum ⁊ econuerso per rationem annexam quod est falsum.

¶ Distinctionis Vigesimequinte.
Questio Vnica.

Circa distictionē Vigesimāquintā quero. vtrū pro omni tēpore fuerit necessarium ad salutē cuilibet credere explicite et distincte illa que credūt modo ⁊ tenēt fideles. ¶ Videt q̃ sic. Pro quocunq̃ tēpore necessarium fuit ⁊ est vitare errores circa quēlibet articulum fidei. Sed hoc nō fuisset sibi possibile nisi quēlibet articulum distincte cognouisset: q̃ ⁊c. ¶ Secundo sic. Fides infusa semp fuit eiusdē ratiōis ⁊ est in qualibet. Sed aliquibus ⁊ aliquādo fuit necessariuꝫ ⁊ est credere omnia distincte ꝛm fides infusam: ergo cuilibet ⁊ pro omni tēpore. ¶ Tertio sic. Ad plus non obligatur vnus fidelis ad credēdum q̃ alius: quia in fide xpi omnes debēt esse equales. Sed aliqui sunt qui obligantur ad credēdum omnia distincte ⁊ in speciali sicut pastores ecclesie et doctores: ergo ⁊ omnes.

¶ Contra q̃ paucis fuerunt reuelata sub lege nature vel etiam sub lege scripta misteria incarnatiōis ⁊ redēptionis humane eo modo quo sunt cōpleta: ergo alij nō tenebantur scire vel credere nec modo etiā simplices tenentur credere distincte ⁊ in particulari oia vt videt.

¶ In ista questiōe sic procedā breuiter. ¶ Primo ostēdam q̃ fides infusa semper fuerit necessaria ad salutem in quocūq̃ ⁊ q̃ secus est de adquisita. ¶ Secūdo inquiram. An pro omni statu ⁊ lege fuerit vel sit necessarium ad salutem credere illa que credit ecclesia. ¶ Tertio. An fuerit necessariū vel sit q̃ quilibet crederet vel credat explicite. ¶ Ultimo ad rationes.

De necessitate fidei ifuse. ¶ Quātum ad primum dico q̃ sicut deus disposuit non saluare aliquem nisi habētem finaliter gratiam vel caritatē in voluntate. Sic etiam nō disposuit aliquē saluare nisi habētē fidē infusam. Unde ⁊ in paruulis ⁊ in adultis pro omni statu ⁊ lege necessaria fuit ex diuina ordinatione fides infusa in saluādis ad decorem ⁊ perfectionē ⁊ signaculum mētis sicut ⁊ caritas suo modo sed non sic de fide adquisita. Non enim fuit necessaria nec est necessaria paruulis non habētibus vsum liberi arbitrij vel rationis. Sed adultis pro tēpore ⁊ loco necessaria fuit saltem q̃tum ad actū vel actus etiam per quos potest habitus fidei infuse generari. Ita q̃ non puto aliquē adultum saluādum vel saluatum nisi aliquādo habeat actum credēdi circa deum nō impeditus ⁊ omnis adultus tenetur ex precepto affirmatiuo colendi deū aliquādo credere ⁊ elicere actum vel actus credēdi sicut etiam tenetur ad actum diligēdi deum vt dictū est in primo ⁊ hoc concomitante caritate infusa. Sic etiam dico hic concomitante fide infusa. Hec de primo articulo.

De his q̃ credit ecclesia. ¶ Quātum ad secūdum articulum. Dico q̃ sicut videtur probabiliter cū sit eadem fides infusa que fuit semp ⁊ eiusdem ratiōis loquēdo de ipsa pro omni statu ⁊ lege necessarium fuit credere habitualiter saltem omnia ad que sicut ad per se obiecta ⁊ per se deducibilia ex ipsis fides catholica seu infusa se extēdit. Et etiam paruuli q̃bus erat necessaria fides infusa: vt dictū est in tertio articulo precedētis questionis. Loquendo vero de actu fidei vt fide adquisita. Dico q̃ de paruulis non est dubium sed de adultis q̃ adultis fuit necessarium semper ⁊ est credere aliquid: immo oia breuiter que tenet fides sicut p se obiecta ⁊ deducibilia modo tñ qui dicet in tertio articulo subsequēti.

an sit necessariuꝫ credere explicite ⁊ qb⁹ ⁊c. ¶ Quātum ergo ad tertium articulum dico q̃ ꝛm diuersitatē statuum hominū saluādorum paulatim fuit explicata fides ꝛm maiorem ⁊ maiorem perfectionē statuum. Unde magis fuit explicita sub lege scripta q̃ sub lege nature ⁊ maxime ⁊ perfectissime est explicita tēpore legis gratie sicut ⁊ status legis talis est pfectissim⁹. Tunc dico q̃tum ad primum statum legis scꝫ nature q̃ non tenebātur adulti credere omnia explicite q̃ tradit modo fides licet aliqua bene ꝛm dispensationē reuelationis diuine que fiebat maiorib⁹ et prouectioribus psonis pro illo statu ⁊ illi tenebantur ea credere ⁊ alijs pro loco ⁊ tēpore minoribus publicare ⁊ puto q̃ tenebant credere explicite plura. Puta q̃ deus est ⁊ q̃ est remunerator bonorum

Ad heb. et punitor malorum tanq̃ iustus ꝛm apostolus ad hebreos ⁊ aliqua de mediatore redēpturo mundū q̃ mūdus redimēdus esset per aliquē mediatorem

August. licet nescirēt ipsum distinguere. Unde ⁊ ꝛm Augustinū in enchiridion. Nullus antiquorum salutē inuenire potuit nisi in fide mediatoris a deo pro uisi ad reparationem ⁊ redēptionem saluādorum. In lege vero scripta adhuc magis explicite ⁊ distincte tenebant adulti credere ꝛm q̃ plenius misteria fidei sub illa lege fuerunt reuelata superioribus et prouectioribus personis sicut Moysi ⁊ prophetis qui tenebantur explicite credere omnia sibi reuelata ⁊ alys etiam pro loco ⁊ tēpore cū expediret publicare ⁊ alij ad publicationē eorum tenebant credere. ¶ Tamen absolute loquēdo simplices ⁊ populares non tenebantur omnia explicite credere q̃ tenebantur credere pastores sinagoge ⁊ doctores. Nisi sufficiebat eis aliqua explicite credere ⁊ alia implicite quasi cōmittēdo fidem suam sinagoge ⁊ pastoribus ⁊ rectoribus ipsius. In lege vero gratie ⁊ sub ipsa dico q̃ omnes adulti tenētur explicite credere aliqua que tenet fides precipue aliquos de articulis magis vulgatis ⁊ sensibilibus vel perceptibilibus cōmunitati ⁊ plura tenētur credere explicite q̃ tenerētur adulti cōmuniter sub lege scripta sicut etiā illi plura q̃ sub lege nature. Alia vero oia debēt saltē implicite credere volēdo credere quod credit mater ecclesia in suis prouectioribus ⁊ doctioribus in fide quasi cōmittendo ipsis fidē suam.

Vide de pastoribus eccle sie. ¶ De doctoribus vero ⁊ pastoribus ecclesie precipuis saltem sicut sunt episcopi vel superiores plati qui ex officio habēt populum regere ⁊ instruere dicitur q̃ debēt omnia explicite scire que tenet fides saltē q̃tum ad articulos fidei quos debēt credere ⁊ alios docere: ⁊ similiter precepta decalogi q̃ debēt implere ⁊ peccata mortalia que debēt vitare ⁊ similia necessaria que cōmuniter occurrūt hominibus ad salutē vel impedimētum salutis. ¶ Sed quid de scriptura sacra tenetur ne aliquis scire eas ⁊ cōtrouersias ⁊ errores contra eam vt posset oēs errores vitare sicut ⁊ tenet quilibet vitare. Dico q̃ difficile esset ⁊ graue hoc imponere hominib⁹. Et posset dici q̃ bene requiritur credere scripture sacre ⁊ nolle errare circa ipsam ⁊ eruditio aliqua ī ipsa q̃tum ad pastores ⁊ doctores ecclesie nō tāta q̃ quilibet eorum solus sic sciat perfecte scripturā et oia sed talis ⁊ tanta q̃ in toto corpore ecclesie ꝛm diuersa mēbra inueniatur sufficientia excludēdi errorem in fide ⁊ moribus si oriatur ⁊ ad ecclesiā deuoluatur ⁊ isto nunq̃ ecclesia fuit frustrata nec frustrabitur deo dante. Aliqua tñ de predictis nō asero: quia iudicare de talib⁹ est difficile ⁊ nescim⁹ quid diuina voluntas sup hoc determinauit necessarium in particulari fore vel nō fore. ¶ Notandū tñ q̃ sicut quilibet nō tenetur scire omnia peccata mortalia vel de omnibus peccatis. An sint mortalia vel non: quia nec hoc sciunt prouectiores ⁊ maiores. Frequēter tamen tenetur quilibet vitare omnia peccata mortalia: quia aut nouit illa esse peccata mortalia ⁊ sic potest vitare. Aut nō nouit ꝛ dubitat vel timet: ⁊ tunc debet recurrere ad ecclesiaꝫ que si iudicet peccatum vel dubium debet se cōformare iudicio ecclesie ⁊ sic potest vitare sicut etiam quilibet licet teneatur vitare oēm errorem circa fidem ⁊ scripturam sacram precipue circa fidē ⁊ articulos ⁊ deducibilia per se ex ipsis. Non tñ tenet scire omnē scripturam vel oēm articulum fidei explicite. Potest enim nō assentire alicui dubio sibi vt in se falso nisi prius iudicio ecclesie psulto sicut patet. ¶ Ex predictis apparet q̃ nūq̃ pro aliquo tēpore suffecit adulto ad salutē credere omnia implicite ⁊ in cōmuni sic q̃ nichil distincte ⁊ explicite ꝛ sub omni lege necessariū fuit semper q̃ adult⁹ crederet aliquid vel aliqua explicite ⁊ hoc diuersimode eo modo quo dictum est supra.

Ad principalia argumēta. ¶ Ad primuꝫ principale dico q̃ ex predictis patet quid sit dicēduꝫ quomodo potest vitari error circa quēlibet articulum licet nō teneatur homo credere quēlibet articulum in particulari. ¶ Ad secūdum de fide infusa dico q̃ nō bene concludit q̃ habitualiter ꝛm fidem infusam necessarium fuit eadem credere ꝛm substātiam omnibus pro quocūq̃ statu sicut fuit fides eiusdē rationis ⁊ est pro omni statu: sed non cōcludit de actu fidei vel fide adquisita. ¶ Ad tertium dicitur q̃ ad plus non obligatur vnus fidelis ad credendum q̃ alius inq̃tum fidelis est absolute sed bene inq̃tuꝫ talis fidelis assumēs sibi statum ⁊ actum pastoris vel doctoris ad plura explicite credenda ⁊ scienda tenetur vt possit suum officium exercere circa populū quē habet gubernare. Dices si sic est ⁊ populares tenētur pastoribus ⁊ doctoribus credere: ergo si pastores ⁊ doctores infōrmēt eos in errore sequitur q̃ tenētur errare. Dico q̃ nunq̃ tenētur errare: quia neutri parti in talibus tenetur assentire si proponatur de nouo a pastore vel doctore donec ecclesia predicauerit vel docuerit. Dices. Quomodo sciet q̃ neutri parti debeat assentire vnus q̃ est totus nouus in fide: pari ratione de omnibus propositis dicetur q̃ neutri parti debeat assentire. Logita de hoc quia circa istam materiam difficile est multa bene soluere ⁊ vitare.

¶ Distinctionis Vigesimesexte.
Questio Vnica.

Circa distictionē Vigesimāsextā quero vnam questionē scꝫ. Utrum spes sit virtus theologica distincta a fide ⁊ caritate. ¶ Videtur q̃ non. Si spes est virtus theologica oportet q̃ ptineat ad superiorem portionē: ⁊ per consequēs ad intellectū vel voluntatē: quia ad memoriam ptinere non potest sicut nec aliquis actus elicitus qui sit qualitas absoluta sicut est sperare. Sꝫ vnius potētie perfectibilis videtur sufficere vna perfectio. Ad intellectum vero pertinet fides ⁊ ad voluntatē caritas: igitur nō alia virtus ipsa spes: vt videtur. Secundo sic. Virtus theologica nō consistit in medio q̃ respicit deuꝫ pro obiecto circa quē non pōt esse excessus nec in ipso est aliquid mediādum. Sed spes consistit in medio q̃ mediat inter p̃sumptionem ⁊ desperationem: q̃ ⁊c. ¶ Tertio sic. Virtus theologica nō est in nobis nisi a deo infundēte. Sed spes potest esse ī nobis ex meris naturalibus: quia sine omni habitu infuso possumus sperare promissa dei sicut ⁊ promissa hominis quē re-

putamus veracem: ergo ꝛc.

1.ad Corin.13. ¶ Contra primo ad Corinthios.13. Nūc autē manent fides spes caritas tria hec. Et planus est q loquitur ibi apostolus de virtutibus infusis theologicis: g ꝛc.

¶ In ista questiōe sic pceda.

¶ Primo inquiram quid sit virtus theologica et quot sunt: ꝛ per consequēs q spes est virtus theologica distincta a fide ꝛ caritate. ¶ Secūdo inquiram in qua potētia sit tangē in subiecto. ¶ Tertio inquiram de actu ei? ꝛ obiecto quis scz debeat dici eius actus an scilicet desiderare vel aliquis act? alius. ¶ Vltimo ad rationes.

Virtus theologica quid. ¶ Quātum ad primum dici/tur cōmuniter q virtus theologica est habitus infusus habēs deum immediate pro obiecto ꝛ fine p hoc q est habitus infusus distinguitur ab omni habitu adquisibili virtute nature siue in se siue in simili sibi ēm speciem: quia nullus talis actus pōt dici virtus theologica. ¶ Ex quo patet dato q fides adquisita vel amicitia dei adquisita vel etiam spes adquisita habeant deū pro obiecto immediato ꝛ fine non tm debent dici ppie ꝛ stricte virtutes theologice nisi forte per reductionē aliqualem ad illas tres infusas. Per hoc autem q habet deū pro obiecto immediato ꝛ fine distinguitur virtus theologica ab habitu morali alio ꝛ ītellectuali ꝛ debet intelligi hoc de fine simpliciter quia finis simpliciter immediatius ipsius habitus theologici est deus ꝛ similiter obiectus. ¶ Dicitur autē q sunt tres virtutes tales tm scz fides spes ꝛ caritas/quarū triū est idem obiectum formale ēm eandem rationē formalem obiectiuā puta deus. Et istarum sufficientia multipliciter assignatur. Sunt em predicte virtutes quibus immediate tēdimus ꝛ ordinamur habitualiter saltem in deum cōsequēdum qui est premium nostrū merēdo ipsum. Ad meritum vero requiritur q premium cognoscatur: ꝛ sic ponitur fides q de premio cōfidatur q merēs non desperet sed habitualiter in ipsum qd est sibi impossibile assequi ꝛ hoc est per spem q premiū diligatur ꝛ amatur ꝛ hoc est per caritatem. ¶ Aliter ponitur q ad meritū premij summi qd est deus requiritur q homo vniatur ꝛ tēdat in diuinā veritatē qd fit per fidē in diuinā maiestatē ꝛ liberalitatē qd fit p spem que respicit arduum attingibile tm sibi q tendat in diuinā bonitatem ꝛ hoc per caritatem. Non q iste sint rationes formales obiectiue istarū virtutuz in obiecto diuino sed rationes quedā concomitantes obiectū ēm rationē obiectiuā que est vna. ¶ Tertio modo assignat sufficientia qz per virtutes theologicas mens tota ꝛ portio superior debet perfici ꝛ in deum habitualiter tēdere ꝛ ordinari ꝛ ēm hoc est aliqua virtus theologica que perficit intellectū et partem rationalē ꝛ hec est fides. Alia que perficit trascibilē ꝛ hec est spes. Tertia que perficit concupiscibilem et hec est caritas. Nam licet ista duo trascibile scilicet ꝛ cōcupiscibile nō distinguantur in voluntate vt potētie diuerse sicut etiā nec in appetitu sensitiuo de quo magis videretur vel saltez non minus tamē eiusdē potentie possunt esse diuersi actus ꝛ eadem potētia aliqualiter a seipsa potest distingui vt sic vel sic aliqñ diuersimode noietur.

Qt sunt.3. Ptu. the.

¶ Ex predictis dico q spes que ponitur habitus īfusus suo modo sicut fides ꝛ caritas est ptus theologica ꝛ distincta a fide ꝛ caritate eo modo quo passio spei distincta est in appetitu sensitiuo a noticia sensus ꝛ a gaudio ꝛ a quacūq passione appetitus sensitiui hoc magis in sequētibus apparebit. Hec de primo articulo principali.

Q spes distinct.a fide

¶ Quātum ad secūdum arti/culum.

Spes in qua potētia. 1.opinio.

Est vna opinio q spes ptinet ad intellectū formaliter sicut ad subiectum. Tum quia ad spem pertinet decipi quādo quis sperat se non posse assequi beatitudinē ꝛ est desperatus. Vnde tali predicandū de credēdo q credat posse cōsequi. Sed errare pertinet ad intellectū ꝛ credere: ergo ꝛc. Tuz quia idem est habitus rei in vniuersali ꝛ in particulari ꝛ ad eandē potētiam pertinet vt idem est habitus de ista in vniuersali. Omis iustus finaliter saluabitur ꝛ de ista petrus iustus saluabitur finaliter Sed primus habitus est fides. Secundus vero est spes. Nihil enim aliud est aliquem habere spem q̃ credere se saluari per gratiam dei. Nec valet si dicatur q spes est de futuro: ꝛ fides de pēsenti: qz presens preteritum ꝛ futurū nō variant rationē obiecti. Non em ratio futuritionis vel presentialitatis sunt rationes formales obiectiue spei ꝛ fidei sz ratio diuinitatis. Alioquin spes nō est virtus theologica sed haberet obiectū tēporale. ¶ Ponūt igit isti q sicut in prima nō sunt nisi due potētie perfecte ēm duos actus beatificos sic in via intellectus scz ꝛ voluntas que perficiuntur per duos habitus infusos scz intellectus per fidem ꝛ voluntas p caritatem que sufficit ad omnē actum voluntatis siue sit velle ordinatū siue nolle ordinatum respectu tamen alicuius obiecti: ꝛ ēm aliquē modum agendi requiruntur ambo habitus simul ꝛ sic spes dicit tertia virtus non formaliter sed aggregatione vel magis cōnotatione: quia spes cum sit idem habit? qd fides principaliter est in intellectu: cōnotat tamen caritatez vel actum caritatis in voluntate ad actum suū: quia actus suus ex meritis ꝛ gratia prouenit sicut dicit Magister. Spes īquit est certa expectatio future beatitudinis ex meritis et gratia proueniens.

opi. doc.

¶ Aliter videtur mihi dicendum q spes ponēda est omnino in voluntate sicut in subiecto ita q est virtus appetitiua cuius ratio est. Nā sicut spes passio ptinet ad appetitū sensitiuum ita videtur q spes virtus ad appetitū intellectiuum. Sed spes passio ptinet ad appetitum sensitiuum patet: g ꝛc. ¶ Secūdo sic. Si spes pertineret ad intellectum videtur q actus eius esset credere quoddā de aliquo particulari. Sed hoc est falsum: quia desperans de vita eterna potest credere vitam eternam: ergo similiter credens vitam eternam potest non sperare vitam eternam. quare ꝛc. ¶ Tertio sic. Ad intellectum nō pertinet exequi prosecutionē nec fugam: sed tm dictare. Sed ad potētiam cuius est spes pertinet prosecutio vel fuga: g ꝛc. ¶ Quarto sic. Ad eādem potētiam pertinet de re adepta ꝛ de re adipiscēda. Sed gaudium pertinet ad affectū ꝛ volūtatem: igitur ꝛ spes. ¶ Dico igitur q spes est in appetitu intellectiuo sicut in subiecto scz in voluntate: spes dico que est virtus infusa. Idem dico de spe adquisita circa obiectū intelligibile qd est de?. Sed hoc concesso dicunt aliqui q spes est in volūtate īqtum concupiscibilis ꝛ non īqtum irascibilis dato q per irascibile ꝛ concupiscibile distinguatur ꝛ de hoc magis in sequentibus apparebit. ¶ Dico igitur q̃tum ad presentē articulū q spes pertinet ad voluntatem sicut ad subiectum.

q spes ptinet ad volūtatē

¶ Ad primū aliorū dico q ad spem nec ad potentiā in qua est spes sicut in subiecto non pertinet decipi nec errare licet bene ad desperātem ēm vnā aliam potētiam: puta ēm intellectum ēm quā potest errare. Vnde dico vltra q desperanti magis est predicandū q habeat bonam voluntatē q̃ q bonā fidē et magis ꝛ magis q speret q̃ credat ꝛ magis q cōfidat q̃ q cognoscat. ¶ Ad secundū dico q credere ad spem nō pertinet nisi cōcomitatiue: qz sperare presupponit credere in intellectu: ita q credere me saluari si sim iustus ad fidem pertinet sed confidere in dño ꝛ sperare in eo ad fidem non pertinet: sed ad spem vt videtur. ¶ Ad tertium dico q spes pro per se primo formali obiecto non respicit nisi deum ꝛ nō presens ēm q hutusmodi vel futurū sed deum. Quādo dicis. Spes non est nisi futuri. Dico q licet de cōmuni lege nō sit nisi futuri sic q conditio annexa subiecto sit futuritio adipiscēdi. Non tamen necessariū hoc. Nec ratio formalis obiectiua est futuritio ipsa/ꝛ dato q spes esset alicuius futuri adipiscēdi sicut est gloria formalis ꝛ intrinseca illud tm nō est primū obiectum: sed deus. Et vltra dico q non obstātibus predictis stat q spes sit alius habitus a fide. Nam circa idem obiectū ēm eandē rationē formalem possunt esse diuersi habitus ꝛ alterius rationis sicut pluries dictum est supra. Hec de secundo articulo principali.

Addicta 2.opi.

De actu spei pria opinio.

¶ Quātum ad tertium arti/culum.

Dicunt aliqui q actus spei est desiderare ipsum summū bonum qd est bonū diuinum et ptinet per consequēs ad voluntatē vt concupiscibilis magis sicut ꝛ caritas licet spes nō sit caritas nec act? spei sit actus caritatis. ¶ Qz autē desiderare summum bonū sit actus spei probant. Tuz quia nō est actus fidei patet. Nec actus caritatis de qua magis videretur: quia actus caritatis cū sit suprema et nobilissima virtus est amor amicitie summi boni qui est amor perfectissim? quo diligitur summū bonū deus in se sibīpsi ꝛ propter se. Actus autem desiderādi deum non est amor amicitie sed quo diligitur et desideratur ipsi desideranti. ¶ Similiter etiā patet: quia caritas ꝛ actus eius ferūtur in deū ēm affectionē iusti sed desiderare ēm affectionē cōmodi. Similiter voluntas dato q non esset libera desideraret sicut appetitus sensitiuus non tm haberet caritatē nec aliquē actum ei?. Tum qz expectare pertinet ad spem. Sed expectare non est nisi desiderare. Probatio Expectare ēm omes est actus voluntatis. Aut g est velle aut nolle. Nō est nolle planū est nec velle rei pñtis: igit est velle rei absentis sed velle rei absentis nō est nisi desiderare: g ꝛc. ¶ Tertio sic. Eiusdē potentie ꝛ ēm eandē rōnē vt cōcupiscibilis est videt tēdere in obiectū ꝛ quietari in ipso ꝛ amouere etiam impedimēta si potest: sz voluntatis vt concupiscibilis est quietari in deo p caritatem: igitur eiusdē est tēdere in ipsum q spem sed nō nisi per actum desiderandi: g ꝛc. ¶ Dicunt ergo isti q actus spei est desiderare sibi summū bonum possibile haberi sicut actus fidei est credere ꝛ actus caritatis est amare vel diligere amore amicitie. ¶ Secundo dicunt q licet per se primum obiectum spei sit deus ēm proprian rationē deitatis spes tm in ipsum cū aliqua conditione annexa scilicet vt est bonū sperantis. Non em vt dicunt spero deum absolute sed deum michi bonū vel fore michi sicut appetitus sensitiuus suo modo ēm passionem spei sperat non bonum absolute sed bonum sperantis: quare ꝛc.

¶ Sed istam optionē nō teneo. Dico em q desiderare non est actus spei nec pertinet ad ipsam. Qd probo sic primo. Sicut desiderium in appetitu sensitiuo ad spem nō pertinet sed est alia passio ita vt videtur desiderare in appetitu sensitiuo ad spem non pertinet sed ibi non pertinet ad spem: ergo nec hic.

opi. doc.

¶ Secundo sic. Aliquis desperatus de aliquo potest ipsum desiderare simpliciter ꝛ actu elicito sicut et desiderio naturali sicut dānati desperati de beatitudine possunt ipsam sibi desiderare actu elicito conformi ad desiderium naturale vt videtur: g desiderare nō est actus spei vt videtur. Dices q dānati non simpliciter desiderant beatitudinē: quia simpliciter sunt desperati sed ēm quid desiderant vel desiderare possunt puta sub conditione aliqua impossibili eis. Contra: quia saltem aliquo modo desiderant vel possunt desiderare actu elicito: sed nullo modo possunt sperare nec sperant: ergo sperare vel actus spei nō est desiderare. ¶ Tertio sic. Desiderare est actus amoris respectu rei absentis vt patet. Sed spes non est habitus amatiuus in volūtate. Tunc em esset caritas infusa vel amicitia naturalis adquisita: g ꝛc. ¶ Quarto sic. Eodē habitu potest quis amare aliquē amore amicitie ꝛ velle sibi bonū amando illud in se ꝛ aliud sibi propter ipsum. Sed desiderare sibi bonū non est nisi amare se amore concupiscētie: g sicut caritate potest seipsuz diligere ita caritate potest sibīpsi bonū desiderare igitur non est ille actus spei. ¶ Dico igitur q̃tum ad istum articulum q desiderare non est actus spei sed magis sperare vel expectare qd quidem nichil aliud est q̃ erigere affectum ꝛ voluntatē ad deum summū bonum arduum attingibile a sperāte sicut beatitudo obiectiua potest attingi p beatitudinez formalem inherētem que etiam cadit sub spe tangē obiectum secundariū per rationē primi obiecti qd est deus. Non q arduitas vel attingibilitas in obiecto spei sint ratiōes formales obiectiue. Sed ipsa ratio diuinitatis est ratio obiectiua ꝛ finalis immediata per quā beatificat: sed sunt ratiōes vel cōditiones concomitantes ꝛ apprehēse in obiecto p actū fidei naturaliter precedētem actū spei. ¶ Et similiter dico de illa ratione quā ponūt alij q act? spei tēdit in deum bonū non simpliciter ꝛ absolute sed bonū sperantis quare ꝛc. Et dico q actus spei vel spes ipsa ad voluntatē pertinet magis: vt irascibilis ꝛ nō vt concupiscibilis quomodocunq irascibile ꝛ concupiscibile distinguātur in ipsa est respectui ardui attingibilis et possibilis attingenti modo predicto. Et sicut spes passio est in irascibili ꝛ non in cōcupiscibili suo modo vt sic perficiatur rationalis per fidem concupiscibilis per caritatez

resolutio

et irascibilis per spem que ponit in voluntate quasi ad tuendū vel defensandū ne cōcupiscibilis a bono suo retrahatur vel etiā impediatur sicut etiā irascibilis ī parte sensitiua habet tueri ⁊ roborare cōcupiscibilem. Unde ⁊ passiones irascibilis sunt ꝑpter passiones concupiscibilis. ¶ Scōm predicta ergo potest intelligi descriptio Magistri de spe et potest intelligi de spe actu ꝑcipue. Spes inquit est certa expectatio future beatitudinis ex meritis et gratia preuenienis. Expectatio inquit ecce actus spei circa nō certitudine cognitionis: sed eo modo quo dicitur virtus certior omni arte certitudine īmobilitatis ⁊ firmitatis future beatitudinis ecce obiectum qd̄ est beatitudo obiectiua deus futura sperāti licet non simpliciter vel obiectum secundarium qd̄ est beatitudo creata futura simpliciter ipsi sperāti sicut accidēs formaliter in futurum sibi ex meritis ⁊ gratia prouenies ꝗtum ad medium vel motiuum actus sperādi ⁊ etiā attingēdi obiectum speratum quod non attingitur nisi mediāte gratia. Nec aliquis debet moueri ad sperandū cōsequi tale obiectum nisi ex gratia dei ⁊ ex aliquibus meritis siue suis siue alterius puta ꝛ̄ꝛ̄ isti qui nobis meruit gloriam sicut dictū est supra. Si autē velis accipere descriptionem pro habitu tūc dicas q̄ spes est expectatio certa habitualis ⁊c.

spes ēm Magrīm.

ad rōnes 1.opi. ¶ Ad primū aliorum dico q̄ desiderare non est actus spei sed caritatis vel amoris magis. Quandoducis q̄ actus caritatis est actus amicitie. Dico q̄ verū est actus principalior suus sed actus minꝰ principalis potest esse actus concupiscētie relatus in finē debitū: ⁊ ita dato q̄ desiderare sit actus concupiscētie adhuc potest dici et esse actus caritatis ⁊ preterea pōt dici q̄ desiderare deū est actus amicitie licet minus perfectus ꝗ actus fruendi deo perfectus qui erit de deo presente quia viso per intellectum clare. Quādo dicis vltra q̄ desiderare deū est ēm affectionē cōmodi. Dico q̄ non obstāte hoc q̄ potest poni actus caritatis minus tū principalis sicut dictū est immediate ⁊ potest etiā dici q̄ desiderare deum cū non sit nisi amare ipsum non visus est ēm affectionē iusti. Ad aliud dico q̄ si volūtas non esset libera nunq̄ desideraret deus libere. Ita q̄ actus desiderādi deum quē ponimus nunq̄ conueniret sibi. ¶ Ad secūdum principale aliorum dico q̄ expectare vel sperare nō est desiderare formaliter sed cōcomitatiue bene vt cōmuniter. Quādo dicis si pertinet ad volūtatē oportet q̄ sit velle vel nolle. Diceretur primo q̄ verū est ⁊ diceretur q̄ est velle. Et dato q̄ respectu absentis non sequitur q̄ sit desiderare quia nō est velle voluntatis vt concupiscibilis: sed vt irascibilis vt dictum est supra.

¶ Ad tertium dico q̄ voluntatis vt concupiscibilis est bene est quietari in obiecto ⁊ tendere in ēm per actum desiderij sed nō per actum spei eo modo quo spes tendit in ipsum vt dictum est supra. Hec etiam tueri sicut spes tuetur. Hec de tertio articulo principali.

ad pnci. argu. ¶ Ad primum principale dico q̄ spes nec aliquis habitus ad memoriam pertinet vnde memoria. Sed ad volūtatē pertinet spes sicut ⁊ actus sperādi. Et dico q̄ eo modo quo ponitur spes ad actum si ponatur necessaria sicut ⁊ caritas que simpliciter loquendo non sunt necessarie sicut etiam dictū est supra de fide si tamen hoc ponatur dicēdum q̄ non ad omnē actum voluntatis sufficit caritas elicitiue nisi tm̄ imperatiue ⁊ referēdo in finē sed ad aliquē requiritur spes habitus infusus vel adquisitus sicut possunt accipi isti actus necessarij ad actum ēm multos. Quando dicis omis actus voluntatis ordinatus vel est velle vel nolle. Dico q̄ verum est sed nō ad omne velle sufficit caritas sed ad aliquod requiritur spes vel saltē aliqs dici pōt actꝰ spei: licet ad ipm nichil faciat spes infusa sicut etiam dicitur actus caritatis licet ad ipsum nichil faciat caritas infusa. ¶ Ad secundū dicitur q̄ spes virtus theologica cum non sit nisi circa deum pro per se primo obiecto nō mediat inter passiones. Unde non mediat inter desperationem et presumptionē si ponantur passiones. Nec intromittit se de ipsis ꝛ magis aliqua alia virtus adquisita quecūq̄ sit illa. Aliter dicitur q̄ licet ex parte obiecti virtus theologica non mediet: qz̄ passiones pro obiecto non respicit: tamē ex parte subiecti bene quia disponit subiectum ne in passionē istaꝝ vel illam incidat. Puta in desperationē vel ꝑsumptionem saltēꝫ habitualiter sicut disponit quia ad actū elicitū spes infusa ēm me nichil facit sicut vniformiter dictum est supra de fide ita q̄ non est necessaria in sperāte nisi ex ordinatione diuina. ¶ Ad tertium dico q̄ ex meris naturalibus possumus sperare certitudinaliter omnia promissa dei sicut ⁊ credere. Nec pono spem virtutē infusam necessariam in aliquo qd̄ faciat vel conferat ad actum sperandi sed solum ex ordinatione diuina. Ordinauit enim deus q̄ nunq̄ actum sperandi acceptabit sine spe infusa sicut nec sine fide actum credēdi sicut nec sine caritate actum amādi: licet fides ⁊ spes non sufficiant ad acceptationē talium actuum: sed cuꝫ eis necessario caritas requiratur ex ordinatione diuina propter qd̄ etiā dicit apostolus ad hebreos.11. ad heb.
q̄ sine fide impossibile est placere deo ⁊ est verum de fide infusa ⁊ ita parum sine spe: tamen non sufficiunt ista: sed cum hoc requiritur caritas propter quod etiā ipse dicit.1.ad Corin.11. Si linguis hominum loquar ⁊c. caritatem autem non habeaꝫ nichil sum. Sic de isto. ad co.11.

¶ Distinctionis Vigesimeseptime. Questio Vnica.

Circa distinctionem Vigesimāseptimā q̄ro. vtrū creatura rationalis vel intellectualis ex meris naturalibꝰ sine quocunq̄ supnaturali habitu infuso possit diligere deū super se ⁊ super omnia. ¶ Videtur q̄ nō. Amicabilia ad alterum procedūt ex amicabilibꝰ ad seipsum. 8.ethi cor. Tunc arguo propter qd̄ vnūquodq̄ tale et illud magis. Sed aliquid aliud amore naturali diligit quis propter seipsum: igitur seipsum magis. 8.ethic.
¶ Secūdo sic. Si hoc esset possibile. Sequeretur q̄ habitus caritatis infusus non esset necessarius ad actum diligēdi meritorium quia actus diligēdi super omnia maxime videtur esse meritorius. Sed hoc ē falsum ⁊ ꝓtra aplm ꝑtereꝫ ad Corī.13. ꝗ ⁊c.

Bernardꝰ ¶ Tertio sic. Bernardus de diligendo deum ponit quatuor gradus diligendi vnus est quo homo diligit seipsum secundus est quando diligit deum propter seipsum propterea q̄ est sibi beatificus. Tertius est quo diligit ꝑpter se ⁊ in seipso. Quartus est quādo omnia diligit propter deum. Ita q̄ nec se nec aliquid aliud diligit nisi propter deum ⁊ dicit q̄ primi duo gradus sunt naturales. Alij vero non. Videtur ergo q̄ natura attingere non possit ad diligēdum deum super se et super omnia sed ad hoc solum eleuet caritas et habitus supernaturalis.

¶ Contra natura ex se recta

potest in actū ex puris naturalibus sed rectus actꝰ est q̄ diligatur deus a creatura rationali vel intellectuali super se ⁊ super omnia sicut ipse est summū bonum et peruersus actus esset diligere se super deum: ergo ⁊c.

¶ In ista questiōe sic prędā.

¶ Primo inquiram vtrū creatura rationalis vel intellectualis pro statu nature integre id est nō corrupta per peccatum vel sequelam peccati possit diligere deum super se et super omnia ex meris naturalibus. ¶ Secundo inquiram hoc idem de natura pro statu ipsius lapsa. Utrum pro statu lapsus hoc possit. ¶ Tertio ostēdam ex his ⁊ concludam An caritas habitus īfusus sit necessarius ad actū diligēdi deum super se et super omnia et an faciat aliquid ad talem actum seu ad actum meritorium. ¶ Ultimo ad rationes principales: ⁊c.

1.opinio. ¶ Quātum ad primum videtur esse ⁊ fuisse vna opinio q̄ impossibile est creaturam intellectualem vel rationalem etiam pro statu nature integre diligere deum super se ⁊ super omnia. Ita q̄ intensiori actu in se ⁊ perfectiori diligeret deum ꝗ se.

Ratiōes 1.opi. ¶ Ad hoc adducunt alique rationes. Prima est ista. Amor naturalis fundatur super vnitatem ⁊ propinquitatem dilecti ad diligentem ⁊ econuerso. Unde ⁊ amor naturalis variatur secundū diuersas propinquitates vel vnitates. Alius est enim amor naturalis inter ciues. Alius inter parētes et sic de alijs. Quanto igitur vnitas est maior tanto amor naturalis est maior. Sed vnitas vel propinquitas eiusdem ad seipsum est maxima: ergo ⁊c. ¶ Secundo sic. Amor naturalis non videtur esse nisi amor recurrus ad seipm et per consequens amor concupiscentie sicut et natura semper ad seipsam incuruatur ad conseruationem sui. igitur quicquid amat aliquis amore naturali propter seipsum amat: ⁊ per consequens amor sui est mensura cuiuslibet alterius amoris naturalis: ergo est maximus et intēsissimus amor naturalis. ¶ Tertio sic. Amor pure naturalis nō trāscēdit naturam. Sed si amore naturali quis plus diligeret deum ꝗ naturam suam oppositum esset verum ergo ⁊c. ¶ Quarto sic voluntas vel potētia aliqua perfectius et intensius fertur in obiectum suum simpliciter primum et sibi adequatum ꝗ in quodcunq̄ aliud vt patet. Sed bonum creature vt bonum ipsius nature diligentis est obiectum simpliciter primum sibi adequatum patet ex summa proportione amborum adinuicē ergo ⁊c. ¶ Qui to sic. Creatura rationalis vel intellectualis pro quocunq̄ statu non potest plus cognoscere deum ꝗ seipsam. Sed mensura dilectionis sequitur mēsuram cognitionis sicut dilectio sequitur cognitionem ergo ⁊c. ¶ Sexto ⁊ vltimo sic. Si homo plus naturaliter posset diligere deum ꝗ seipsum sequitur q̄ plus posset eligere seipsum non esse ꝗ deum et difficilius posset seipsum odire ꝗ deum. Hoc autem est falsum ⁊ frequenter experimur contrarium non esse a natura cuius est ipsum esse non est eligibile nec appetibile quia negat totum bonum nature ergo ⁊c. ¶ Dicunt ergo isti q̄ creatura intellectualis vel rationalis quātuncunq̄ instituta recta a creatore non potest naturaliter et ex meris naturalibus plus vel intensius diligere ꝗ seipsaꝫ nec diligere deum super se et super omnia sed magis seipsam quātum ex meris naturalibus diligit super omnia. Nec potest diligere deum super omnia nisi per aliquem habitum supernaturalem infusum eleuetur supernaturaliter ad talem amoreꝫ supernaturalem. Agere enim sequitur esse: ⁊ ideo amor naturalis qui sequitur esse naturale maximꝰ est respectu nature cuius est ipm̄ eē et si sit aliquis maior oportet q̄ sequatur aliquod esse supernaturale per habitum infusum supernaturalē vt videt.

¶ Sed quantum ad istum articulum dico q̄ creatura rationalis vel intellectualis ex meris naturalibus potest diligere deum super se et super omnia idest actu intensiori ꝗ diligat seipsam. ¶ Ad hoc adduco rationes. Prima est. Illud potest voluntas creature diligere super se et super omnia quod recta ratio naturalis dictat esse diligendum super omnia. Hoc patet ex conformitate quam potest habere voluntas ex meris naturalibus ad rationem rectam naturalem. Sed ratio naturalis recta potest ex meris naturalibus iudicare ⁊ dictare q̄ deus est summe diligendus et super omnia ⁊ actu intensiori ꝗ aliqd aliud supposito q̄ deus sit sicut questio presupponit quia deus dicit vnum ens summum bonum infinitum continens omnem aliam bonitatem creatam eminenter vel perfectionaliter multo nobilioꝰ et perfectius ꝗ sit in seipsa. Est enim quo maius excogitari non potest secundum Anselmum. ergo ⁊c. ¶ Dices q̄ ista ratio concludit q̄ voluntas non solum deum sed ⁊ quancunq̄ creaturam perfectiorem illa natura cuius est vel etiam nobilioris vel perfectioris gradꝰ in eadeꝫ natura deberet et posset diligere super seipsam vel super illud cuius est voluntas quia alia creatura est maius bonum ⁊ per consequens magis diligibilis simpliciter. Dico q̄ non valet hoc: quia licet creatura alia sit maius bonum et magis sit diligibilis ab aliqua voluntate: non tamen ab omni. Nā non est tale bonum quale deus continens eminenter perfectionē creature alterius diligentis nobilius et perfectius ꝗ sit in seipsa ⁊ illimitate: ideo ⁊c. ¶ Dices iterū q̄ ratio nō valet: quia pari ratione posset argui sic Illud potest intellectus ex meris naturalibus perfectius intelligere quod potest ratio naturalis dictare vel iudicare plus esse intelligibile.

Opi. ꝓpria doctoris.

Ratio dilectionis dei.

Sed ratio naturalis potest dictare deum esse summe intelligibile: quia summe ens i actu: ergo intellectus ex meris naturalib⁹ potest ipm summe itelligere. Hoc autem est falsum. Patet. 2. metha. ergo rt. Dico q̃ non valet hoc. Nam ratio naturalis non iudicat deum esse maxime cognoscibile ex parte creature cognoscentis ex puris naturalibus sed magis ex parte ipsi⁹ dei cognoscibilis ita q̃ poti⁹ iudicat q̃ ratio cognoscibilitatis dei sit cognoscibilitas creature q̃ econuerso saltē q̃tum ad intellectum nostrū pro statu presenti sed totum ecōuerso iudicat de diligibilitate. Non ergo iudicat q̃ bonitas creature vel diligibilitas eius sit ratio diligibilitatis dei: sed magis econuerso licet deū nō cognoscat ex creaturis: sed econuerso iudicat diligibilitatem z bonitatē diuinam sicut diligibilitatez fini s esse rationē diligibilitatis creature sicut eius qs est ad finē/z ita licet plus possit cognoscere creaturā q̃ deū ex meris naturalib⁹ plus tn debet diligere deū q̃ creaturā etiā ꝛm dictamen rationis naturalis. ¶ Secunda ratio principalis. Voluntas creata non corrupta per peccatum nec per sequelā peccati non est prona ad actum peccati sed magis ad actum rectum. Sed si non posset diligere plus deum q̃ seipsam ex puris naturalibus: sed seipsam plus diligeret ex meris naturalibus prona esset ad actum peccati z ab arte diuina deuiaret et a rectitudine in qua est a deo instituta. Plus enim se diligere q̃ deum est peccatum mortale z fuit peccatum quod ordinauit ciuitatem dyaboli. Puta inordinatus amor sui ꝛm Augustinū de ciuitate dei: ergo rt. Sicut enim ordinatus amor fundat ciuitatē dei. Puta amor dei vsq̃z ad cōtēptū sui. Sic amor sui vsq̃z ad contēptum dei fundat ciuitatē dyaboli ergo rt. Inconueniens ergo est valde dicere cū deꝰ ꝛm Dionysium de diuinis nominibus omnia conuertat in amorem q̃ ipse faciat vnā creaturam intellectualem que ex meris naturalibus nō possit et debeat ipsum plus diligere q̃ seipsam. ¶ Tertia ratio est: quia caritas nō contrariatur inclinationi nature sicut nec corrūpit naturam sed magis perficit ipsam. Sed caritas ꝛm alios saltem inclinat ad diligēdum deum super se z super omnia. Cum igitur sua inclinatio non sit contraria inclinationi nature sed conformis et perfectiua nature videtur q̃ ex meris naturalibus possit homo diligere deū super omnia. Ita q̃ natura inclinet ipsum ad hoc: licet perfectius cuꝫ caritate q̃ sine caritate saltē ꝛm alios. Si dicas q̃ caritas nichil facit ad actum nec ad substātiam actus nec ad modum: tūc multo fortius habetur propositu: quia cum creatura possit diligere deum super se z super omnia z ad hoc nihil faciat caritas sequitur q̃ ex meris naturalibus.

August.

Dionysi.

¶ Quarta ratio z sumitur ex dictis aliorū. Creatura potest diligere deum supernaturaliter sup se et super omnia: quia ipse est bonum supernaturale z vt fontalis plenitudo boni supernaturalis ipsius creature puta gratie z glorie. Sed sicut deꝰ est fontalis plenitudo boni supnaturalis creature ita est fontalis plenitudo boni totius naturalis ipsi⁹ creature: ergo creatura conformiter mere naturaliter vel ex meris naturalibus sic potest diligere deū super se et omnia alia. ¶ Quinta ratio accipitur ab aliquibus et alij impugnant eam z est talis. Appetitus intellectiuus non est minus ordinatus ex naturalibus suis q̃ appetitus naturalis z sensitiuus hoc patet. Sed naturali appetitu ens partiale z imperfectum exponit se propter bonum totius et bonum perfectum saluandum. Sicut manus exponit se pro toto saluādo z similiter ens partiale vniuersi videtur magis inclinari z tendere in bonum vniuersi q̃ in bonuꝫ proprium. Unde z aqua ascendit ne sit vacuum in vniuerso. Patet in fistula attracto aere qui est in fistula q̃ aqua ascēdit si ponatur fistula in aqua: ergo appetitus itellectiuus vel voluntas non minus est ordinata. Ita q̃ magis inclinatur vt magis diligat bonum z precipuum bonū vniuersi quod est bonum diuinum: quia q̃to bonū cōmunius tanto diuinius z econuerso primo ethicorum. ¶ Contra istam rationem dicitur probabiliter q̃ appetitu naturali z sensitiuo magis appetitur bonum proprium etiam partis ab ipsa parte q̃ bonum sui totius. Quod probatur: quia si terra esset extra centrum z separetur pars terre a terra illa moueretur ad centrum z non ad totum propter cōseruationem sui in centro dimissa entitate z cōseruatione totius quod potest habere per partem illā Unde pars nō se exponit nec vnq̃ nisi ꝛm inclinationem propriam vel motum se exponeret pro toto sed ab alio exponitur pro toto. Sic autem non est de appetitu libero qui est voluntas. Magis enim naturaliter z sequendo rationem z iudicium rectū naturale tanq̃ regulam suam diligit bonum diuinum vel bonum commune q̃ proprium bonum et pro ipso vederet homo se exponere et carens fide rationis vel spe virtutis eterne: vt patet de virtute pollitica fortis et non propter aliquod bonum suum nec premium sibi inexistens principaliter: sꝫ tantum vt saluetur bonum diuinum vel commune. Unde sicut simpliciter appetitus qui est liber est alterius rationis ita et in hoc. Et patet: qz alias voluntas naturaliter esset non recta si plus diligeret seipsam q̃ bonum diuinum vel commune: quia disformis regule sue recte iudicio rationis. Iterum etiam contrariaretur inclinationi vel saltem dispositioni caritatis quod nō est verum. Nec alij appetitus ideo sunt non recti: quia plus in bonum suuꝫ feruntur q̃ totius vel boni communis: quia in hoc non dissentiunt a regula sua scilicet forma naturali vel apprehensa per sensitiuum: quia nō respiciūt pro obiecto inquod inclinantur nisi bonū: vt nunc et bonum proprium. Non sic autem de voluntate. Et ita ista ratio dubia est nec in ea volo multū stare. ¶ Contra istam rationē dicitur ab alijs q̃ appetitus naturalis et sensitiuus non magis inclinātur in bonum aliud q̃ in bonum proprium. Unde et manus seipsam non exponit pro salute totius: sed magis totum exponit ipsam pro seipso conseruando vel pro parte nobiliori cōseruanda sicut pro capite vel huiusmodi. Similiter etiam aqua secundum propriam naturam et appetitum natutalem non ascendit: sed mouens et regens vniuersum sic mouet eam ne sit vacuum in vniuerso quod quidez vniuersum et natura abhorrent. ¶ Sed ab alijs dicitur q̃ immo naturaliter secundum appetitū sensitiuum manus exponitur pro toto et aqua ascendit ne sit vacuum in vniuerso: quia prompte z faciliter vnūqōq̃ istorū: sic mouet ad bonū vel ꝓpter bonū

p. 5. rōnē

totius animati z toti⁹ vniuersi: sed vnūquodq̃z naturaliter sic agitur prompte z faciliter sicut natum est agi secundo phisicorum: ergo rt. ¶ Non videtur michi q̃ ista instantia valeat. Nam aliquid potest prompte z faciliter exponi vel moueri: quod tamen non naturaliter sic mouetur: nec est aptum natum naturaliter sic moueri z hoc ex predominātia vel prestantia virtutis mouentis vel aliqua alia de causa: licet enim vnūquodq̃z tunc agatur naturaliter quando agitur sicut natum est agi. Non tamen est hoc ad propositū sicut patet intuenti. ¶ Sexta ratio z vltima est. Talibus bonum diuinū non minus preponderat bono proprio nature nec est minus diligēdum q̃ bonum cōmunitatis pro quo exponit se fortis sed ex meris naturalibus virtuosus fortis exponit se pro bono cōmunitatis z preponit z plus diligit bonum cōmunitatis q̃ bonum proprium eligēs mori pro bono cōmunitatis sicut probatur per philosophum quarto ethicorū: ergo rt. Dices q̃ fortis exponit se propter bonum proprium proprie virtutis: quia alias non esset virtuosus nisi exponeret se tempore z loco pro bono cōmunitatis z ita non exponit se propter bonum aliud a bono proprio. Dico q̃ non valet. Nam z si exponat se pro bono virtutis proprio ne cadat in vicium z turpe sicut propter finē quo: tamen se exponit propter bonum cōmunitatis quaꝫ reputat virtuosam sicut propter finem cuius modo planū est q̃ finis cuius est principalis z non finis quo et ex bonitate finis cuius actus fortis fortitur bonitatem. Unde si aliquis exponeret se morti pro cōmunitate latronum vel pro alia cōmunitate que nō esset laudabilis nō esset actus su⁹ virtuosus: quare rt. Similiter etiā vt bene sit cōmunitati eligit non esse proprium bonum z virtutē etiam nec sperat resurrectionē: quia hoc ignorant infideles virtuosi tn ꝛm virtutes politicas vel morales.

2. phisi.

resolutio doctoris

¶ Dico igitur ꝛm premissas rationes q̃ creatura itellectualis et rationalis plus debet z potest diligere deum q̃ seipsam z debet ipsum diligere super se z super omnia. Hoc potest cōfirmari per Augustinum primo retractationum. 13. Ubi dicit plus debeo me deo meo q̃ michi. Et Magister in secūdo suo dicit q̃ homo ex puris naturalib⁹ poterat vitare ossie peccatum licet non posset mereri: quare rt.

ad motia 1. opi.

¶ Ad primū aliorum dico q̃ licet amor vl'amicitia bene fundetur super vnitatem vel vnionē seu cōmunicationem non tamen maior super vnitatez idēntitatis. Cum enim amor magis respiciat bonū q̃ vnum non oportet q̃ magis diligibile sit magis vnum cum diligente sed potius q̃ magis bonum. Nec requiritur inter obiectum z potētiam vnitas idēntitatis sed proportionis. Alioquin erit cum caritas non faciat idēntitatem creature ad deū nō posset plus diligi etiā deus a creatura q̃ ipsemet per caritatē qs est contra eos ita q̃ non obstante q̃ aliquid magis sit vnum cum diligente sufficit q̃ aliquid aliud sit magis diligibile etiam ꝛm iudiciū recte ratiōis naturalis. ¶ Ad secūdū dico q̃ maior est falsa. Amor erit naturalis potest esse amor amicitie non solum concupiscētie quo aliquis seipsum diligit vel aliquid sibi. Et ita dico q̃ amore mere naturali potest diligi deꝰ perfectius z amore amicitie q̃ diligatur creatura a seipsa amore concupiscētie. Tu dicis q̃ natura semper est recurua ad se ipsam. Dico quicquid sit de natura nō rationali vl intellectuali non est verū de natura rationali z intellectuali z libera. ¶ Ad tertium dico q̃ amor ex meris naturalibus transcendit z transcendere potest naturam cuius est non soluꝫ obiectiue sed etiā intensiue vt nō solum sit obiecti nobiliorꝫ z perfectiorꝫ q̃ sit ipsa natura cuius est sed etiā actus sit perfectior z nobilior z intensior alicuius alteri⁹ q̃ nature cuius est. Nec est aliqs inconueniens sicut etiam noticia mere naturalis potest esse perfectio alicuius alterius q̃ sui ipsius. ¶ Ad quartum dico q̃ obiectum simpliciter primū z adequatum voluntatis create non est ipsa natura cuius est sꝫ magis ipse deus loquēdo de adequatione obiecti ꝛm intensionem perfectionis z proportionis nō autez equalitatis vel idētitatis. Nec talis adequatio requiritur inter obiectum z potētiam. Et dico q̃ in solo deo quietatur z quietari potest sicut i obiecto perfectissimo inter omnia obiecta sua. ¶ Ad quintum dico q̃ mensura dilectionis non est ꝛm mensuram cognitionis: licet non possimus ex meris naturalibus perfectius deum cognoscere q̃ creaturam non tamen ex meris naturalibus possumus ipsum perfectius z intensius diligere et amor intrat vbi scientia foris stat licet omnino incognita non possumus diligere. ¶ Ad vltimū dico q̃ ꝛm recte rationis naturalis iudicium creatura magis deberet eligere non esse q̃ deum non esse. Tu dicis. Nō esse non est eligibile. Dico q̃ verum est per se: sꝫ respectu maioris mali est eligendum. Et dico q̃ sine cōparatione maius malū esset deū non esse q̃ creaturā nō esse. Hec de primo articulo principali.

1. opinio.

¶ Quātum ad secūdum articulus. Est opinio sicut de primo q̃ natura rationalis vel intellectualis lapsa per peccatum pro statu lapsus habens peccatum vel sequelam peccati nō potest ex naturalib⁹ suis diligere deum super se et super omnia. ¶ Primo quia nec hoc potest creatura in rectitudine pura naturali cōstituta: ergo multo fortius nec per peccatum deprauata. ¶ Secundo sic. Quia aliter demones possent penitere: quia possent diligere deum super se et super omnia. ¶ Tertio quia alias homo posset per seipsuꝫ a peccato resurgere z ex puris naturalibus mereri vt videtur. Tum quia non minus aggrauat anima post peccatū per corpus corruptibile z impeditur a bene volendo q̃ a bene intelligendo. Sed post peccatum pro tempore lapsus anima sic aggrauatur per corpus corruptibile z deprimitur q̃ deum non potest cognoscere nisi imperfectissime: ergo rt. Corpus enim quod corrumpitur aggrauat animam: ergo voluntas sic incuruatur et obliquatur q̃ nō potest deum velle nisi imperfectissime. Non ergo potest ipsum diligere ex naturalibus suis super se et super omnia.

¶ Sed his non obstantibus dico q̃ natura q̃dam intellectiua vel rationalis q̃tumcūqz per peccatū deprauata et pro statu lapsus potest diligere deū z os sup se z sup oia ex suis naturalib⁹ absolute loquēdo z sibiipsi relicta. Hoc pz ꝛmo i demonib⁹. Nā ꝛm dtm Dionys. Nālia i ipsis remāserūt

Dionysi.

integra. Sicut ergo ex meris naturalib⁹ ante peccatum hoc ita ⁊ post sibiipsis relicti. Per idem patet hoc de animabus damnatis q̃ non subtracta ab eis influentia generali possent diligere deum super se ⁊ super omnia. Non plus enim anima vel natura hominis ꝗtum ad suam perfectionem intrinsecam ⁊ substãtialẽ fuit ꝑiorata per peccatu⁹ ꝗ natura angeli sicut dictũ est in scdo. Hoc patet de homĩe viatore. ¶ Et ad hoc adduci põt prima ratio ⁊ secũda ⁊ tertia ⁊ quarta ⁊ quinta ⁊ sexta alterius articuli: qꝛ ꝟm me naturalia intrinseca ⁊ substãtialia quibus potest homo vel posset in puris naturalibus diligere deũ super se ⁊ super omnia manẽt integra ⁊ ideo potest hoc idem post peccatũ sicut ante etiã pro statu lapsus moderno: licet nõ ita prompte vel faciliter vel expedite sicut si nõ haberet peccatũ vel sequelam seu penã peccati inflictã. Pronitas eñ ad maluꝫ magis est pena ꝗ natura.

resolutio ¶ Sic igitur omnis creatura rationalis vel intellectualis absolute loquẽdo non subtracta ab ipsa influentia generali potest diligere deũ sup se ⁊ sup omnia. Dico tñ q̃ creature dãnate ex ordinatione diuina nõ possunt habere talẽ actum: qꝛ deus ordinauit nunq̃ influere ipsis ad talẽ actum ⁊ de merito eorũ ꝟm conditionẽ status dãnatorum de quib⁹ ordinatũ est q̃ nunq̃ reuertẽtur ad bonũ. ¶ Sed de hominibus viatoribus dico ꝗtumcunq̃ deprauẽtur per peccatũ possunt tñ licet cum difficultate maiori diligere deũ super se ⁊ super omnia ex conatu voluntatis ⁊ sic etiã reuerti ad bonũ et penitere et seipsos ad gratiam de congruo preparare. Non eñ ordinauit deus de viatorib⁹ saltem de lege cõmuni sicut ⁊ de dãnatis subtrahere eis influentiaꝫ ne possint reuerti nec hoc congruit statui vie sicut patet. ¶ Adducitur etiã ad hoc vna ratio q̃ si homo pro statu nature lapse ex meris naturalib⁹ non posset diligere deũ super se ⁊ super omnia cum homo posset ĩ seipso experiri talem actũ. Sequeretur q̃ posset scire se habere habitum illum supernaturalem caritatis necessariũ ad talem actum ꝟm positionem aliorum. Sed hoc est falsum: ergo ⁊c.

ad rõnes 1.opi. ¶ Ad primũ aliorum dico q̃ de demonib⁹ ⁊ de damnatis sicut dixi prius q̃ absolute loquẽdo nisi subtraherek ab eis influentia generalis q̃ possent diligere deũ super se ⁊ super omnia ex conatu ⁊ libertate voluntatis secũdũ rectum iudicium rationis naturalis. Et dico q̃ hoc possunt viatores homines ꝗtumcũq̃ peccatores hoc fuit ꝟm argumẽtum. ¶ Ad secundum patuit in precedẽti articulo q̃ natura vel creatura in suis puris naturalibus et naturali rectitudine constituta hoc potest. ¶ Ad tertium dico q̃ homo per seipsum cum generali influentia potest in talẽ actũ ⁊ potest penitere ⁊ mereri ⁊ se ad gratiam de congruo disponere. Nec est hoc incõueniẽs. Sed q̃ caritatẽ ⁊ gratiam habeat et q̃ mereak de cõdigno sine gratia ⁊ caritate hoc est impossibile ꝟm mera naturalia vel ex meris naturalibus suis hoc est impossibile. Oportet eñ necessario q̃ deus infundat caritatẽ ⁊ gratiã habẽtibus ipsam ⁊ q̃ acceptet actum ad hoc q̃ sit meritorius. ¶ Ad quartum dico q̃ non obstante aggrauatione aliqua ipsius volũtatis vel pronitatis ad malum ex peccato vel sequela peccati pro statu nature lapse quomodocũq̃ debeat hoc intelligi. Volũtas tñ ex sua libertate ⁊ conatu potest pfectius et intẽsius diligere deum: quia super se ⁊ super omnia non obstante q̃ intellectus non possit deum ita perfecte cognoscere sicut multa alia vt dictum est supra in articulo precedenti. Nec oportet q̃ mensura dilectionis sequatur mensurã cognitionis. Nec de, secundo articulo.

¶ Quantum ad tertium articulum.

Est opinio illorũ qui ponunt primas opiniones primi articuliꝫ secũdi q̃ necessario ad actũ diligendi deum super se ⁊ super omnia ⁊ etiam meritorie necessario requiritur habitus supernaturalis infusus qui est caritas ipsa ⁊ q̃ facit aliquid ad talem actum vel ad modum talis actus. ¶ Est tamẽ vnus modus ponẽdi specialis. An caritas aliquid faciat ad actum meritorium qui dicit q̃ sic et facit gradum quendam intrinsecũ actui quo actus elicitus a voluntate cum ipsa caritate est in se perfectior et intensior ceteris paribus ꝗ actus quicũq̃ elicitus a nuda voluntate ⁊ super talem gradu⁹ corrispondentem caritati in actu fundatur ratio vel respectus meritorij in actu que quidẽ ratio nichil aliud est ꝗ respectus acceptationis passiue vel obiectiue ipsius actus ad deum acceptantem et ad premium ad quod acceptatur ⁊ est duplex respect⁹ ratiõis in actu. ¶ Est igitur causa partialis talis actus vt patet ꝟm istos et hoc cum voluntate: vt alia causa partiali. Qꝛ autem caritas ipsa aliquid faciat ad actum vel modum actus seu gradum intrinsecum probant. Tum quia caritas est influentia formalis et habitualis primi principij: vt agẽs est ⁊ reducens creaturam in finem supernaturalẽ: ergo est actiua necessario respectu actus vel alicuius modi sui seu gradus intrinseci. Tum quia habitus caritatis non est minus perfectus nec min⁹ efficax respectu actus diligendi de quo magis videtur ꝗ habitus morales adquisiti virtuosi qui tamen sunt cause actuum ꝗtum ad aliquid quia habitus est quo quis operatur cum vult. 3. de anima. Et virtus est que habentem perficit et opus eius bonum reddit et patet de intellectualibus habitibus. Nam ars in secundo phisicorũ ⁊ in quinto metaphisice reducitur ad genus cause efficiẽtis ⁊ habitus omnes in sexto ethicorum a cõmentatore ponuntur principia actuum: quia in nono metaphisice dicuntur esse potentie quedam. Tum quia caritas est per se dispositio potẽtie actiue que est volũtas: igitur per se facit aliquid ad actum. Tuꝫ quia pari ratione posset dici q̃ fides ⁊ spes nichil faciũt ad actum credendi vel sperandi ⁊ sic frustra ponũtur: quia actus per ipsas non est meritorius nec acceptus. Similiter etiaꝫ caritas frustra maneret in patria: quia nec faceret aliquid ad actum nec daret esse meritorium actui: quia actus patrie nõ est meritorius. Hoc autem est incõueniens: g ⁊c.

Caritas ad actus meritorũ an aliqd faciat 1.opinio.

rõnes auctoris.

3.de aia.

2.phis.

opi. auc. Sed ꝗtum ad presentem articulum dico primo q̃ ad actum diligendi deum super se et super omnia nõ est necessarius aliquis habitus infusus supernaturalis cuiusmodi ponitur caritas vel quicũq̃ alius. Hoc patet ex precedentibus articulis: qꝛ talis actus haberi põt ex puris naturalibus sicut pbatũ est supra. ¶ Scdo dico q̃ ad actũ meritoriũ de dignoꝛ vite ẽ ne nõ absolute loquẽdo hitus aliq̃s supnaturalis ĩfusus: ꝫ posset absolute loquendo aliquis actus esse meritorius ex dignoꝛ etiam ex diuina acceptatione sine omni tali habitu sicut pbaui ⁊ declaraui in primo distin. 17. in. 1. q. ¶ Tertio dico q̃ ꝟm diuinã ordinationẽ quã tenemus ex dictis scripture ⁊ sanctorũ ad actum meritorium necessari⁹ est habitus talis infusus. Ordinauit eñ deus q̃ nunq̃ acceptabit aliquẽ actũ cuiuscũq̃ ad vitam eternã nisi habeat talem habitu⁹ sibi infusum quasi quẽdam spiritualẽ decorẽ quo placeat ⁊ consequẽter vel cõcomitãter actus ipsi⁹ sint accepti quasi actus alicui⁹ qui placet acceptãti ⁊ est amicus licet habitus ille nõ sit ratio formaliter acceptãdi nec essendi amicũ sed concomitãter tñ ex diuina ordinatione ⁊ hoc diffusius in primo dictũ est ⁊ probatũ. ¶ Quarto ⁊ vltimo dico q̃ talis habitus infusus in merẽte nichil omnino facit ad actũ diligẽdi meritorium nec ꝗtum ad substantiam actus nec ꝗtum ad aliquẽ modum vel gradũ actus intrinsecũ plus ꝗ faceret grãmatica si deus ordinasset q̃ nõ acceptaret actũ alicuius nisi habẽtis grãmaticã. ¶ Ad hoc adduco rationes. Prima est ista. Sicut se habet fides infusa ad actũ credendi sic suo modo caritas infusa ad actũ diligẽdi Sed sicut probatum est supra fides infusa nihil facit intrinsecũ ad actũ credẽdi: ergo nec caritas ad actum diligẽdi. ¶ Secũda ratio. Ad illũ actũ nichil facit caritas qui totus ⁊ pfectus põt preesse ⁊ presupponi caritati ꝗtum ad oĩa sua intrinseca sꝫ talis est actus meritorius. Potest eñ idem actus cõtinuatus non nũc esse nõ meritorius aduenente caritate: g ⁊c. ¶ Tertia ratio. Opera mortificata prius per peccatũ per sequẽtem caritatem reuiuiscũt ⁊ iterato acceptãtur ipsa aduenienẽte. Sed planum est q̃ ad talia opera vel tales actus precedentes nichil facit caritas sequẽs: g ⁊c. ¶ Quarta ratio. Si caritas causat aliquid intrinsecũ actui meritorio. Aut hoc est substãtia actus aut gradus aliquis intrinsecus. Aut aliquis modus puta modus meritorij. Non põt dici substãtia actus: qꝛ planum est q̃ substãtia actus põt cõuenire potẽtie nude ex naturalib⁹ sicut probatũ est supra. Nec gradus intrinsecus qui est alteri⁹ eiusdeꝫ rationis. Nã sicut potẽtia nuda põt in substãtiam actus ita ⁊ in quẽlibet gradũ intrinsecũ actus ⁊ eiusdẽ rationis cuꝫ toto actu. Unde sicut ex modico conatu põt voluntas elicere actũ imperfectũ: ita ex maiori pfectiorẽ actum ⁊ intẽsiorem vt videk nec ad aliquẽ modum alium: quia modus ille vel esset aliquid reale vel rationis. Si rationis puta respectus rationis actus ad deũ acceptãtem ad premiũ ipsum. Planũ est q̃ illũ respectũ nec aliquod sibi intrinsecũ facit volũtas caritas vel ratio vel intellectus. Si sit aliquid reale aut absolutũ est aut respectiuum ⁊ nõ est dare quid est iste modus vnde ⁊ fictus videk. ¶ Quĩta ratio. Si habitus est causa partialis actus diligẽdi deum sicut species suo modo respectu act⁹ intelligẽdi sicut ponit ĩ illo modo dicẽdi supradicto. Sequik q̃ si esset separatus ita posset esse cã actus meritorij sicut etiã si spes esset separata idem faceret ad actũ q̃ coniuncta ꝟm eos etiã ⁊ sic habitus separatus mereretur q̃ est incõueniens. ¶ Sexta ratio: quia aliquis nõ habẽs caritatẽ ita intense ex conatu voluntatis põt deũ diligere sicut habẽs caritatẽ nec oppositus in aliquo experimur. Uñ etiã et aliquis vsq̃ ad mortẽ potest alium diligere ⁊ ponere animã suam sine omni caritate infusa: g similiter ⁊ deum. Alioquin si nõ posset hoc cũ possit aliquis scire se diligere deuꝫ etiam vsq̃ ad mortẽ pro ipso libẽter sustinẽdam posset scire seipsum esse in caritate ⁊ habere caritatem infusam ad talẽ actum necessariaꝫ vt videtur. ¶ Dico igitur ꝟm predicta q̃ habitus caritatis nõ obstante q̃ ponatur necessarius ad actum merendi modo supradicto ex ordinatione diuina nichil tamen facit ad actum nec ad aliquid intrinsecum actui.

ad rõnes aliorum. ¶ Ad primũ aliorum dico q̃ caritas est habitus quidam influxus a deo vel infusus ad illud q̃ dictum est supra sed non vt sit principium actus vl lo modo. ¶ Ad secundum dico q̃ nec habitus adquisiti sunt principia actuum nec ꝗtum ad substãtiam actus nec ꝗtum ad aliquẽ modum actus: sed tãtum sunt dispositiones potentiarum quibus habitis potentie exeunt prompte ⁊ faciliter in actus licet illi habitus nichil faciant ad tales actus. Sicut suo modo ignis approximatus stupe prompte ⁊ faciliter agit in ipsam ⁊ non sic elongatus: et tamen approximatio in igne nichil facit ad talẽ actũ nec ꝗtum ad substãtiam nec ꝗtum ad modum aliquẽ ipsius actus. Nec etiam inclinat ignẽ ad actũ sicut patet. Non enim plus inclinatur ignis proximus stupe ad comburendum ꝗ ignis remotus sicut patet. ¶ Si dicas q̃ habitus cum sit nobilior specie creata nõ est minus actiuus ꝗ species intelligibilis. Dico quicquid sit de maiori vel minori nobilitate q̃ non est necessarium ponere de vno sicut de alio: quia ante speciem non habetur nec põt haberi actus sicut ante habitum/ ⁊ cũ intellectus possibilis contineat virtualiter habitum: ⁊ per consequens quicquid posset causare habitus adquisitus non est necessarium ponere q̃ habitus coagat. Nõ sic autem continet virtualiter speciem: quare ⁊c.

Et sic possunt intelligi omnes probationes adducte ad q̃ pro tanto verificantur: quia habitus sunt dispositiones vel perfectiones quibus habitis potentie actiue faciliter ⁊ prompte exeunt in actum: licet ipsis nõ habitis absolute possent exire in act⁹ Quod patet: quia exeunt in actus consimiles ante generationẽ habitus. Modo dico etiam q̃ sic non est de talibus infusis qui non generantur nec sunt generabiles ex actibus nõ obstante q̃ in se sint nobiliores ⁊ perfectiores: quia sunt simpliciter supernaturales. Nec sunt in potestate nature in seipsis: nec in aliquibus alijs eiusdem rationis cum ipsis. ¶ Ad tertium dico q̃ licet habitus sit dispositior perfectio potentie non tamen est causa actus vt dictum est. Nec oportet hoc quod assumitur in maiori. ¶ Ad quartum dico q̃ fides et spes vt dixi supra nichil faciunt ad actum credendi vel sperandi: et tamen non sunt frustra: quia sine ipsis ordinauit deus nunq̃ acceptare actum nec aliquem sibi placere saltem pro statu vie tanq̃ sine iocalibus suis: licet non sufficiant ad acceptationem actus: sed cũ hoc etiam caritas requiratur. Similiter etiam caritas non manet frustra in patria licet actus beatificus nõ causetur ab ipsa nec sit meritorius per ipsam: quia est ad decorem et perfectionem mentis.

¶ Dices. Quomodo ergo dicit Gregorius q̃ amor dei nũq̃ est ociosus. Operatur enim magna si est. Si autem operari renuit amor non est.

Dico q̃ pro tanto dr caritas operari: qz est pfectio operantis et dispositio et habens ipsam operatur magna non q̃ caritas infusa sit principium operãdi. Hec de tertio articulo.

Ad prin cipales rationes

¶ Ad primum principale respondet q̃ ẜm propositionẽ Aristotelis prius originе diligit aliquis seipsuz q̃ aliũ: sed nõ sequitur q̃ magis z perfectius z prius perfectione. Aliter dicitur q̃ amicabilia zc. Verũ est pro tãto: quia signũ amicitie ad aliũ est quãdo facio sibi qd̃ z mihi vel quãdo volo sibi bonũ sicut mihi. Non quin possim ipsum plus diligere z magis velle sibi bonũ q̃ mihi. Unde ipi deo pōt creatura velle amore amicitie maius bonũ q̃ sibi possit velle vel saltẽ magis debet complacendo in bono diuino qd̃ habet z est amor nõ beneficẽtie: quia deus bonozũ meozũ non eget: sed est amor beniuolẽtie. Non quo quis vult alteri bonũ non habitũ sed quo ꝓplacet in bono tã habito ab illo quẽ amat. ¶ Ad scm dico q̃ caritas nõ est necessaria ad talem actum nisi modo supradicto ad actũ meritozium z sic saluatur auctoritas apostoli. ¶ Ad tertiuz dico de Bernardo q̃ ipse intẽdit q̃ diligere propter seipsum z omnia ꝓ pter ipsum meritozie supple sunt supnales gradus nõ q̃tum ad actus vel modos aliquos seu gradus aliquos actib⁹ intrinsecos ita q̃ in tales actus non possit natura. Sed quia cõmuniter tales actus stãt cum habitu supernaturali z ad hoc q̃ sint meritorij oportet q̃ habitus concomitetur zc.

¶ Distinctionum. xxviij. xxix. z. xxx.
Questio Unica.

Circa distictiões xxviij. xxix. z. xxx. quero vnã questionẽ tm̃. vtrũ scilicet solus deus sit obiectũ caritatẹ.

¶ Videtur q̃ sic. Solus deꝰ est obiectũ per se virtutẹ theologice. Sed caritas est virtꝰ theologica: g̃ zc. ¶ Secũdo sic. Sicut se habet amor naturalis ad obiectũ naturale sic supernaturalis ad supernaturale. Sed obiectũ amoris naturalis videt esse naturale tm̃ igitur obiectũ amoris supnaturalis vl caritatẹ est supnaturale tm̃ puta deꝰ. ¶ Tertio sic. Si aliquid creatũ est obiectũ caritatis cũ respectu illius possit esse in voluntate amor naturalis. Sequitur q̃ simul in eadem volũtate erũt duo habitus amoris z per ꝓns ibidem poterũt esse duo actus simul. Hoc autẽ est falsum: g̃ zc.

¶ Contra Non solum deus diligẽdus est ex caritate vel ẜm caritatẽ: sed etiam tenetur quis seipsum z amicũ z inimicum z multa alia: ergo zc.

¶ In ista questiõe sic pcedã.

¶ Primo inquirã vtrũ deus sit per se primũ obiectum caritatis z sub qua ratiõe. ¶ Scdo inquirã de obiectis secũdarijs ex parte persone diligẽtis. ¶ Tertio ex parte aliozum a diligẽte vel habente caritatem. ¶ Ultimo ad rationes.

de⁹ an. 1. obiectuz cari. zc.

¶ Quãtum ad primum conueniũt omnes q̃ deus est obiectum per se primum habitus caritatis. Tum quia ipsa est virtꝰ theologica. Tum non habet minus nobile obiectum q̃ fides. Tum idem est obiectum fruitionis beate et caritatis que manet etiã in patria. Tuz qz pfectissimus habitus dilectiuus respicit pro obiecto q̃ se primo supremũ diligibile in quo solo pōt diligens pfecte quietari. Tale autẽ est deꝰ: g̃ zc. Sed de ratione ẜm quã deus est obiectũ formale p se primuz ipsius caritatis dubiũ est apud aliquos. ¶ Et dicũt aliqui de hoc q̃ deus est primũ z formale obiectum caritatis z actus diligẽdi deũ meritozie ẜm q̃ est pncipiũ z finis boni nostri supnaturalis. puta gratie z glozie z sic vt est bonũ nostrũ beatificũ supnaturaliter. Hoc probãt. Tum qz deus est obiectũ amoris naturalis ad ipsum ẜm q̃ est principiũ et finis boni naturalis ipsius creature vt videtur. Tum qz ratio formalis in obiecto accipiẽda est ẜm mediũ ductiuũ vel motiuũ ipsius potẽtie ĩ tale obiectuz. Modo tales pfectiones supnaturales sunt media inductiua z motiua voluntatis ad diligẽdũ deũ ex caritate z amore supnaturali. Tũ qz si deus nõ esset bonũ creature beatificũ. dato q̃ in se esset summũ bonũ nunq̃ esset diligẽdus a nobis caritatiue. puta si esset vnus deus alius qui nõ beatificaret nos. Sicut etiã si esset vnus alius deus qui nõ conferret nobis bona naturalia nec intromitteret se de isto mũdo nõ esset diligẽdus naturaliter a nobis: g̃ zc. ¶ Dicũt igitur isti q̃ deus est obiectũ caritatis inq̃tum summũ bonũ in se z nobis nec alterũ sufficit z inq̃tum summũ bonũ supnaturale nobis cõferens bona supnaturalia gratie z glozie q̃ est obiectũ amoris naturalis circa ipsuz vt est summũ bonũ nobis cõferẽs bona nature vt principiuz z finis nostrozũ naturaliũ: z ita nõ ẜm eandẽ rationẽ formalem est obiectum caritatis z amoris naturalis vt patet ex predictis. Nã amor naturalis ad rationẽ supernaturalẽ in obiecto attingere nõ pōt sed solũ amor supernaturalis qui dicit caritas.

¶ Contra istaz opinionẽ arguo. Primo sic. Obiectũ habitus pfectissimi dilectiui nõ potest accipi nisi sub ratiõe vel ẜm rationẽ formalẽ nobilissimã z pfectissimã. Sed caritas est talis habitus ratio autẽ boni nostri q̃ scz deus sit bonus nobis vel bonũ nostrũ non est ratio nobilissima in deo. Non ẜm ratio nobilissima aliqua in deo accipitur per cõparationem ad nos: ergo zc. ꝗ. 1. precedẽn. opi.

¶ Secundo sic. Deus ẜm q̃ bonum nostrum magis est obiectum affectionis ꝗmodi q̃ affectionis iusti vt patet. Sed caritas pertinet magis ad affectionem iusti: quare zc. ¶ Tertio sic. Si deus est obiectum formale caritatis inq̃tum bonũ nostrũ. Aut inq̃tum bonum nostrum actualiter aut aptitudinaliter. Si aptitudinaliter cum illa aptitudo nichil reale sit in actu sequit q̃ ratio formalis obiectiua caritatis non sit aliquid reale in actu. Si actualiter tunc cum hoc non dicat in deo nisi respectum rationis ad nos quozum est bonum gratificãdo nos z beatificando: sequitur q̃ respectus rationis sit ratio formalis obiectiua caritatis. Hoc autẽ est falsum: ergo zc. ¶ Quarto sic. Caritas non querit q̃ sua sunt. 1. ad Corin. 13. Sed si obiectũ caritatẹ esset deꝰ inq̃tũ bonũ nostrũ caritas q̃reret q̃ sua sunt: g̃ zc. ¶ Confirmat hoc: qz amor caritatiuꝰ pncipaliter z respectu pncipalis obiecti ẽ amor 1. ad Corin. 13.

amicitie. Amor autẽ amicitie est amor quo diligit amicus in se z bonũ amici. Patet. 9. ethicorꝫ. Unde amicus nõ solum amat bonũ proprium et gaudet de bono proprio: sed amat bonũ amici z gaudet de bono amici sicut etiã tristatur de malo amici in se. Cum igit amor caritatiuus sit amor amicitie principaliter dico breuiter q̃ respicit pro obiecto primo formali z principali bonũ diuinũ in seipso vel deũ qui amatur in seipso: z cuius bonũ intrinsecũ placet amãti z de tali bono z perfectione diuina intrinseca gaudet amans caritatiue deum z in ipso et de ipso delectatur.

opi. doc.

¶ Sic igitur dico q̃ impossibile est esse talem rationẽ obiectiuam caritatis nec per se includi in per se ratione formali obiectiua ipsius caritatis. Si ẜm dicas q̃ deꝰ nõ est obiectũ primũ caritatis inq̃tum bonũ nostruz tm̃: sed oportet cõcurrere cum hoc q̃ sit summũ bonum in se: tũc non erit per se vna ratio formalis obiectiua: sed tm̃ per accidẽs. quia summũ bonũ in se est ratio boni nostri vel nobis nõ faciunt vnuz nisi per accidẽs z sic habitus caritatis non erit vnꝰ per se: quare zc. ¶ Dico igitur q̃ deus ẜm propriã rationẽ absolutam proprie deitatis qua deus est debet poni obiectũ formale per se primũ ipsius caritatis. Et hoc probo. Tum quia ẜm istã rationẽ est obiectũ sue caritatis z beate visionis create z fruitionis. Per istã ẜm rationẽ formaliter beatificat. Tum quia circũscripta omni alia ratione in ipso q̃ possibile vel impossibile adhuc esset obiectũ conueniens caritatis. Unde z si poneret alius deus per impossibile dico q̃ esset obiectum cõueniens caritatis alicuius licet nõ eiusdem rationis forte cum caritate nostra vel forte eiusdẽ ratiõis nõ curo modo. Tum quia in idem obiectũ formale tẽdit fides spes z caritas. Idem ẜm obiectum formale ẜm eãdem rationẽ per actum credẽdi intelligitur vel pretentatur z per actũ sperandi expectatur z per actũ amandi diligitur. Sed deus est obiectum fidei ẜm propriam rationẽ deitatis: vt ostensum est supra: g̃ zc. ¶ Dices q̃ nõ sed ẜm rationem bonitatis. Dico q̃ licet ratio bonitatis sit cõcomitans nõ est tamen ratio formalis obiectiua qz ẜm me bonitas vt distinguitur ab entitate vel deitate non dicit aliqd positiuum reale sed tantum vel respectuz rationis ad voluntatẽ seu ad velle diuinũ vel negationẽ imperfectionis cuiuscũq̃ modo nullus respectus rationis nec aliqua negatio potest eẽ ratio formalis obiectiua caritatis sicut etiã dixi supra de obiectiua ratione fidei q̃ nõ pōt esse ratio veritatẹ. ¶ Secundo dico de hoc q̃ idem formale obiectũ ẜm eandem rationẽ potest esse amicitie naturalis z caritatis deus ipse. Nec est aliquod incõueniens q̃ duo habitus tales quozũ vnus est naturalis z adquisitus: et alter supernaturalis z infusus sint respectu eiusdẽ obiecti formalis: sicut etiam dictũ est supra de fide adquisita z infusa circa deum. ¶ Tertio dico q̃ ex predictis apparet nullam rationẽ esse ĩ obiecto diuino quã respicit caritas ad quã non possit attingere amor mere naturalis sine omni caritate. Nulla est ẜm ratio que nõ possit presentari per fidez adquisitã sine fide quacũq̃ infusa: quia ad actũ credẽdi nõ est necessaria fides infusa sicut ostẽsum est supra z dato q̃ esset necessaria fides tm̃ oia possunt presentari per fidẽ infusam informẽ sine caritate: z per consequẽs diligi sicut dictum est supra. Sic igit patet de obiectõ per se primo ipsiꝰ caritatẹ.

¶ Ad primũ aliozum dico sicut patet ex dictẹ q̃ deus est obiectũ amoris naturalis vel saltem esse potest ẜm rationẽ deitatis sue qua fundamẽtaliter est summũ bonũ. Et dico vlterius q̃ proprie loquẽdo non est obiectum per se formale amoris naturalis vt principium vel finis amoris naturalis: quia ista non dicunt in deo ẜm actũ nisi respectus rationis ad creaturam licet bene sint rationes concomitãtes vel precedẽtes in obiecto diuino amorẽ naturalem. ¶ Ad secũdum dico q̃ ratio formalis obiectiua nõ est sic accipiẽda in obiecto: vt ipsa sit cuiuscũq̃ medium deductiuum vel etiã inductiuũ voluntatis ad amandũ vel dic q̃ primũ motiuuz z inductiuum volũtatis ad amorẽ caritatiuum non est illa: quia scz sit bonum nostrũ zc. sed qz est deus z per consequẽs summũ bonum modo supradicto. ¶ Ad tertiũ dico q̃ si deus qui est modo non esset principium aliquod boni creature per impossibile Ita q̃ posset stare creatura sine hoc q̃ deus principiaret ipsam adhuc esset obiectũ conueniẽs z debitum caritatis create que ponitur modo si esset z poneretur in creatura. Quãdo dicis de alio deo q̃ si poneretur nõ esset diligendus ex caritate. Dico q̃ si idẽ habitus posset esse respectu duozum deozum tũc alius deus esset obiectũ conueniens caritatis. Si nõ tunc nõ obstat proposito: quia q̃ caritas nostra nõ esset obiectiue alterius dei hoc nõ eẽt: quia alter deus nõ esset bonũ nostrum sed qz alterius rationis respectu autẽ duozum primozũ obiectozum alterius rationis non potest esse idẽ habitus sicut diceret aliquis nõ curo. Quicquid autẽ sit de hoc dico q̃ de deo nostro quẽ habemꝰ nõ circũscripto per impossibile q̃ nõ esset pncipiũ boni nostri in aliquo nec ipsiꝰ caritatẹ q̃ adhuc esset obiectũ conueniẽs caritatis ẜm quã deberet diligi sup oia z ĩ se z ꝓpter seipm̃. ¶ Ad vltimũ qd̃ tangit in vltimo dicto positionis aliozũ q̃ amor naturalis attingere nõ pōt ad aliquã rationẽ supnaturalẽ in obiecto diuino. Nõ tm̃ sic supnaturalis quin possit attigi ab aliquo ex meris naturalibus sine quocũq̃ habitu infuso q̃ ex pte intellectꝰ in credẽdo siue ex pte affectus in amãdo. Non ẜm video q̃ magis possit attingi ratio deitatẹ vel magẹ sit nãlis vel minꝰ supnaturalẽ q̃ rõ glorificatiõis vel hmõi z qz actꝰ mere nãlis ex pte pncipij vel subiecti nõ possit attigere ad aliquam talẽ rationẽ ideo zc. Hec de primo articulo pncipali.

ad rõnes 1. opi.

¶ Quãtum ad secũdum articulũ de obiectis secũdarijs caritatis ex parte diligẽtis vel habẽtis caritatẽ. Dico q̃ habẽs caritatẽ debet diligere seipm̃ animã z corpus suũ z ꝓtutes suas z actus bonos z hoc siue sint adquisite siue infuse nõ stando in istis sicut in fine: sed ista referẽdo in deum z diligẽdo ista in ordine ad deũ z ista magis vel minus potest cũ caritate diligere ẜm q̃ magis vel minus pfectius vel imperfectius ordinant vel ordinãt in deum qui est finis vltimus z deꝰ ipsius diligentis z summum bonum eius z debet esse summe dilectus. Unde magis debet diligere se totum q̃ aliquam partem sui z magis animam q̃ corpus et magis virtutes infusas quam adquisi-

de obiec. secũd. cari. ex pte dili.

tas ⁊ inter infusas magis caritatem q̃ alias ⁊ magis bona spiritualia q̃ corporalia vel naturalia ceteris paribus ⁊ magis naturalia vel corporalia q̃ fortuita vel tẽporalia. ¶ Et dico q̃ respectu oĩm istorum obiectorum secũdariorum idem est habit⁹ infusus numero in habẽte cum illo qui est respectu dei vt obiecti primariĩ sicut dictũ est supra de fide. Ita caritas infusa non multiplicatur nec variatur ꝫm obiecta secũdaria. Sed dico q̃ caritas adquisita vel amicitia nõ est idem numero habitus respectu obiectorum secũdariorum sed multiplicaꝶ necessario sicut dictũ est supra de fide ⁊ potest suo modo probari hoc sicut supra de fide dicebaꝶ. Hec de secundo articulo principali.

de obiec. scda. car. ex pte alte. pso.

¶ Quãtum ad tertium articulum de obiectis secũdariis se tenẽtibus ex parte alterius persone a diligẽte. ¶ Dico q̃ illa obiecta sunt multa sicut videri potest in cõmunib⁹ scriptis tñ inter illa dicũtur esse proximus ⁊ amicus ⁊ inimicus. Et dico q̃ oẽs istos pro statu vie ⁊ in statu vie existẽtes habẽs caritatem pro tẽpore ⁊ loco debet diligere ⁊ affectu ⁊ effectu precipue in tempore necessitatis ⁊ quãdo potest cum effectu. Et dico q̃ per proximũ intelligitur omnis homo viator et omnis decedẽs in gratia vel qui decessit habẽs aliquid purgabile quare detinetur in purgatorio. Et similiter omnes sancti ⁊ electi dei siue homines siue angeli qui omnes ordinãtur in deum vel ordinari possunt vt cõmunicẽt bonũ diuinũ qõ est deus ⁊ obiectum diuinũ per rationem deitatis que ponit ratio formalis obiectiua caritatis. De dãnatis vero non puto q̃ sint diligẽdi ab habẽte caritatẽ saltem ꝫm q̃ huiusmodi. Unde ⁊ Origenes super illud. Et odio habebis inimicum tuum per inimicũ accipit dyabolũ. Et consimiliter potest accipi de quolibet dãnato. Si tñ sunt diligẽdi aliquo modo hoc est ꝫm naturam suã qua sunt ad imaginem dei ⁊ naturaliter in deũ ordinãtur sicut in finẽ vltimũ per propriam rationẽ deitatis. ¶ De amico ⁊ inimico dicitur q̃ habẽs caritatem vtrũq̃ debet diligere pro loco ⁊ tẽpore. Non sic q̃ inimicitia in inimico sit ratio diligẽdi ipsum nec etiã sit dilecta in ipso: sed persona eius sit dilecta. Debet autẽ vterq̃ diligi pro loco ⁊ tẽpore ⁊ amore beniuolentie quo diligẽs vult bonũ salutis dilecto ⁊ orat pro eo. vnde non debet aliquis excludere inimicum etiã alterius legis ab oratione sua cũ orat pro alijs ⁊ amore beneficentie pro loco ⁊ tẽpore necessitatis quando potest ⁊ nõ est alius qui faciat. Hec ratio inimicitie ꝯ minuere actũ diligẽdi nec augere: q̃ in inimico est q̃tuꝫ ad personã eadẽ ratio diligẽdi sicut in amico. Verum est tñ q̃ magis meritorium est diligere equaliter vel plus inimicum q̃ amicũ: quia difficilius est ceteris paribus ⁊ non inclinatur sic homo nec iuuatur ad diligẽdum inimicũ sicut amicum. Et ideo q̃ illud sit ex maiori conatu voluntatis ⁊ actus sit perfectior ⁊ intensior ceteris parib⁹

Orige.

¶ De alijs pluribus ad hanc materiam pertinẽtibus require in cõmunibus scriptis. Ratio autẽ cõmunis quare quilibet debet diligere proximũ qui est in statu salutis vel in via vel potest esse sicut quilibet viator ponitur: quia diligẽs alium debet velle q̃ quilibet ali⁹ cui nõ repugnat hoc diligat etiã ipsum ⁊ ideo sicut aliquis diligit deum debet velle q̃ proximus diligat ipsum ⁊ ad ipsum attingat et hoc est diligere proximũ debent ergo diligere proximos ⁊ nunq̃ odire eos. Unde semp tenẽtur ⁊ p semper non odire non velle eis malum culpe preciue ⁊ dãnationis licet nõ pro semper teneantur diligere eos sed pro tẽpore ⁊ loco ꝫm preceptũ affirmatiuum. Hec de tertio articulo.

¶ Ad primuꝫ principale dico q̃ licet solus deus sit obiectum per se primariuꝫ ⁊ formale virtutis theologice. Puta caritatis tñ bene aliqua creata sunt obiecta secũdaria sicut dictũ est supra de fide que habet aliqua alia a deo pro obiectis secũdariis sicut spes ⁊c. ¶ Ad secũdum patet ex dictis in corpore questionis q̃ amor naturalis ⁊ supernaturalis nõ oportet q̃ distinguanꝶ ex parte obiecti: immo q̃ omne obiectũ amoris supnaturalis puta caritatis potest esse obiectũ amicitie naturalis. Naturalis dico quia habite ex puris naturalibus. ¶ Ad tertium dico sicut dictũ est supra de fide q̃ in voluntate simul possunt esse duo amores habituales respectu eiusdem obiecti scilicet amor adquisitus ⁊ quasi vniformiter posset hoc probari sicut probatum est ibi de fide. Hec est hoc aliquod incõueniens. Tu dicis eadẽ ratione simul poterunt stare in voluntate duo actus. Dico q̃ nõ sequitur. Non enim sic habitus perficit potẽtiã sicut actus ⁊ preterea dico q̃ habitui caritatis infuse nullus actus proprius correspondet sicut dictũ est supra.

ad rõnes pncipa.

¶ Distinctionis Trigesimeprime. Questio Vnica.

Circa distictionem Trigesimamprimam quero. vnam questionem. Utrũ scilicet sola caritas inter virtutes infusas maneat ĩ patria ⁊ nõ euacuetur. ¶ Videtur q̃ nõ maneat sicut nec alie q̃. 1. ad Corin. 13. Cum venerit quod perfectum est euacuabiꝶ qõ ex parte est ⁊ imperfectum. Sed caritas vie est imperfecta respectu caritatis patrie: g̃ illa adueniente euacuabitur ista. ¶ Secũdo sic videtur q̃ si caritas maneat oportet fidẽ manere ⁊ spem: q̃ fides spes ⁊ caritas sunt idem habit⁹ essentialiter vt videtur: licet distinguãtur formaliter sicut etiã ⁊ subiecta ipsarum. Puta intellectus ⁊ voluntas. Hec est necessitas aliqua ponẽdi q̃ sint plures habitus vt videꝶ: g̃ si vna manet puta caritas videꝶ q̃ alia maneãt puta fides ⁊ spes. ¶ Item si fides ⁊ spes nõ manerẽt hoc eẽt ꝓpter incõpossibilitatẽ ad statũ vel actũ patrie: sed isti habit⁹ nullã habẽt incõpossibilitatẽ ad statũ vel actũ patrie quicq̃d sit de actib⁹ earũ vel eorũ sicut dicetur infra: g̃ ⁊c.

Contra prima ad Corinthi. 13. dicitur q̃ sola caritas nunq̃ excidit et de alijs dicitur q̃ cessabunt ⁊ euacuabuntur.

ad co. 13.

¶ In ista questiõe sic procedã

¶ Primo ĩquirã de habitu fidei ⁊ spei an possint manere in patria. ¶ Secũdo de actibus earũdem. ¶ Tertio pcludã an sola caritas maneat de facto ⁊ qũo ⁊ ad quid. ¶ Ultimo ad ratiões pncipales.

Hitus fidei ⁊ spei an manent ĩ patria. pria opi.

¶ Quantum ad primuꝫ articulum. Est vna opinio q̃ habitus fidei ⁊ spei non possunt manere in patria cũ visione ⁊ fruitione beata. Hoc probatur. Primo de fide. Secũdo de spe.

¶ De fide arguitur sic. Habitus inclinãs in actũ incompossibilem primo est incõpossibilis statui patrie/ ⁊ per pñs nõ manet. Sꝫ fides est huiusmodi q̃ inclinat in actum respectu obiecti non visi nec euidentis: q̃ fides est non apparentiũ ⁊ ea que videntur non hñt fidem sed agnitionẽ ꝫm Gregoriũ. Sicut igitur actus fidei est incompossibilis visioni q̃ sequeretur idem obiectum simul eẽ visum ⁊ non visum ita ⁊ habitus inclinãs ad talem q̃ incõueniẽs est habitum posse manere pro aliquo statu pro quo nõ possit habere actum suum. ¶ Secũdo sic. Adueniẽte perfectiori lumine cessat necessario imperfectius lumen vel cedit in vnũ cum ipo vt videꝶ. igitur adueniente lumine glorie habituali necessario cedit lumen fidei imperfectũ vel fit vnũ cũ ipo. Sꝫ non potest fieri vnum cũ ipo q̃ sunt alteri⁹ ⁊ alterius speciei ⁊ rõnis. ergo cedit lumen habituale fidei nec manet fides q̃tum ad habitum. ¶ Tertio sic. Actui alicui perfecto in aliqua potẽtia non solum est incompossibilis actus oppositus: sed etiaꝫ habitus sicut actui perfecto temperãtie non solum est incõpossibilis actus intempantie sed etiam habitus. Sed actus visionis perfectus est. igitur non solum sibi repugnat actus sibi oppositus puta act⁹ imperfectus fidei ⁊ enigmaticus sed etiam habit⁹ fidei vt videꝶ. ¶ De spe arguitur. Primo sicut arguitur de fide q̃ inclinat ad actum incõpossibilem patrie q̃ actus sperandi est respectu obiecti absentis. Non aũt visi vel presentis. Unde ⁊ apostolus dicit q̃ spes que videtur nõ est spes ⁊ q̃ quis videt quid sperat. ergo ⁊c. ¶ Secũdo sic. Illud non manet in patria quo posito in aliquo non est beat⁹. Sꝫ spe posita in aliquo sequitur ipm nõ esse beatum. Probatio q̃ spes est habitus credendi in terminũ non aũt quiescendi in termino. ergo ⁊c. ¶ Tertio sic quia magis est compossibilis spes statui dãnatorum q̃ beatorum: q̃ magis distant a fine ⁊ termino ⁊ obiecto separato ⁊ non habent ipm pñs ⁊ visum sicut beati. Sed spes nõ est neceẽ potest in damnatis. ergo nec in beatis. ¶ Dicunt igitur isti q̃ impossibile est absolute habitum fidei ⁊ spei manere ĩ patria ⁊ per consequens oꝫ tales habitus euacuari ⁊ non manere.

Gregor.

Opi. auctoris.

¶ Sed istam positionem nõ intelligo esse verã. Videꝶ enim mihi q̃ absolute loquẽdo habitus fidei ⁊ spei possunt manere in patria: ita q̃ nullã incõpossibilitatẽ habent nec repugnantiam formalem ad actum aliquem vel habitum glorie vel patrie. ¶ Et hoc pbo sic primo. Fides ⁊ spes non habẽt maiorem repugnantiam nec incõpossibilitatẽ ad aliquẽ habitum vel actum glorie q̃ duo cõtraria in suis intelligentijs circa idem subiectum vt patet. Sed duo contraria possunt simul stare sicut pbatũ est supra in quadã questione. ergo ⁊c. ¶ Secũdo sic. Fides ⁊ scientia nõ habent repugnantiam formalem nec incõpossibilitatem in eodẽ intellectu de eodẽ obiecto sicut ostensum est in prima questione primi. Nõ obstante q̃ fides non faciat euidentiã de obiecto ⁊ scientia faciat euidentiam. ergo similiter nec isti habitus habent repugnãtiam ad habitũ vel actũ glorie nõ obstante q̃ per gloriam obiectum sit euidẽs ⁊ pñs nõ aũt per fidem nec per spem. Dices q̃ euidentia obiecti maior est ⁊ perfectior in patria. Dico q̃ nõ est vis de hoc ne facit ad ꝓpositum. Nam non plus repugnat fidei maior euidentia q̃ minor quia si aliquam excludit omnem excludit. ¶ Tertio sic. Scientia ⁊ opinio ⁊ fides omnia stant simul Non obstante q̃ opinio non faciat certitudinem ⁊ alie faciant. ergo similiter in proposito. ¶ Quarto sic. Paulus in raptu suo vidit diuinam essentiã ꝫm Augustinũ penultima questione ad Orosium. Sed non est pbabile q̃ tunc perdiderit habitũ fidei: igitur habitus fidei stat cum visione ⁊ pari ratione habitus spei. ¶ Hoc potest etiã confirmari per Augustinum. 83. q. q. 48. Ubi dicit q̃ aliquorum est fides que possunt intelligi ⁊ aliquãdo ĩtelliguntur. Ex quo videtur dicere q̃ non repugnat fidei q̃ suum obiectum ipa manẽte sciatur vel videatur seu ĩtelligatur. Dico igitur q̃ nullam video repugnãtiam istorum habituũ ad aliquem habitũ vel actũ glorie ⁊ ita possunt absolute loquendo nec opꝫ eos euacuari in gloria vel etiã nõ manere.

August.

¶ Ad primũ aliorũ de fide. Dico q̃ maior nõ est vera. Nam habitus quicunq̃ põt stare cum negatione vel priuatione actus non obstante q̃ inclinet ad actum oppositum ⁊ incõpossibilem illi negationi. Et similiter dico in proposito dato q̃ fides inclinaret ad actum incõpossibilem statui patrie nõ tamẽ ꝓpter hoc eẽt incõpossibilis actui vel statui patrie Ad maiorem. Dico q̃ habitus fidei infusus nõ inclinat ad aliquẽ actum nec facit aliquid ad aliquẽ actum sicut dictum est supra. Et dato q̃ inclinaret ad actum incõpossibilem adhuc ratio non ꝓcludit ¶ Ad secundum dico q̃ nõ oportꝫ maiori lumine adueniẽte cedere minus lumen vel fieri vnũ ex ipis Nam de luminibus eiusdem rõnis dictum est in secũdo q̃ possunt esse duo lumina distincta eiusdem rationis in eadẽ parte medij illuminabilis nec altero adueniẽte lumine siue sit maius siue minus opꝫ aliud cedere vel fieri vnum ex ipis. De luminibus etiam alterius rõnis cuiusmodi sunt lumen fidei ⁊ glorie. Dico q̃ nec est necessarium pstitui vnum lumen ex ipis nec oportet q̃ alterum cedat q̃ nullaꝫ habent incõpossibilitatem vel repugnãtiam formalem sicut probatum est supra. ¶ Ad tertium dico primo q̃ nõ sic opponũtur habitus fidei ⁊ luminis glorie ⁊ actus credendi ⁊ videndi sicut opponũtur tempantia ⁊ intẽperantia ⁊ actus ipozum: ⁊ ideo non sequitur q̃ si actus perfectissim⁹ tempantie nõ potest stare cum intemperãtia q̃ actus visionis nõ possit stare cum fide. Secũdo dico q̃ nõ video necessitatem quare actus temperantie perfectus non possit stare cum habitu intempantie ex quo nõ habent formalem requgnãtiam. Unde ⁊ vlterius dicendo puto q̃ habitus temperãtie ⁊ intemperãtie possent simul stare saltem virtute diuina sicut dictũ est supra de duobus ꝓtrariis in eodẽ subiecto. q̃re ⁊c. ¶ Ad primum de spe. Dico ad maiorem sicut dictum est ad primum de fide. Ad maiorem dico primo sicut dictum est de fide infusa nõ inclinat ad aliquem actum. Et dato q̃ inclinaret ad actum incompossibilem nõ tamen habitus eẽt incõpossibil.

Ad rões 1. opi. de fide.

Ad rões 1. opi. de spe.

¶ Ad secũdum dico q̃ spes habitu posita ĩ aliquo

nihil impedit ipm esse beatum. Tu dicis spes ē habitus credendi nō ergo quiescēdi. Dico q̃ bene cōcluditur q̃ spe nō est aliquis beatus nec sicut actu nec sicut habitu: sed quin possit stare cū actu vel habitu beatifico non ꝓcluditur. ¶ Ad tertium dico q̃ nō video habitum spei incompossibilem esse statui damnatorum nō dico de actu sicut etiam nō est incompossibilis statui eorꝫ fides infusa ⁊ informis Vel dic q̃ licet incompossibilis sit statui damnatorum spes qꝫ sunt desperati nō tamen beatorū. Tu dicis damnati magis sunt remoti ⁊ absentes. Dico q̃ sic sint remoti a bono diuino q̃ ei cōiungi nō possunt: ⁊ ita magis repugnat eis habitus spei q̃ beatis. Hec de primo p̃ncipali.

Actus fidei l̃ spei an manent ī patria.

¶ Quantum ad secundū articulum. Est vna opinio q̃ actus credendi vel sperandi non possunt stare nec manere in patria: ſz oꝫ tales actus cessare ⁊ euacuari. ¶ Ad hoc adducūtur rōnes de actu fidei ⁊ quasi tacta est supra de habitu fidei: impossibile est q̃ idem obiectū respectu eiusdem potentie simul sit visum ⁊ euidens ⁊ nō euidens. Sed obiectum diuinū per visionem in patria est visum ⁊ euidens: sed per actum fidei est nō euidens vel ineuidens. ergo ⁊c. ¶ Secūdo sic. Actus fidei est aliqua noticia de obiecto: aut ergo est noticia euidens: aut ineuidens. Non potest dici q̃ euidens patet. Si ineuidens ergo idem obiectū simul est euidens ⁊ ineuidens. ¶ Tertio sic. Actus fidei est noticia abstractiua/ ⁊ actus visionis est noticia intuitiua. Sed noticia abstractiua est obiecti absētis. Intuitiua est rei presentis. Impossibile est autem q̃ idem obiectum sit simul absens ⁊ presens. q̃ ⁊c. ¶ Quarto sic. Actus fidei est mediāte specie. Sed actus visionis est actus imediatus sine specie Sed impossibile est quod idē obiectum sit notū simul mediate ⁊ immediate. ergo ⁊c. ¶ Quinto sic. Impossibile ē q̃ aliquis totaliter ⁊ perfecte adhereat obiecto ex euidētia rei vel obiecti ⁊ adhereat simul imperfecte ex aliquo alio. Sed intellectus ex visione totaliter ⁊ perfecte adheret ex euidētia rei. Non ergo potest adherere ex fide per actū credendi. quare ⁊c. Ponitur exēplum. Si aliquis credat mare esse absens quādo est p̃sens mari ⁊ videt ipm iam non credit. ¶ De actu spei arguitur primo sic de actu fidei qꝫ actus spei est obiecti nō presentis sicut tangebatur supra de habitu. ¶ Secundo sic. Actus spei est desiderare. Sed desiderare non potest esse rei habite sicut motus esse nō potest habito termio. ¶ Tertio sic. Actus spei est expectare ꝗm alios. Sed res presens ⁊ que scitur esse p̃ñs non expectatur. ergo ⁊c. ¶ Quarto sic qꝫ idem non est simul promissum ⁊ exhibitum. Sed actus spei est respectu promissi ⁊ actꝰ gloxie respectu exhibiti. q̃ ⁊c.

De actu spei.

Opi. peculiaris ꝗ doctoris

¶ Sed hijs nō obstātibꝰ videt mihi posse dici q̃ tā actꝰ fidei q̃ spei absolute loquēdo possunt manere ī patria nec habent aliquam incōpossibilitatem actui cuicūq̃ vel habitui patrie vt videtur. ¶ Ad hoc adducūtur rōnes. Prima est ista. Illi actꝰ possunt stare simul quorum media vel motiua ad ipos p̃ñt stare simul. Sed medium fidei puta auctoritas vel testimonium potest manere cum presentia obiecti/ vel cum obiecto presente in ratione imediate ⁊ clare cognoscibilis vt videtur. igitur actus credēdi ⁊ actus visionis possunt stare simul. Dices q̃ nō quia plures actus intelligendi nō possunt stare simul. Dico q̃ non est verum. Patet de noticia rei abstractiua ⁊ intuitiua que possunt stare simul sicut videretur ⁊ dictum est in secūdo de cognitione angeli. ¶ Scōa ratio. Si repugnaret actum fidei ⁊ visionis ⁊ spei ⁊ tentiōis stare simul hoc videretur, ppter ineuidentiam actus fidei ⁊ absentiam obiecti spei. Sed hoc non obstat. Accidit ēm actui fidei ineuidentia ⁊ obiecto spei absentia ⁊ q̃ obiecto vel etiaꝫ actui fidei accidat ineuidentia. Probatū est in primo. Et pari ratione dici potest de absentia in obiecto spei. ergo ⁊c. ¶ Tertia ratio. Quēcūq̃ actum pōt deus facere vel cōseruare obiecto absente eundem actum potest facere vel cōseruare obiecto presente. Sed per te deus pōt facere vel ꝓseruare actū credendi vel sperandi obiecto absente. ergo ⁊ ipso presente. quare ⁊c. ¶ Quarto sic. pbat vnus ſz nō curo. Non magis repugnat idem obiectū simul esse euidens ⁊ nō euidens ēm diuersos actus fidei ⁊ visionis q̃ idem esse magis euidens ⁊ minus euidens vt patet qꝫ nō plus illud quod est minus euidens ē magis euidens q̃ illud quod est non euidēs est euidens. Sed idem obiectum ī patria simul est magis euidens in verbo ⁊ minus euidēsin ꝓrio genere q̃ ⁊c. ¶ Quinto arguit etiaꝫ sic. Actus fidei ⁊ visionis sunt actus alterius rationis quorum vnus ē ꝑfectus ⁊ alius imꝑfectus ⁊ tale perfectum ⁊ imperfectum possunt stare simul. ergo ⁊c. ¶ Ultimo pōt sic. Arguī sicut argutū est supra de cōtrarijs q̃ ñt stare simul. ergo ⁊c. Et pōt adduci auctoritas Augustini superius adducta de habitibus que magis videtur esse ꝓpria de actibus. ¶ Dico igitur q̃ absolute loquēdo de possibili non est repugnantia aliqua quare nō possint simul stare actus fidei ⁊ visio/ ⁊ actus spei ⁊ tentio.

Resolutio.

Ad rōes 1. opi. de actu fidei

¶ Ad primū de actu fidei. Dico q̃ obiectum fidei non est necessario nō euidens vel non apparens licet ita sit communiter. Quādo dicis q̃ actus fidei est non apparentium. Dico q̃ verum est pro tanto qꝫ obiectū licet possit esse euidens aliunde non tamen ex fide vt actu fidei ē euidens. quare ⁊c. ¶ Ad secūdum qꝫ videtur ꝓfirmatio. Dico q̃ actus fidei ē aliqua noticia non euidēs nec faciens euidētiam nec etiā ineuidentiam sicut dixi in primo. ita q̃ neutrum facit Et tunc dico vltra q̃ obiectum nō est euidens per fidem id est ex fide vel actu fidei nō habet euidentiam licet aliunde possit habere. Puta ex visione ⁊ planum est q̃ hic nulla est repugnātia. ¶ Ad tertium dico q̃ noticia abstractiua ⁊ ituitiua possunt simul stare. Quādo dicis q̃ nō qꝫ tunc idem obiectum ab eodem cognosceretur mediate ⁊ immediate. Dico q̃ nō est incōueniēs ēm diuersos actꝰ. q̃re ⁊c. Non ēm repugnat idem esse p̃ñs in seipso imediate ⁊ in repꝛesentatiuo mediāte specie vt videt. Dicis obiectum noticie abstractiue est p̃ñs: ſz obiectum intuitiue est absens. Dico q̃ accidit obiecto abstractiue vel intuitiue absolute loquēdo esse absens vel presens sicut dictum est in prima questiōe primi. Et dico q̃ noticia abstractiua ita potest esse absentis sicut presentis ⁊ecōuerso: vnde nihil ad ꝓpositum. ¶ Ad quartū dico q̃ possibile est aliquē perfecte adherere ex euidētia rei ⁊ minus perfecte ex testimonio alterius vel auctoritate. Hec totaliter adequatur virtus adhesiua per primam adhesionem saltē extensiue quin possit ſz extendere ad aliā adhesionem. Ad exemplum de mari dico idem.

Ad rōes 1. opi. de actu spei

¶ Ad primum de actu spei dico q̃ accidit obiecto actus spei absolute loquēdo eē presens vel absens sicut probatum est supra. Precipue qꝫ nec presentia nec absentia sunt per se ratiōes obiecti. Nec ad per se rationem intrinsece pertinētes: licet de lege cōmuni obiectum sit absens quoquo°. Nota hic q̃ actus sperandi ⁊ desiderandi abstrahunt ab absentia vel p̃sentia obiecti ⁊ sunt vterq̃ compossibiles sicut noticia abstractiua suo mō. ¶ Ad secundum dico q̃ desiderare non est actus spei sicut dictū est supra. Et dato q̃ esset adhuc ꝓtentione. Vsi ⁊ beati fruuntur ⁊ frui magis sitiūt ⁊ in deum desiderāt angeli prospicere saltem nō videtur hoc impossibile. ¶ Ad tertium de expectare dico q̃ ꝓprie loquēdo ⁊ vniuersaliter nō est actꝰ spei nisi spei puri viatoris cui obiectum est absens vel nō presens beatifice sed sperare magis. Et dico q̃ sperare q̃tuꝫ ad substātiam actus potest esse rei presentis. ¶ Et p idem quartum de sperare quod est respectu p̃missi Idem ēm simul potest esse ⁊ exhibitum ⁊ p̃missum vel actus spei nō est necessario respectu promissi ſz tantum in puro viatore. Hec de scōo articulo p̃ncipali. ¶ Nota hic q̃ nō speratur futuritio vl absentia vt patet: sed speratur quod creditur ⁊ amatur. Unde ista accidunt per se obiecto spei. quare ⁊c.

An sola caritas maneat ī patria l. opi.

¶ Quantum ad tertium articulum Videretur q̃ caritas vie nō maneat in patria. Tum qꝫ actus vie diligēdi nō manet in patria tunc ēm vel essent simul duo actus fruēdi in voluntate beata quod nō videtur vel actus vie esset beatificus ⁊ eiusdem rationis īmo idē cū actu patrie ⁊ tunc viator eēt beatus. Tum qꝫ caritas nihil faceret ad actum beatificū qꝫ respectu illius voluntas ex se est summe disposita ⁊ se habet pure passiue ad ipm nec facit actum patrie esse meritorū vt patet ergo frustra. Tum qꝫ scientia vie euacuatur in patria non obstante euidētia ipsius scientie ēm Apostolum prima ad Corinthios. 13. ergo similiter ⁊ caritas vel dicatur quare non. ergo ⁊c.

Mēs doctoris.

¶ Sed dico cum apostolo de habitu caritatis q̃ maneret in patria non qꝫ sit necessitas absolute ad actum beatifice fruitiōis sicut dicunt aliqui qꝫ sicut ostensum est supra in quadaꝫ questione. Nullus habitus est absolute necessarꝰ ad actum beatificum. Sed ex ordinatione diuina qua deus sic ordinauit vt caritas q̃ est nobilissima ⁊ suprema virtutum infusarum ⁊ donum dei excellētissimum distinguēs inter filios regni ⁊ perditiōis maneret in filijs regni. Q̃ aūt caritas sit talis patꝫ per Augustinum. 15. de trinitate. ¶ Secūdo dico q̃ actus caritatis vie nō manet qꝫ actus fruitionis beate est actus perfectior alterius rōnis. Nec opꝫ q̃ maneat prior actus licet forte absolute loquēdo ⁊ sine forte posset manere. ¶ Tertio dico q̃ habitus fidei ⁊ spei non manent in patria ēm apostolū ⁊ doctores. Non ꝓpter incompossibilitatē vel repugnantiam formalem ad statum vel actum patrie sicut dictuꝫ est supra: sed ex ordinatione diuia qua sic disposuit q̃ non maneant licet possent manere. Sunt enim habitus imperfecti de quibꝰ non est ita decens q̃ maneant sicut de caritate. Non ēm distinguntur inter filios regni ⁊ perditionis. Possunt ēm stare in filijs perditionis sicut patꝫ. ¶ Quarto dico de actibus fidei ⁊ spei vel potius de actibus credendi ⁊ sperandi qui non manent in patria ex eadē ordinatione sicut dictum est de habitibꝰ fidei ⁊ spei infusarum. Et vlterius idē dici potest de habitibꝰ adquisitis fidei ⁊ spei q̃ non manent in patria. Et similiter de habitu amoris adquisiti. ¶ Ultimo dico q̃ cum ꝓpius ab instanti sue conceptōis fuit beatus ⁊ cōprehensor q̃ in ipo fuit fides nec spes nec actus ipārum seu actus credendi vel sperandi deū sic/ sicut ponitur eē in alijs ex ordinatione diuina q̃ cōmunis est ⁊ generalis de beatis: licet magis fuisset decens q̃ in ꝓpo fuissent ipa q̃ in alijs pure beatis qꝫ cum hoc q̃ erat beatus simul etiam erat viator. Sed in ipo fuit caritas perfecta vie ⁊ q̃tuꝫ ad habitum ⁊ q̃tum ad actum diligēdi meritorū qui simul stetit cum actu fruitionis patrie et: cum actu visionis etiam sicut dictum est supra. Et hoc fuit ī ꝓpo singulare ⁊ in hoc ab alijs beatis differebat sicut etiam viator erat ⁊ non pure comprehensor. Sic de isto.

Ad motiua. 1. opinio.

¶ Ad primum contra hoc Dico q̃ licet actus diligendi vie non maneat in patria tamen habitus vie manet ibi habitus dico caritatis infusus sicut etiam suo modo manet ibi potentia generandi ⁊ non manet ibi actꝰ eius. ¶ Ad secūdum dico q̃ caritas nihil facit ad actum beatificum ⁊ tamen manet ibi ratiōe supradicta. ¶ Ad tertium de scientia magis apparebit in quarto quando agetur de noticia anime separate. Forte enim scientia manebit in patria secundū aliquos: licꝫ nō maneat quātum ad modum cognoscendi ex fantasmatibus necessario recurrendo ad ipa quem habet modo intellectus pro statu vie huius ⁊ ita saluatur apostolus. Vel dato q̃ non maneat non oportet propter hoc q̃ caritas non maneat. Non est enim eadem congruentia de scientia ⁊ caritate.

ad argumēta p̃n.

¶ Ad primū principale patꝫ q̃ siue caritas vie sit imꝑfecta siue non sed sit equalis in habitu caritati patrie: licet actus non sit ita perfectus quod apostolus loquitur ex intentiōe loquitur non de caritate de qua caritate dicit postea q̃ ipa manebit. ¶ Ad secundum dico q̃ fides spes et caritas quicquid dicatur ab aliquibus non sunt idem habitus essentialiter. Non oportet q̃ tanta sit vnitas in habitibus quāta in potentijs nec ī posteriori sicut in priori. Patet manifeste. Nam ī eadem potentia simplici oportet ponere plures habitus sicut patet. Tu dicis nō apparet necessitas ponendi q̃ sint plures habitus. Dico q̃ imo ex dictis sanctorum ⁊ doctorum: quia fides ⁊ spes infuse manent informes ⁊ manere possunt sine caritate.

¶ Ad tertium dico q̃ fides et spes non manerent de facto: licet possent manere. Et hoc non est propter aliquam incompossibilitatem ad actum vel statum patrie sicut dictum est supra. ⁊c.

¶ Distinctionis trigesimesecūde.
Questio Vnica.

August. Circa distictionez trigesimāscdam quero. Utrū deus diligat omnia equaliter ex caritate. ¶ Videtur q nō Deus non diligit omnia quia ēm Augustinū in lra Inaīata non sunt diligibilia. Similiter etiam deus odit peccatores ꝛ dānatos: quia irascitur eis ꝛ punit eos. Altissimus enim odio habet peccatores. ergo deus non diligit omnia equaliter ex caritate. ¶ Secūdo sic. Deus nihil diligit ex caritate qꝛ in deo non est ponendus habitus caritatis. Probatio qꝛ potentia ex se perfectissima cuiusmodi est diuina voluntas non indiget habitu vt videtur. Habitus enim non est perfectio nisi potentie ex se imperfecte que non est suus actꝰ. ergo ꝛc. ¶ Tertio sic. Deus nō vult omnibus equale bonū: sed aliquos sibi eligit alios reprobat ꝛ inter electos maius bonum vult vni ꝗ alteri sicut petro vult maiorem gloriam ꝗ lino: ꝛ similiter cū sit ordinate diligens diligit vnūqdq̃ ēm q est diligibile ꝛ planum est q non oīa sunt equaliter diligibilia. ergo ꝛc.

¶ Contra Deus diligit omnia sic q ei eqliter, curā est de omnibus. Sed hoc est equaliter diligere. ergo ꝛc.

¶ In ista questione sic pcedā

¶ Primo q deus ab eterno diligit oīa. ¶ Secūdo q equaliter diligit omnia aliquo modo ꝛ aliquo modo nō. ¶ Tertio inquiram an oīa dilecta a deo sint bona: qꝛ ab ipo dilecta vel econuerso. ¶ Ultimo ad rationes principales.

Deus ab eterno an diligat omnia. ¶ Quantum ad primū articulum. Dico q in deo distinguitur duplex amor. Unus qui dicitur amor simplicis cōplacētie ꝛ aliꝰ qui dicitur amor efficax. Primo amore dico q deꝰ ab eterno diligit omnia diligibilia vel entia nō solum illa que aliquādo fuerunt vel sunt vel erunt in actu: sꝫ etiam omnia possibilia. Nam ab eterno intellexit omnia talia perfecte per rationem sue eēntie ꝗtum ad entitates simplices ipsorum. Et dico q voluntati sue ꝓplacuit in ipis eadem ratiōe qua dilexit suam essentiā. Nam talia eminēter ꝛ perfectionaliter in eēntia cōtinentur. Ita q placuit sibi bonum cōueniēs omni creature possibili ꝛ sic dilexit eam vt videtur. Qꝛ aūt sic dilexerit creaturā ab eterno. Patet qꝛ in ipo ab eterno est actus diligendi qui non potest esse de nouo alicuius obiecti quia deus est imutabilis/mutabilis aūt esset sicut dictū est in primo si modo diligeret aliquid quod priꝰ nō dilexisset. ¶ Si ergo omnia diligit ab eterno volēdo eis bonum suum ꝛ sic cōplacendo in bono eorū ab eterno nō tamē omnia dilexit ꝓ eterno ꝗtus ad bonum reale ipsorum qꝛ nō cōplacuit sibi talem bonitatem realem vel tale bonum reale inesse ab eterno vel pro eterno sicut nec aliquid aliud ab ipo est eternum vel ab eterno in esse reali: sed tamen ꝗtus ad bonitatem ratiōis vel entitatē etiam omnia dilexit ab eterno ꝛ ꝓ eterno qꝛ omnia pro eterno ꝛ ab eterno habent entitatem ꝛ bonitatem rationis ꝛ cōplacuit deo ꝛ voluit q illā haberent sic. ¶ De amore efficaci. Dico q deꝰ nō dilexit omnia ab eterno sed solum illa que disposuit fienda ꝛ fore bona bonitate reali pro aliqua differentia temporis. Unde respectu talium dicitur esse amor efficax vel efficacie: ꝛ est amor diuinus quo voluit efficaciter ipsas res produci in esse reali. Voluit hoc ab eterno licꝫ non voluerit eas producere vel produci pro eterno sed pro tempore. Et de istis magis apparuit in primo, vbi agebatur de voluntate diuina. Hec de primo articulo.

De eqlitate dilectōis dei ¶ Quantum ad secundū articulum. Dico q equalitas dilectionis vel amoris potest attendi in ꝓposito vel ex parte actus amandi ꝛ habitus ipsius diuine caritatis vel absolute accipiendo actum in se vel ꝗtum transit super tale vel tale obiectuꝫ secūdarium: vel potest attendi ex parte obiecti amati cui deus vult bonum aliqd̃ vel ex parte boni voliti ipi amato vel dilecto. Primo modo certum est q cum deus diligat omnia diligibilia ex eodē actu ꝛ habitu amoris infinito ꝛ indistincto q equaliter diligit omnia, quia ī illo actu simplicissimo ēm se ꝛ absolute nō potest attendi alia diuersitas vel inequalitas. ¶ Si autem accipiatur secūdo modo actus prout transit super obiecta diuersa sic est idem sicut accipiendo equalitatē amoris ex parte obiecti vel boni voliti. Et sic dico q non equaliter diligit deus omnia. Nam aliquibus obiectis dilectis vult maiora bona ꝗ aliis. Et patet hoc tam in creaturis intellectualibus ꝗ in creaturis irratiōalibus. Vult enim creature rationali vel intellectuali maius bonum ꝗ creature irrationali ꝛ alicui rationali vel intellectuali maiꝰ bonum ꝗ alteri sicut maiorem gloriam vel gratiā ꝛ huiusmodi. Et dico q hoc potest eodem actu infinito sicut pluribus actibus finitis posset creatura plus diligere vnum ꝗ alium/ꝛ velle maius bonum vni ꝗ alteri. Hec de secundo articulo principali.

De bonitate creature. ¶ Quātum ad tertium articulum q bonitas creature duplex est sicut entitas suo modo. Una rationis quam habuit ab eterno ꝛ pro eterno per actum intellectus diuini sicut dictū est in secūdo. Et alia realis quam habꝫ pro tempore in esse reali vero extra animam ꝓ sui productionem. ¶ De prima bonitate potest dici q creatura non est bona qꝛ volita vel dilecta a deo/ sed magis quia itellecta. Nam per actū voluntatis non constituitur creatura in tali bonitate nec in tali entitate rationis: sed magis per actum itellectus siue antecedenter ad actum voluntatis siue cōcomitanter siue cōsequenter tamen magis videtur q antecedēter sicut ꝛ actus intellectus antecedit actum volūtatis ēm rationem: ꝛ tūc posset dici q creatura nō est bona quia a deo volita sed magis ecōuerso. Si tamē aliquod istorū potest dici. Nam prius magis est ratio posteriorīs ꝗ ecōuerso. ¶ Sed loquēdo de bonitate reali quā habet creatura in effectu vel habitura est videtur dicendum q creatura bona ē quia a deo volita ꝛ amata amore efficaci. Nam cū actus creandi ꝛ ꝓducendi creaturam sit actus voluntatis ꝛ amoris efficacis quo deus vult creaturam fore vel esse bonam pro tali tempore vel instāti sequitur q creatura bona est quia volita ꝛ amata non aūt ecōuerso sicut ens est qꝛ creata ꝛ producta non aūt ecōuerso. Hec de tertio articulo.

Ad pnci. argu. ¶ Ad primum principale Dico q deus ex caritate diligit omnia bona etiā inanimata nō tamen ad idem bonum ad quod diligit creaturam rōnalem. Puta ad bonū gratie vel glorie ad quod saltem ēm voluntatem antecedētem diligit omnē creaturam rōnalem sicut ꝛ ēm illā vult omnes homines saluos fieri. Quando dicis vltra de peccatoribus ꝛ damnatis q deus odit eos. Dicit vnus q licet deus irascatur peccatoribus nō qꝛ ira passio sit in ipo: sed qꝛ ad modum irati cōminatur ꝛ infligit eis penam: ꝛ sic etiam aliquo mō propie odiat eos ꝗtum ad hoc q nō vult eis efficaciter bona gratie ꝛ glorie nō tamen ꝓprie odit eos. Tunc esset vellet eos nō esse ꝛ tunc statim adnihilarentur: sed amat eos ꝛ vult eis saltez bonū nature. ¶ Ad secūdum dico q habitus caritatis ponēdꝰ est in deo nō ad perficiendū voluntatem quasi aliquid inherens sibi distinctum ab ea essentialiter sic in nobis sed sicut aliquid idē essentialiter ꝛ realiter cum voluntate licet distinctū formaliter ꝛ sicut pōr perfectio ꝗ actus voluntatis. Unde ꝛ habitus pro quāto habet aliquid imperfectionis annexū nō ponitur in deo sicut etiam nec actus vel potentia sed quātum ad id quod est perfectionis. ¶ Ad tertiū patet quid sit dicendum ex ꝑdictis q aliquibꝰ vult maius bonum nō obstāte q equaliter diligat ꝗtū est ex parte substātie actus ꝛ vnūquodq̃ sicut ē diligibile ēm rectam rationem diligit q vnicuiq̃ ēm rectam rationem vult bonum sibi ꝓueniens ex parte obiecti: licet eodem actu ꝛ conatu voluntatis.

¶ Distinctionis Trigesimetertie.
Questio prima.

Circa distictionez Trigesimamtertiā quero primo. Utrum virtutes morales sint in appetitu sensitiuo sicut in subiecto vel in voluntate.

¶ Videtur q in appetitu sensitiuo qꝛ ibi est aliquid formaliter vbi est suum materiale vel sua materia. Sed materia virtutū moralium Puta passiones ipse sunt in appetitu sensitiuo non autez in voluntate. ergo ꝛc. ¶ Secūdo sic. Ubi sunt extrema ibi est medium. Sed virtus est mediū inter passiones extremas. ergo est in appetitu sensitiuo sicut ꝛ passiones extreme. ¶ Tertio sic. Opposita nota sunt fieri circa idem nisi alterum sit determinatum a natura. Sed vitium est in appetitu sensitiuo Patet de primis moribus viciosis qui sunt in appetitu sensitiuo ēm glosaz ad Romanos. 8. ergo ꝛ virtus moralis que opponitur vicio.

¶ Contra In eodem est virtus ꝛ peccatū virtuti oppositū. Sed peccatuꝫ formaliter ꝛ principaliter est in voluntate. Est enim peccatum voluntariū/ꝛ adeo volūtarium q si non est voluntarium nō est peccatum ēm Augustinum de libero arbitrio ꝛ ēm Anselmum de cōceptu virginali. ergo ꝛc.

¶ In ista questiōe sic pcedā

¶ Primo ponam aliquos modos dicendi de questione cum motiuis eorum. ¶ Secūdo arguā contra eos ꝛ ponam vnum alium modum dicēdi ꝛ ipm declarabo. ¶ Tertio soluam ad motiua aliorum. ¶ Ultimo ad rationes principales.

¶ Quātum ad primum ergo articulum. Est vna opinio q nulla virtus moralis adquisita simpliciter loquēdo debet poni in voluntate sed omnes debent poni in appetitu sensitiuo. 1 opinio

¶ Ad hoc ꝓbandum adducūtur rationes ꝛ auctoritates. ¶ Prima ratio est. Virtus moralis ē moderatiua passionū. Sed in voluntate non sunt passiones sed tantum in appetitu sensitiuo. ergo ꝛc.

¶ Secūda ratio. In illa potētia que necessario et determinate sequitur iudicium rationis ꝛ determinatur ad bonum iudicatum nō est ponenda aliqua virtꝰ moralis qꝛ frustra poneret. Hec enim determinaret nec facilitaret ad actum. Sed voluntas ē talis potentia. ergo ꝛc. Ita q sufficit prudētia in intellectu. ¶ Tertia ratio. Si virtutes morales ponerentur ꝛ generarentur in voluntate per frequentationem actuum bene volendi ꝛ non essent in appetitu sensitiuo: pari ratione possent generari ꝛ poni virtutes morales ī dijs id est in angelis vel substantijs separatis que non habent appetitum sensitiuum sed voluntatem. Sed hoc est falsum ꝛ cōtra philosophum. 10. ethicorum. ergo ꝛc. ¶ ꝑ. In illa potentia que maxime deuia est ꝛ ordinata a bono simpliciter ꝓpter sui conuersionem ad bonum simpliciter debet boni virtus ꝛ habitus rectificans ipsum. Sed appetitus sensitiuus est talis potētia nō aūt voluntas qꝛ ipa respicit bonū simpliciter ꝓ obiecto ad quod est determinata non autem bonus vt nunc. ergo ꝛc. ¶ Prima auctoritas est Aristotelis in fine vbi ponit q virtutes morales sunt ī rationali per participationem. Et dicit ibi cōmentatoꝛ q per rationale per participationem intelligit medium inter plātatiuum ꝛ rōcinatiuum. Hoc autem non videtur nisi sensitiuus appetitꝰ. ergo ꝛc. Aristo.

¶ Secūda auctoritas est tertio ethicorum capitulo tertio. Ubi dicit de virtutibus moralibꝰ q videntur hee irrationabilium partiū esse: quod exponēs Cōmentatoꝛ dicit sic. Non igitur dicit videtur qꝛ alique sint irrationabilium partium ꝛ alique nō qꝛ omnes sunt irratiōabilium partium: sed qꝛ ante tē poꝛa sua nō fuerat opinatū. ¶ Tertia auctoritas est secūdo ethicoꝛ. vbi dicit philosophus q omnia que sunt in anima/aut sunt passiones/aut habitus aut potentie. Ubi dicit Cōmentatoꝛ. Animam dicit ipe que irratiōalis partis est. Vult igitur q habitus morales sint in appetitu sensitiuo sicut ꝛ passiones. ¶ Quarta auctoritas est primo Politice Ubi dicit Aristoteles q aīa dñatur corpori ꝓncipatu despotico id est dñatiuo quo dominatur aliqs alicui sicut seruo qui nō habꝫ ius nec vim repugnādi vel rebellādi: sed dñatur appetitui sensitiuo ipa ratio appetitu politico vel ciuili qꝛ habꝫ vim rebellandi. Ex hoc arguit q qꝛ appetitus sensitiuus potest repugnare rationi ponēdi sunt in ipo habitus virtutum moralium vt prompte ꝛ faciliter mouetur ēm imperiū rationis ꝛ non in voluntate vt vr. Idem. 3. ethicorū. 2. ethicorum. 1. politi.

¶ Alius est modus dicendi qui sequitur primū in parte q ponit q virtutes morales alie a iusticia sunt in appetitu sensitiuo sicut fortitudo ꝛ temperantia ꝛ huiusmodi. Sed iusticia in voluntate est eo modo quo dicetur 2. opinio

infra ꝗm eos. ¶ Q̃ autem fortitudo ⁊ temperãtia
sint in appetitu sensitiuo. Hoc potest ꝓbari per
rationes adductas superius ꝓo primo mõ ⁊ p au-
ctoritates etiam: sed adhuc videnꝭ esse de istis spe
3.ethico. ciales rationes ⁊ auctoritates. ¶ Prima ratio ẽ
de fortitudine. Nam dicit philosophus. 3. ethico q̃
q̃ actus fortitudinis est moderate timere. Sz mo-
derate timere est actus appetitus sensitiui. ergo ⁊
fortitudo est habitus appetitus sensitiui. Et simi-
liter potest argui de temperãtia cuius est modera/
te delectari. ¶ Secũda rõ. Fortitudo respicit ar-
duum ꝓo obiecto ⁊ temperãtia delectabile: sz iste
rationes sunt rationes appetitus sensitiui vt distĩ
guitur per irascibilem ⁊ cõcupiscibilem/ voluntas
autem nõ sic distinguitur. ergo ⁊c. ¶ Tertia ratio
Nunq̃ actus fortitudinis vel temperantie est per-
fectus nec facilis nisi appetitus sensitiuus sit perfe
ctus aliquibus habitibus. Sed isti habitus nõ vi-
dentur esse nisi fortitudo ⁊ temperãtia in ipo. ꝗ ⁊c.
5.ethico. ¶ Ad hoc est philosophus. 3. ethico q̃. vbi dicit ꝯ
temperantia ⁊ fortitudine q̃ sunt irrationabilium
7.ethi. partium. ¶ Secũda auctoritas est. 7. ethicorum
capitulo. 14. vbi ponit philosophus differentiam
inter cõtinẽtem ⁊ temperatũ ⁊ dicit q̃ cõtinẽs hab3
passiones quibus tamen resistit/ sed temperatus nõ
habet passiones: sed hoc nõ esset verũ nisi in appe-
titu sensitiuo temperati esset habitus generat⁹ qui
dicitur temperantia per quem excluduntur passio
nes. ergo ⁊c. ¶ De iusticia vero dicũt aliqui ipso
rum q̃ iusticia quelibet ad voluntatem ꝑtinet siue
legalis ⁊ cõmunis siue particularis. Et hoc ꝓo
batur. Tum q̃ quelibet earum est moderatiua ⁊ re
gulatiua hominis in ordine ad alterum: quod non
cõuenit alicui virtuti appetitus sensitiui q̃ appe-
titus sensitiuus nõ respicit alterũ vel bonum alte-
rius sed bonum ꝓprium tantum. Tum q̃ quelibet
earum inuenit medium diuersum ⁊ variabile ĩ hijs
que sunt ad alterum ꝓo diuersitate temporum q̃
non potest facere appetitus sensitiuus cum semper
vniformiter ⁊ mere naturaliter se habeat ad obiec-
tum. Tum q̃ vtrq̃ versatur circa operatiões hu
anselm⁹. manas que ꝓcipue dependent ⁊ oriuntur a volun
tate ⁊ maxime. ergo ⁊c. ¶ Et hoc videtur confir-
mari per Anselmum qui dicit q̃ iusticia est rectitu
do voluntatis ꝓpter se seruata. Alij vero ponunt
iusticiam legalem tantum in voluntate sed particu
larem in appetitu sensitiuo. Iusticia enim legalis
respicit bonum cõmune ⁊ debitum cõmunitati q̃
non potest facere appetit⁹ sensitiuus sed tantũ bo-
num particulare. Iusticia aũt particular; respicit
bonu3 particulare ⁊ debitũ singulari ꝓsone ⁊ ẽ mo
deratiua passionum appetitus sensitiui circa singu
laria bona ⁊ bona vt nũc. Puta circa diuitias vel
pecunias ⁊ huiusmõi. Unde ⁊ videtur pertinere ad
appetitum sensitiuum.

3. opinio **¶ Tertius est** modus dicẽdi cuiusdam doctoris q̃ omnes ꝑtutes
Volũtas tripl̃ex. mozales essentialiter ⁊ ꝓncipaliter sunt in volunta
te. ¶ Voluntas tamen põt cõsiderari tripliciter ⁊
⁊ accipi. Uno modo vt natura. ⁊ sic naturaliter fer
tur ⁊ determinatur in bonum vel ad bonum. Hec in
August. diget aliquo habitu ⁊ sic ꝓcipue tendit in finem.
Et hoc modo dicit Augustinus. 8. super Genesim
q̃ naturale est nobis bene eẽ ⁊ bene viuere. Et. 17.
de trinitate q̃ vnusq̃q̃ naturaliter appetit beatudi
nem ⁊ ad hoc non requiritur aliquis habitus vt vi⁹
¶ Alio modo potest accipi vt deliberatiua: ⁊ po-
tens imperare intellectui de consiliando super ob-
iecto volibili seu eligibili ⁊ circũstantijs eius ⁊ po-
tens seipsam sistere vel prosequi tale obiectu3. Un-
de vt sic dicitur deliberatiua sicut etiam intellect⁹
dicitur consiliatiuus vel ratio practica dicitur con
siliatiua: ⁊ sic indiget habitu determinãte ⁊ inclinã
te in bonum ad bene eligendum q̃ vt sic indetermi
nata est ⁊ quasi indifferens ad quãlib3 partem ⁊ vt
sic ponẽde sunt in ipa virtutes mozales omnes eẽn
tialiter ⁊ formaliter q̃ vt sic consideratur nõ fertur
in bonum naturale necessitate sicut ipamet vt natu
ra. ¶ Tertio modo consideratur voluntas vt arbi
trio libera: ⁊ sic habita deliberatione plena de eligi
bili non obstante cũ hoc etiam inclinatione habit⁹
vel virtutis que ponit⁹ in ipa vt deliberatiua. Hec
etiam naturali inclinatione quam habet ad bonu3
simpliciter adhuc potest tenere motũ vtriusq̃ ⁊ nõ
eligere id quod iudicatum est a ratione/ ⁊ ad quod
habitus virtutis etiam determinat q̃tum est ex se
vel inclinat/ ⁊ sic in ea non ponitur virtus nec aliq̃s
habitus. Hoc enim sue libertati repugnat. Cum
enim virtus ⁊ habitus inclinet ⁊ determinet in mo-
dum n ature ⁊ voluntas vt arbitrio agere nõ possit
per modu3 nature nec necessitari circa aliud bonũ
q̃ circa bonum diuinum clare visum videtur q̃ in
ipa vt sic nullus habitus sit ponẽdus nec aliq̃ vir-
tus ¶ Secũdo dicit q̃ cũ hoc in appetitu sensitiuo
ponẽde sunt alique impressiones habitualesq̃ sunt
virtutes quasi per participationem: quia enim ira-
scibilis ⁊ cõcupiscibilis ĩ appetitu sensitiuo sunt re
belles rationi. Oportet in hijs habitus aliquos po
ne re quibus ꝓformiter se habeant ad rationes ⁊ de
facili pareant volũtati sicut dñe: ⁊ moueti. Et vite
rius sunt ponẽde tales impressiones in exteriorib⁹
membris vt facile exsequantur imperium rationis
non minus q̃ in animalibus brutis de quibus ꝓ3
q̃ habituãtur ⁊ domantur ꝗm imperium hũane ra-
tionis ⁊ tales habitus minus habẽt de ratione vir-
tutis q̃to magis elongantur a ratione. Unde ĩ vo
luntate que est proxima rationi maxime habẽt ra-
tionem virtutis ⁊ essentialiter ĩ appetitu sensitiuo
minus ⁊ quasi per participationẽ. In membris ex-
teriorib3 adhuc min⁹ et in animalibus brutis q̃ si
nihil. Iste est tertius modus dicendi nisi q̃ adduc
it aliquas ratiões ad q̃ bandum q̃ virtutes moza-
les essentialiter sunt in voluntate ⁊ illas inferi⁹ ad-
ducam ꝓo meipo q̃ videtur mihi bene.

¶ Sed contra oẽs opiniões istas vo 3.1.opi.
lo arguere q̃ non
videnꝭ mihi vere. Et primo cõtra primam que di-
cit q̃ omnes virtutes mozales sunt in appetitu sen
sitiuo ducendo rationes eius ad oppositu3. De pri
ma sic. In illa potẽtia sunt ponẽde virtutes mode
ratiue passionum in qua ponũtur ille passiones ꝗm
eos. Sed hec est voluntas q̃ in voluntate ponit tri
sticia/ ⁊ gaudium ⁊ timor/ ⁊ huiusmodi passiones.
nonsolum in appetitu sensitiuo licz non eo mõ quo
ibi vt dicetur infera. ¶ Ex secũda arguo. In illa
potentia que nõ est determinata ex se ad bonũ sim-
pliciter eligendum ꝓmpte ⁊ faciliter non obstãte
q̃ sit iudicatum a ratione ponẽda est virtus mozalis
p te. Sed hec est volũtas q̃ alioquin vel eẽt im
peccabilis vel non posset aliquid contra iudicium

rationis quod est falsum sicut ostẽsum ẽ in. 2. ꝗ ⁊c.
Preterea concludit q̃ in voluntate nulla virt⁹ mo
ralis sit ponẽda nec infusa nec adquisita: ⁊ ita si ra
tio est bona caritas non est in voluntate. ¶ Ex ter
tia etiam. Si ad positiones virtutum mozalium in
voluntate sequitur q̃ ponẽde sunt in dijs vel in an
gelis in quibus nõ est appetitus sensitiuus: ita dic
co q̃ ad positionẽ virtutũ mozaliũ in appetitu sen
sitiuo in quo cõuenit homo cum brutis sequitur q̃
in brutis possunt poni virtutes vato q̃ in eis nõ sit
voluntas nec ratio: sed per motionem ⁊ regimen ex
trinsece rõnis. Et ita in equo domito ad ambulan
dum ⁊ in huiusmodi ponẽda est virt⁹ vel etiã in ca
ne domito ad abstinẽdum a cibo erit temperantia
quod tu non ꝓcederes. ¶ Ex quarta potest sic ar-
gui. In potẽtia obliquabili ⁊ deuiabili a bono sim
pliciter ⁊ potente eligere bonum apparẽs ⁊ vt nũc
dimittendo bonum simpliciter ⁊ que nata est cõfor
miter inclinari cum appetitu sensitiuo ⁊ congaude-
re sibi ⁊ contristari. Ponẽdus est habitus virtutis
vt videtur pari ratiõe qua ponitur in appetitu sen
sitiuo ꝗm te. Sed talis potentia est voluntas. ꝗ ⁊c.
Auctoritates etiã Aristotelis quas adducunt non
Resolu- sunt ꝓo eis vt inferius. ¶ Dico igitur q̃ impossi-
tio. bile est q̃ omnes virtutes mozales sint in appetitu
sensitiuo ⁊ nullo modo in volũtate. Et apparet pre
cipue de iusticia: ⁊ ideo melius ponunt alij qui po-
nunt iusticiam in voluntate.

3.2. opi. **¶ Contra eos** tamen de fortitudine ⁊ tẽ
perantia q̃tum ad secun
dum modũ dicendi possunt retorq̃ri rationes quas
faciunt. Timere enim vt oportet est actus volũta-
ris ⁊ nõ solum impatus sed etiã forte elicitus. Et
dato q̃ nõ nisi imperatus tamẽ nõ oportet ponere
in voluntate habitu3 ad bene ⁊ prompte ⁊ faciliter
imperandũ talem actum ⁊ ita fortitudinem oportꝫ
ibi ponere principalem. ¶ Ex secũda etiam rõne
quia non minus sicut dictũ est in secũdo distingun
tur irascibile ⁊ incõcupiscibile in voluntate q̃ in
appetitu sensitiuo: q̃ vtrobiq̃ ꝗm rõnes. igitur ita
potest poni fortitudo ⁊ temperantia in volũtate si-
cut ibi. ¶ Ex tertia etiã ratione. Dico q̃ sicut act⁹
nunq̃ est perfectus nisi appetitus sensitiu⁹ sit habi
tuatus. Posito etiã q̃ actus virtus tempantie vel
fortitudinis sit actus elicitus appetitus sensitiui.
Ita nec vbiq̃ est perfectus nisi imperatus a volun
tate perfecta ⁊ habituata. ergo ⁊c. Similiter etia3
auctoritates nõ cogunt sicut dicetur infra. ¶ Con
tra vltimos vero de illo modo dicendi qui ponunt
q̃ iusticia tm̃ legalis est in volũtate ⁊ nulla alia: vi
detur q̃ ratio eorum nõ moueat ꝗm eos q̃ non ob-
stante q̃ fortis exponat se ꝓo bono cõitatis. Ita
q̃ fortis exponẽdo se habeat aspectũ ad bonũ cõi-
tatis/ tamẽ fortitudo ꝗm ipos debet poni in appe-
titu sensitiuo ⁊ nõ in voluntate ⁊ pari ratione dice
tur eis de iusticia legali. quare ⁊c.

5.3.opi. **¶ Contra** illos de tertio modo dicẽdi põt
argui primo q̃ illa distinctio vo
luntatis in voluntatem vt natura ⁊ libera nihil va
let: q̃ natura voluntatis nõ est nisi libertas ⁊ in oẽ
illud in quod fertur libere fertur. Similiter etiam
alia duo mẽbra coincidunt. Nam idem est volũtas
deliberatiua ⁊ arbitrio libera cõtra primũ dictum
de primo mẽbro q̃ in voluntate vt natura nõ poni
tur virtus vel habitus q̃ est detertminata natura-
liter ad bonum simpliciter. Nam ita intellect⁹ est
determinatus ad verum sicut voluntas ad bonum
et tamen in ipo ponũtur habitus a multis. etiã re-
spectu primoꝝ principiorum vel saltꝫ cõclusionũ
euidẽter deductarum ⁊ respectu summi veri dei po
nitur lumen glorie in patria a multis ⁊ caritas ipa
in voluntate respectu primi boni respectu cuius se
habet voluntas vt natura ꝗm te. Similiter appe-
titus sensitiuus etiam determinatus est naturali-
ter ad bonum vt nũc apprehẽsum p sensum ⁊ tamẽ
in ipo ponitur habit⁹ ad hoc q̃ recte se habeat cir
ca ipm etiam ꝗm te. Et est ista ratio contra ꝑmos
opinãtes. Similiter etiã de vltimo mẽbro q̃ in vo
luntate inquãtum libera nõ est ponẽdus habitus.
¶ Contra per tuam rationem de voluntate inquã
tum deliberatiua q̃ ꝓo tãto ponẽdus est habit⁹ in
voluntate vt deliberatiua q̃ nõ est naturaliter de-
terminata ad bonum sicut voluntas vt natura/ sed
indifferens est. Cum ergo nõ minus cõueniat hoc
voluntati vt libera oportet ponere virtutem. Hec
oportet q̃ talis habitus necessitet ipam q̃ inclinat
per modum nature sicut etiã nõ necessitat volunta
tem vt deliberatiua. Hec sicut caritas necessitat vo
luntatẽ. Volũtas eẽs semp manet libera nec aliq̃d
sibi tollitur de sua libertate per quẽcunq̃ habitum
informantem vel superueniẽtem posito q̃ quilibet
inclinet per modũ nature q̃ nullus habit⁹ liber est
sed sola vpluntas. Hec de prõ articulo ꝓncipali.

¶ Quantum ad secundũ ar/ Opi. auctoris.
ticulũ. Videtur mihi dõm primo q̃ omnes ꝑtutes
mozales quotquot sunt ponẽde sunt eẽntialiter in
appetitu intellectiuo qui est voluntas. Hoc autem
ego probo per ratiões que etiam quãtum ad aliq̃s
includũt auctoritates. ¶ Prima est ista. Perfec-
tio hominis ꝗm q̃ homo ⁊ vt distĩguitur a brutis
debet poni in potentia aliqua que cõuenit homini
ꝗm q̃ homo ⁊ vt distinguitur a brutis. Patet. Sz
virtus est perfectio hominis ꝓo q̃to distinguitur
a brutis. Patet q̃ in nullo bruto potest poni ꝑtus
mozalis. ergo ⁊c. Unde ymaginatur ista ratio q̃ si
virtus essentialier poneretur in appetitu sensitiuo
ex imperio rationis ⁊ moderatiue pari rõne posset
poni in brutis domabilibus. Puta in cane vel asi-
no vel equo ⁊ huiusmodi. ¶ Secũda ratio Virtus ẽ
habitus electiuus determinatus recta rõne secũdo
ethicorum. Sed habitus electiuus est in voluntate
sicut eligere/ sicut etiam habitus rõcinatiu⁹ vel in-
tellectualis est in intellectu sicut in subiecto. Elige
re nanq̃ non est nisi voluntarie acceptare consiliu3
a ratiõe vel oppositum eius. ergo ⁊c. ¶ Tertio sic.
Sicut se habet virtus intellectualis ad intellectu3
sic mozalis ad volũtatem vel appetitum intellecti
uum. Sicut enim intellectualis est habitus intelle
ctiuus sic mozalis est habitus electiuus ⁊ volitiu⁹.
Sed intellectualis virt⁹ est in ĩtellectu sicut in sub-
iecto. Patet de prudentia. ergo ⁊c. ¶ Quarto sic
arguitur ab aliquibus. In illa potẽtia ponenda ẽ
virtus ꝗmquã necessaria fuit huiusmodi/ ⁊ est ꝓ oĩ
statu eoipo q̃ virtus est humana perfectio. Sz ꝗm
voluntatem necessaria est homini virtus ꝓo omni
statu vel fuit. Statu dico vie ⁊ nõ ꝗm appetitũ sen
sitiuum. Nam in statu innocẽtie nõ fuit necessari⁹
aliquis habit⁹ in appetitu sensitiuo. Eo q̃ sine re-
bellione obediebat rationi nec repugnabat vel re-

bellabat. ergo ꝛc. nõ curo de ista rõne. ¶ Quinto arguo sic. Voluntas per frequẽtationem bene volendi ꝛ recte circa passiones vel circa materiam virtutis in qua ꝓuenit recte agere ꝛ nõ recte potest in se adquirere aliquem habitum qui nõ est ĩtellectualis sicut intellectus põt sibi adquirere habitum intellectualem prudẽtie. Sed talis habitus nõ videt esse nisi virt⁹ moralis. ergo ꝛc. ¶ Sexto sic. Si virtutes morales essent in appetitu sensitiuo sequeretur q virtus nõ esset habitus ꝑncipij liberi ꝛ q aliquis nolens posset amittere virtutem ꝑ coactionẽ appetitus sensitiui sicut castitas in aliquo vel aliqua posset perdi per frequẽtem coactionez ad actũ libidinis. Oportet em̃ necessario appetitus sensitiuum delectari et deordinari in tali actu ꝗtũcunq; cogatur persona. Sed hoc est incõueniẽs q virtus noluntarie amittatur. ergo ꝛc. ¶ Septimo sic. In appetitu sensitiuo hominis nõ adquiritur habitus virtuosus nisi qꝛ rationalis per participationẽ ꝫm alios. Unde nec alia ratione negatur ab eis virtus in appetitu sensitiuo bruti. Cum ergo voluntas sit appetitus rationalis primo ꝑ participationem qꝛ immediate ꝛ primo se habet ad rõnem ergo multo magis in ipa debet poni virtus moralis qꝛ in rõnali per essentiam scz in ratiõe nõ põt poni. ¶ Octauo sic. distincti habitus circa diuersa obiecta particularia debent poni in potentia que respicit obiectum cõmune illis particularib⁹ obiectis sicut ꝫm alios in intellectu que respicit veruz in cõmuni pro obiecto debent ꝑdni habitus respicientes hoc vel illud. Sed habitus diuersi virtutum moralium respiciũt diuersa bona pro obiectis ꝛ diuersa media hec ꝛ illa circa diuersas vel possunt diuersas passiones cum voluntas respiciat bonum in cõmuni pro obiecto quomodocũq; intelligitur videtur q omis virtutes morales ad voluntatem pertineant sicut ad obiectum.

Resolutio. ¶ Videtur ergo dicẽdum ꝫm aliquas premissarum rõnũ q virtutes morales eẽntialiter ꝛ foraliter sũt in voluntate sicut in subiecto. Hoc patet ꝑ aristotelem etiã primo ethicorum in illa auctoritate quam alij allegant pro seipsis. Nam in tertio capitulo volens inquirere de felicitate que consistit in bono hominis secũdum q homo ꝛ in actu virtutis ꝛ per cõsequẽs de subiecto virtutis distinguit partes anime in rationale ꝛ irrationale. Et irrationale distinguit in vegetatiuum ꝛ sentiuum que non sunt hominis ꝫm q homo: sed cõueniũt aliis ab homine ꝛ per consequens in eis non potest poni feliciras nec virt⁹ aliqua in vltimo capitulo eiusdem primi: rõnale diuidit in rationale per essentiam ꝛ per participationẽ quod est suadibile vel obaudibile ꝛ illud vocat irascibile ꝛ concupiscibile: ꝛ tunc dicit q secũdum hec virtutes distinguũtur qꝛ quedam sunt intellectuales que ponuntur in intellectu vel rationali ꝑ essentiam quedam morales que in rationali per participationem: sed illud nõ intelligit appetitum sensitiuum qꝛ supra exclusserat ipm respectu felicitatis qꝛ non cõuenit homini secũdum q homo ꝛ pari ratione respectu veritatis/ igitur intelligit hoc. ergo ꝛc. Hoc probatur etiam secũdo ethicorum qꝛ act⁹ virtuosus ponitur eligere ꝛ habitus ponitur electiu⁹ ꝛ per cõsequens ad voluntatem pertinere. Tertio ꝓbatur hoc per Augustinũ de moribus ecclesie/ et primo de ciuitate dei. Ubi dicit q ꝓtutes sũt amores boni honesti. Sed amor boni honesti ad voluntatem pertinet. ergo ꝛc. Et per Anselmum apparuit supra de iusticia precipue q ad voluntatẽ pertinet qꝛ est ipa rectitudo voluntatis. Unde ꝛ ꝓvoluntatem diffinitur sicut per subiectum proximum ꝛ immediatum. quare ꝛc. Ad idem est auctoꝛitas Augustini. 18. de trinitate capitulo. 9. ꝛ Magister allegat in hoc. 3. q virtutes cardinales manent in patria vel anima separata ꝛ cõmuniter conceditur hoc saltem ꝗtum ad habitum: sed hoc nõ esset nisi perficerent voluntatem ꝛ nõ appetitum sensitiuũ/ qꝛ anima separata non manet oꝛganũ eius. q̃re ꝛc. 18. de tri.

¶ Secũdo dico ꝗtum ad presentem articulum q in appetitu sensitiuo sunt aliqui habitus generati bene ex frequẽti motione voluntatis ꝛ necessarius pro statu presenti ad hoc vt appetitus sensitiu⁹ cui dominatur voluntas principatu politico ꝛ qui habet vim repugnãdi ꝛ rebellandi prompte ꝛ faciliter ꝛ bene obediat voluntati secũdum iudicium rãtionis. Sed tales habitus nõ debent dici virtutes essentialites ꝛ principaliter: sed quasi per participationem ꝛ secũdum quid ꝛ minus principaliter. Qꝛ autem oporteat ponere tales habitus in appetitu sensitiuo. Videt dicere Aristoteles ꝑmo politice qui dicit q ꝛ in domino vel precipue requiriẽ virtus ad principandum ꝛ in seruo vel subiecto ad obediẽdum. Et precipue dico q in subdito qui habet ius ꝛ vim repugnãdi cuiusmodi est appetit⁹ sensitiuus respectu volũtatis vel rationis. ¶ Tertio dico q non video magnam necessitatem ponẽdi habitus in mẽbris exterioribus quibus dominat̃ anima ꝑncipatu despotico nec habent vim repugnandi licet aliqui hoc ponãt. Hec de secõ articulo.

¶ Quãtum ad tertium arti/culum restat respondere ad motiua aliorũ. ¶ Ad primum ꝓime opinionis dico ad maiorem q non oportet ponere virtutem formaliter vbi est passio moderata sed magis in voluntate moderante ibiꝛ imperante appetitui sensitiuo. ¶ Secũdo dico q in voluntate bene sunt passiones scõm. 14. de trinitate: et nono de ciuitate dei. capitulo quarto. per totum et capitulo quinto in ꝑncipio sicut gaudere ꝛ restari ꝛ huiusmodi ĩmo naturale est volũtati cõgaudere ꝛ contristari appetitui sensitiuo licet non fit alteratio in voluntate secũdum tales passiones sicut est in appetitu sensitiuo vel eius oꝛgano q̃ibi fiunt septimo ethicorum. ¶ Ad secũdũ dico q voluntas prompte ꝛ faciliter nõ eligit bonum iudicatum a ratione sine habitu: ꝛ ideo ponẽdus est habitus adquisitus in ipa secũdum vnãquãq; materiaꝫ virtutis. Nec sufficit prudentia in intellectu sicut etiam ponẽdus est habitus adquisitus in appetitu sensitiuo: licet sit ex se determinatus ꝛ necessario ꝑ bonum appꝗhensum per sensum ꝛ non possit in aliõ nisi in bonum apprehẽsum per sensum ꝛ multomagis in voluntate que secũdum veritatem non necessario eligit nec vult bonum iudicatum a ratione ſz ipm potest non velle oppositu⁷ diligere sicut dictũ est in secũdo. ¶ Ad tertium dico q in dijs vel in substantijs separatis seu in angelis nõ ponũtur cõmuniter virtutes morales adquisite que sunt circa passiones moderãdas in habẽte qꝛ in ipis nõ sunt passiones moderande sicut nec appetitus sensitiu⁹ saltem passiones appetitus sensitiui. Non qꝛ ꝓtutes morales sint in appetitu sensitiuo eẽntialiter ꝛ formaliter: sed magis materialiter ꝛ q̃si obiectiue sicut circa materiam. Virtus etiã est de bono ꝛ difficili ꝛ angeli nõ hũt difficultatẽ circa passiões moderãdas. quare ꝛc. Aliter dr̃ q nõ est magnũ incõueniẽs ponere in angelis ꝓtutes morales adqsitas Dato q non habeãt passiones appetit⁹ sensitiui vl qꝛ pũt habere passiones volũtatis vel qꝛ nõ est necessarium ad hoc vt sit aliqs ꝓtuosus q habeat in se habitũ voluntariũ quo tales passiones moderaret ꝛ in ipsis mediaret ſz si ibi e ẽnt sicut ex p frequẽter velle distribuere liberaliter peccunias si haberet põt aliqs adquirere habitum libertatis dato q nunq̃ hẽat vel distribuat peccunias. ¶ Ad quartum dico q in appetitu sensitiuo qui deuiat a bono simpliciter qd̃ est bonũ rõis recte ꝛ põt rebellare rationi ponẽdus est habitus: ſz nõ ꝓtus principalit̃ nec eẽntialiter sed magis in voluntate q̃ nõ est etiã determiãta ad faciliter eligendũ bonũ simpliciter prout bonũ simpl̃r distinguitur ꝓtra bonũ apparẽs sed põt eligere bonũ apparens ꝛ cõuerti ad bonuꝫ vt nũc etiã ꝓtra iudiciũ rõnis. quare ꝛc.

Ad auc. 1. opinio. ¶ Ad primam auctoꝛitatem Aristotelis de primo ethicorum. Dico q per rationale ꝛ per participationem intelligit voluntatem que non est ratio ipsa essentialiter sed appetitus in ratione obaudiens ꝛ suasibilis a ratione. Si enim esset intẽtio sua de appetitu sensitiuo sicut ponunt alij tunc omnes qui ponunt iusticiam in voluntate contradicerent Aristoteli. quod tamen non videtur. ¶ Ad secundam auctoꝛitatem de primo politice. Patet q non soluũ ponendus est habitus in appetitu sensitiuo/ sed principalius in voluntate sicut in principante. ¶ Ad tertiam Dico q loquitur ibidem philosophus in tertio Ethicorum de foꝛtitudine ꝛ tempantia q sint in appetitu sensitiuo concupiscibili scilicet ꝛ irascibili prout formaliter ꝛ essentialiter sunt virtutes sed secundum participationem quandam: ꝛ magis secundum quid vel per irascibiles partes intelligit irascibile ꝛ cõcupiscibile in voluntate. Vel dic etiam q ipe non asserit sed dicit q videtur qũocũq; exponat eũ cõmentatoꝛ. ¶ Ad quartam. Dico bene q in appetitu sensitiuo ꝛ in anima secũdum ipsum sunt passiones ꝛ habitus aliqui: sed nõ virtutes principaliter vel per irrationalem partem potest accipi voluntas que non est ratio ipsa nec rationalis per essentiam sicut est intellectus. Eodem modo posset dici ad illud dictum Aristotelis magnorum moralium q si virtutes intellectuales: ꝛ morales essent eedem destrueretur in aĩa pars irrõnalis scz voluntas: quia tunc sequeretur q esset eadem potentia cum intellectu.

Ad motua. 2. opinio. ¶ Ad primum pro scõa opinione qñ dicitur q moderate timeꝫ ꝛ vt homo est actus foꝛtis vel foꝛtitudinis. Dico q supposito q timere sit ĩ appetitu sensitiuo tm̃ sicut dicerent alij q timere nõ est actus foꝛtitudinis nec alicui⁹ virtus sed magis est passio moderata ꝑ actũ virtutis ꝛ per ꝓtutem. Et dato q esset actus ꝑt actus ꝛ operatio distinguitur cõtra passionẽ tm̃ nõ esset actus elicitus ꝓtutis: sed magis impat⁹ a virtute que est ĩ volũtate formaliter ꝛ eẽntialiter sicut dictum est supra. ¶ Ad secũdum dico q suo modo ita distinguũtur irascibile ꝛ cõcupiscibile in voluntate sicut in appetitu sensitiuo ꝛ arduũ ꝛ delectabile ex parte obiecti. Unde nec in voluntate nec ĩ appetitu sensitiuo intelligõ q sint diuerse potentie vl diuerse vires distincte ex natura rei sed vna simpliciꝫ potentia simpliciter indistincta ex natura rei: ꝛ ita nihil habeo ad propositum: sed habemus q virtus principaliter ꝛ essentialiter debet poni in volũtate ¶ Ad tertium dico q bene ĩ appetitu sensitiuo potentia habitus aliqs ad hoc vt habẽs perfecte operetur virtuose ꝛ appetitus sensitiuus prompte ꝛ faciliter obediat voluntati pro statu presenti naturẽ lapse sed ille nõ est essentialiter nec formaliter ꝓt⁹. Ad auc. p. 2. opiniõe.

¶ Ad primam auctoꝛitatem dico sicut superi⁹ est responsum q foꝛtitudo ꝛ potentia videntur eẽ irrationabilium partium. ꝛc. ¶ Ad secũdam. Dico q in appetitu sensitiuo tempati bene est habitus impressus ꝛ generatus quo excluditur passio saltẽ vehemens. Sed ille nõ est ꝓtus formaliter sed poti⁹ habitus qui est in voluntate sicut dictũ est supra. ad dicta 3. opi.

¶ Ad dictum aliorũ qui ponũt iusticiã legalem tm̃ in volũtate ꝛ non iusticiam particularẽ. Dico q vrãq; est ponere in voluntate sicut dictũ est supra. Et q volũtas versari põt ꝛ ꝓstatur circa bonuꝫ particulare ꝛ hoc debitũ huic persone singulari ꝛ difficile multũ ẽ capere qũo appetitus sensitiuus ꝓsetur vel possit versari circa bonũ ad alterũ cum non habeat sic cõparare. Dices q rationabile est ponere vnam tantuꝫ virtutem in voluntate. Puta iusticiam legalem sicut sufficit in intellectu vna prudentia vt sic totus homo sit pefectus per quatuor ꝓtutes cardinales. Intellectus per prudentiã/ voluntas per iusticiaꝫ cõcupiscibilis in appetitu sensitiuo per temperantiam ꝛ irascibilis per foꝛtitudinem ponendo istas duas in appetitu sensitiuo. Dico q in intellectu nõ sufficit vna prudentia circa materiam omnium virtutum: sed multiplicantur prudentie sicut ꝛ virtutes morales ꝛ materie iparum. Prudentie Dico adquisite sicut magis poterit alias videri si occurrat ꝛ ita oportet prudẽtias illas ponere in intellectu: ita etiam omnes virtutes morales oportet ponere in volũtate. Nec appetitus sensitiuus per aliquam virtutem moralem perficitur quia perfectio virtutis est perfectio hominis vt excedit appetitũ sensitiuum ꝛ distinguitur a brutis vt dictum est supra. Perficitur tamẽ aliquibus habitualibus impressionibus que non sunt formaliter virtutes nec essentialiter sicut nec sunt in appetitu bruti alicui⁹ vomiti ad aliquem actum exercendum: licet magis de propinquo respiciat virtutem in voluntate sibi coniuncta ꝗ in brutis in quibus appetitus sensitiuus non coniũgitur voluntati. ¶ Ad illa que sunt pro tertia opinione pro quãto sunt contra predicta apparuit arguendo contra eam. Ad ꝓn. argumẽ.

¶ Ad primum principale Di q passiones non sunt materia in qua vel ex qua respectu ipsarum virtutum: sed materia circa quam se tenens ex parte obiecti: ꝛ ita non oportet q virtutes sint formaliter ĩ appetitu sensitiuo dato etiã q in ipo solo sint passiones. ¶ Ad secundum dico q virtus non est medium ĩ, sed magis ponit et

tenet medium ꝛ dato ꝙ esset mediũ inter passiones non tamẽ mediũ per cõpositionem sicut medius color ꝛc̃m aliquos sed est mediũ per abnegationem: ꝛ ita nõ opꝰ virtutẽ esse formaliter vbi sunt extreme passiones. ¶ Ad tertiũ dico ꝙ vicium vel potius peccatũ formaliter ꝛ principaliter est in voluntate. Unde ꝛ primi motꝰ q̃ sunt in appetitu sensitiuo nõ sunt peccata sed potius materia virtutis vel peccati in voluntate.

¶ Distinctionis trigesimetertie.

Questio Secunda.

¶ Secũdo quero ꝗ̃ omnes virtutes ꝑter theologicas insint homini a natura vel ex adquisitione. ¶ Videturꝙ a natura qꝛ qꝫ potest inchoari a natura / potest etiã perfici a natura: qꝛ natura non incipit motum vel effectum quem nõ possit terminare. Sed ꝓtꝰ in nobis inchoatur a natura qꝛ principium ꝓtutis est naturale in homine ꝛ aptitudo adꝓtutem. ergo ꝛc̃. ¶ Secũdo sic. Natura non deficit in necessarijs. 3°. de aĩa ꝛ. 2°. de celo Sꝫ ꝓtutes sũt homini necessarie ꝛc̃m naturã vel statum nature. Nam homo naturaliter ordinatur ad felicitatem naturalem saltem ad quã attingere nõ potest nisi mediãtibus ꝓtutib̃ adquisitis. ergo ꝛc̃. ¶ Tertio sic. Illud inest homini a natura cui̇ oppositum est innaturale vel cõtra naturam. Sꝫ oppositum virtutis. Puta viciũ est hmodi innaturale ꝛ ꝓtra naturã qꝛ ꝓtra rõnem naturalem. ergo ꝛc̃.

3. de aĩa.

¶ Contra Quod est homini naturale conuenit omnib̃ hominib̃ vel saltem pluribus. Sed ꝓtutes nõ insunt homini vt in pluribus nec insunt omnibus. ergo ꝛc̃.

¶ In ista questiõe sic ꝓcedã.

¶ Primo inquirã vtrũ virtutes aliquae alie a theologicis insint hoĩ a natura vel p adq̃sitionẽ ꝛ qũo. ¶ Scdo inquirã. An in adquisitiõe ꝓtutũ moralium principali̇ se habeat volũtas q̃ intellectus vel aliquid pertinẽs ad intellectũ. ¶ Tertio. An cũ virtutib̃ adq̃sitis moralib̃ vel alijs a theologicis necesse sit ponere in homine alias ĩfusas. ¶ Ultimo ad rationes principales.

¶ Quãtũ ad primũ articulũ

1. opi. cũ suis rõnibus.

Videtur fuisse vna opinio q̃ satis recessit ab aula ꝙ virtutes insunt hoĩ a natura ꝛ nõ per adq̃sitionẽ Ad hoc videtur aliquae rõnes. ¶ Prima est ista. Illud quod nihil positiuũ ꝛ reale absolutũ dicit super potentiã si est aliq̃d reale inest hoĩ a natura: et sicut potentia ipa naturalis inest a natura. Sꝫ virtus est hmõi. Mã sicut videm̃ in cõnaturalib̃ ꝙ virtus gressibilis nihil dicit nisi potentiã gressiuã vel motiuam nõ impeditã sicut vr̃ ꝙ ꝓtus nichil dicat super potentiã ipam nõ impeditã. Ita ꝙ potentia ipa nõ impedita ꝛ ꝓ ꝓ̃ns faciliter potẽs exire ĩ actũ est ipa virtus. ergo ꝛc̃. ¶ Scda ratio. Non minus actus liberi arbitrij est naturaliter rectus ꝛ ex naturalibus q̃ actus potẽtie vegetatiue vel sensitiue Est enim multo perfectior potẽtia. Sed actus illi naturaliter sũt recti. ergo ꝛ iste. Cũ ergo nõ possit esse rectus sine virtute videt ꝙ virtꝰ insit a natura.

¶ Tertia ratio. Si ꝓtus moralis nõ inest natura / oportet ꝙ insit per adquisitionẽ. Patet qꝛ de ꝓtutibus infusis nõ est mõ sermo: sed hoc nõ pot eẽ. Si ẽm ꝓtus adquiritur hoc est per accidẽs vel actum Aut igitur per vnũ aut per plures. Non per vnum Patet primo ethicoꝝ. Una ẽm hyrundo nõ facit vel: nec vnus actus facit hominẽ ꝓtuosu̇ vel vicio sum. Non per plures. Probatio qꝛ plures actꝰ nõ sunt simul quãdo habitus gnatur: qꝫ aũt nõ est nõ agit nec est causa alicui̇. Si dicas ꝙ per vltimum actum in virtute ꝓcedentiuꝫ. Contra qꝛ in virtute eius quod non est nihil agit ꝛ ꝓcedentes actus non sunt. Similiter etiã cõtingit ꝙ vltimus actus ẽ imperfectus valde ꝛ in modico conatu mõ per talem actum non videtur hitus perfectus generari qꝛ cã totalis nõ est minus nobilis vel perfecta q̃ effect̃ eius sed magis si sit causa equiuoca. g ꝛc̃. ¶ Quarta ratio. Si hitus ꝓtutis adq̃ritur per actus ꝛ non inest a natura. Aut adquiritur per actꝰ virtuosos / aut per actus viciosos. Non per actꝰ viciosos. Pꝫ Nec per actus ꝓtuosos: qꝛ tales actus ꝑsupponũt virtutem ꝛ per ꝓ̃ns nõ generant ipam. quare ꝛc̃.

¶ Quinta ratio. Actus ille per quem adquiritur virtus. Aut est cũ hitu / aut nõ. Si nõ / nõ est cã habitus. Si sic oportet ꝙ sit ꝓtuosus ꝛ nõ est virtuos̃ nisi ex habitu: igitur habit̃ est causa eius ꝛ cum sit etiam cã habit̃ sequitur ꝙ idẽ erit causa suiꝑius. Hoc est impossibile ꝛ falsum sicut ꝙ idem sit aliud a seipo ꝛ prius ꝛ posterius seipo. ergo ꝛ dependẽs realiter a seipo. ergo ꝛc̃. ¶ Sexta rõ. Justicia originalis pro statu nature instituite ꝛ statu innocẽtie non erat aliq̃d additũ nature sed homini inerat ex suis naturalib̃. Unde nõ videtur fuisse nisi natural̃s rectitudo ab ozigine existẽs: ergo similiter in proposito videtur de ꝓtute. quare ꝛc̃. Sic igitur videt ꝙ virtutes id qꝫ sunt a natura ꝛ ex naturalibus insunt ꝛ nõ oportet nisi tollere impedimẽta per consuetudinẽ ꝛ exercitationẽ circa materias ꝓtutuꝫ ꝛ virtutes que insunt naturaliter faciliter possint exire in actus suos vt videtur.

¶ Sed istã opinionẽ non teneo: ꝫ dico aliter ꝙ ꝓtutes ineẽ homini a natura vel naturaliter potest intelligi dupliciter. Uno modo in potẽtia ꝛ aptitudinaliter. Alio modo in actu ꝛ formaliter. Primo mõ dico ꝛc̃m Aristotelem scdo ethicorum ꝙ virtutes insunt homini a natura seu naturaliter. Scdo modo non. ¶ Primũ pꝫ de se. Nec oportet pbare hoc nec ad pbãdũ insistere: ꝛ tam de intellectualib̃ ꝓtutib̃ q̃ de moralibus. Natura ẽm hominis nata ẽ ꝛ apta perfici per tales ꝓtutes. Unde ꝛ oẽs homines natura scire desiderãt ꝛ nõ puto ꝙ talis aptitudo sit passiua tm̃ respectu ꝓtutũ: ꝫ in hoĩe est actiuitas respectu ꝓtutũ: ita vt nõ solũ possit eas recipere sed etiã adquirere. In aliq̃bus tm̃ ẽ maior aptitudo q̃ ĩ alijs ad adq̃rendũ ꝛc̃m melioẽ vel peioẽ ꝓplexionẽ corporalẽ vel quãcunq̃ aliã dispositionẽ vel rationeꝫ que posset assignari. ¶ Scdm pbatur scꝫ ꝙ ꝓtutes in actu ꝛ formaliter ꝛ cõplete nõ insunt hoĩ a natura.

Opi. do.

¶ Prio sic. 3°. de aĩa. Dicit phus ꝙ ĩtellect̃ ante suũ intelligere ẽt tanq̃ tabula rasa ĩ qua nihil depictum est depingibilis tm̃ est. igitꝝ. Similr ꝛ volũtas est q̃si tabula rasa in q̃ nihil depictũ est tm̃ depingibilis est ꝓtutib̃. Sed hoc nõ eẽt verꝫ si virtutes intellectuales vr̃ morales ineẽnt hoĩ a natura. q̃ ꝛc̃.

3. de aĩa.

¶ Secũdo Habitus viciosi nõ insunt homini a natura: sed generantur ex actibus malis vel ꝓsuetudinibus: ergo similiter habitus virtuosi nõ insunt homini a natura sed a ꝓsuetudine. ¶ Tertio habitus qui inest ex cõformiter velle ad iudicium recte rationis non inest naturaliter. Sed hoc est virt̃ quia est habitus electiuus ĩmediate ꝓsistens determinatus recta rõne ꝛc̃m ꝙ sapiẽs determinauit. ergo ꝛc̃.

¶ Quarto Ex hijs que insunt mere a natura vel naturaliter non laudamur nec vituperamur Scdo Ethi. qꝛ talia non sunt in potestate nostra. Sed virtutibus laudamur. ergo ꝛc̃. ¶ Quinto ꝓtutes ꝛc̃m Augustinum. 4. de ciuitate dei capitulo. 21. Sunt quasi artes bene viuẽdi sicut ergo ex actib̃ mechanicis ꝛ consuetudine ipozum generãtur artes mechanice in aliquo sicut videtur ꝙ ex actib̃ virtuosis generãtur virtutes. Sed planũ est ad sensum ꝙ sic est in illis qꝛ ex frequẽti citharisare fit aliq̃s citharista: ꝛ sic de alijs. ergo ꝛc̃. ¶ Sexto sic. Illud quod facit in nobis vel inducit facultatẽ bene operandi virtuose inducit in nobis virtutem vel habitum virtutis qꝛ habitus est quo quis faciliter operatur cũ voluerit. Sed ꝓsuetudo ẽ huiusmõi. g ꝛc̃.

2. Ethi.

¶ Ad hoc pñt adduci multe auctoritates Aristotelis ꝛ Cõmentatoꝛis quas dimitto causa breuitatis nisi ꝙ in scdo ethicoꝝ expresse ex intentiõe hoc determinat philosophus dicẽs. Manifestũ q̃m ne q̃ vna moralium ꝓtutum natura nobis infit vel insit. Ui moralis virtus dr̃ ab ethos qꝫ ẽ mos quasi habita ex more vel ꝓsuetudine sicut dicit Cõmentator. 2°. ethicoꝝ ꝓmento primo: ꝛ multis locis alibi repetitur similis sentẽtia in libro ethicorum.

¶ Sed de modo per quẽ generatur habit̃ cendi ꝑmissis ꝙ per actꝰ multos habit̃ gnatur. Non qꝛ actus sit causa per se effectiua elicitiua generationis habitus qꝛ nõ puto ꝙ actus effectiue p istum modum attingat ad habitum nec ad aliquaꝫ dispositionem habitus sicut nec habitus est cã actꝰ vt dictum est supra de quo tamẽ nõ minus videret Sed dico ꝙ cõcomitanter vel ꝓ̃ter ad actum ordine nature eadem causa effectiua que efficit actũ generat habitum ꝛ nõ generat habitũ totum sim̃l cõsequẽter ad vnum actũ tm̃: sed gradũ post gradum ꝓ̃ter vel cõcomitãter ad actũ ꝛ actũ ꝛ perfectioꝛẽ vel imperfectioꝛẽ gradum ꝛc̃m perfectioꝛẽ vel imperfectioꝛem actum: verũ est tamẽ ꝙ anteq̃ habit̃ sit perfectus ꝛ firmatus illud qꝫ generatũ est de habitu non dr̃ habitus nec meretur nomẽ habitus licet sit eiusdem rationis cũ toto habitu: sed magis meretur dispositio tanq̃ adhuc imperfecta ꝛ de facili mobilis. Uñ ꝛ dispositio fit habitus: ꝛ habit̃ aliq̃ dispositio dicitur qꝛ includit quicq̃d erat realitatꝫ in dispositione: licet cedat ꝑfecto adueniẽte gradu perfectioꝛi ipius: sed ecõuerso dispositio non dr̃ habitus. ¶ Ex quo statim apparet opinionẽ illoꝝ falsam esse qui dicũt ꝙ habitus est forma simplex ꝛ indiuisibilis non habens in se latitudinẽ graduũ ꝛ ꝙ simul totus adquiritur licet paulatiue in subiectum per plures actus disponatur ꝛ hoc magis apparuit in primo in illa questione de augmẽto caritatis. Nulla ẽm dispositio alia necessaria est. Nam illa vel esset eiusdem rõnis cũ habitu ꝛ hoc redit in aliam opinionẽ ꝙ habitus nõ est oĩno indiuisibilis sed adquisibilis ꝛc̃m graduũ / ꝛ graduũ quoꝝ grad̃ imperfectus dr̃ dispositio ꝛ cedit ꝛ vno cũ gradu vel parte perfectioꝛi aduenẽte ad ꝓstitutionẽ vnit̃ totalis hitus. Aut illa dispositio eẽt alterius rõnis ꝛ nõ ẽ determinare talem nec q̃d est tal̃ dispo vt vr̃.

qũo gnatur hit̃ ꝓtutum.

¶ Ad primum aliorũ ꝓbatur ꝙ ꝓtutes insunt a natura. Dico ꝙ virtus dicit aliquid positiuũ reale absolutũ supra potentiam in qua ponitur ꝓtus: ita ꝙ nõ est potentia ipa sine impedita siue nõ impedita sed ꝙ ponere hoc est multum appropinquare opinioni platonis ꝙ nostrũ addiscere nõ ẽt nisi quodd̃ reminisci Quãdo dicis de ꝓtute gressiua vr̃ motiua. Dico ꝙ virtus ꝛ potẽtia idẽ sunt ibi: ꝫ sic nõ pot̃ dici quia certum est ꝙ aliq̃ potẽtia est sub ꝓtrario hitu ꝛ opposito ipius ꝓtutis vel etiã sub ꝑuatione ꝛ ita non pot̃ poni idem cũ virtute tũc ẽm esset sub opposito suiꝑius vel sub negatione. quare ꝛc̃. ¶ Ad scdm dico ꝙ actꝰ aliq̃s liberi arbitrij pot̃ esse rectꝰ ex puris naturalibus sicut actus qui est prior ꝓtute ꝛ generatiu̇ ꝓtutis. Sed dico ꝙ faciliter ꝛ expedite in talẽ actũ nõ pot̃ sine habitũ nec ita deteriate sicut cum habitu. Tu dicis vegetatiua potẽtia ꝛ sensitiua nõ indigent ad rectitudinẽ sui actꝰ nisi mera naturalia. Dico dato ꝙ verũ sit hoc nõ est simile de libero arbitrio ꝛ hoc ꝓpter sui libertatem vel indifferentiam ad opposita obiecta ꝛ indeterminata ꝛ p ꝓ̃ns difficultatẽ circa aliq̃s ipozum vel dato ꝙ nõ sit necessarius hitus ꝓpter hoc tm̃ nõ seq̃tur ex hoc ꝙ sit ꝓnaturalis potẽtie vel idem ipi potẽtie ꝓpter cãm ꝑdictam in solutione ꝑme rõnis. ¶ Ad tertiũ dico ꝙ virtus adq̃ri pot̃ per actus ꝛ nõ adquiritur cõiter per vnum actũ saltem virt̃ moralis quicq̃d sit de intellectuali de qua nõ curo mõ tamen nec de ipa puto ꝙ adquiratur per vnum actum siue ĩtellectus principij si ponatur habitus siue sciẽtia de cõclusiõe. Quãdo dicis ꝙ plures actus nõ sunt sim̃l Dico ꝙ verũ est nec simul etiã tot̃ habitus sed gradatim sicut dictum est supra. Unde dico ꝙ non oꝫ dare illã solutionẽ ꝙ vltimo actu in virtute aliorũ adquiritur habit̃. Et ꝓtra hoc bñ arguitur. Nec valet exẽplũ qꝫ adducitur de cauatione lapidis ab vltima gutta. Mã quelibet gutta facit qꝫ suũ est in virtute ꝓpria precedẽtes vltimã scꝫ disponendo ꝛ mollificãdo lapidem ꝛ vltima auferendo partẽ lapidis ꝛ expellendo. ¶ Ad illud qꝫ additur ꝙ vltimus actus quãdocũq̃ est imperfectior ꝛ ex minori conatu q̃ alij precedentes. Dico ꝙ verũ tamen est aliquid perfectius totum ex eo ꝙ precessit de habitu ꝛ qꝫ aduenit q̃ illud solum quod prefuit. Nec oportet ymaginari ꝙ actus sit nobilior habitu vel eo quod habetur de habitu cõsequenter vel concomitanter ad actum quia actus sicut dictum ẽ supra non ẽ causa effectiua totalis habitus ĩmo nec causa effectiua nisi forte per modum dispositionis necessitãtis que non est ratio recipiendi. ¶ Ad quartum dico ꝙ actus per quos adquiritur habitus vel mediantibus quibus nõ debent dici virtuosi: quia nõ consequuntur habitum. Nec viciosi tamen sunt eiusdem rationis cum illis qui postea sequũtur habitum ꝛ denominãtur vel dicũtur virtuosi. ¶ Ad quintũ dico ꝙ actus ille mediante quo adquiritur habitus est prior natura habitu ꝛ est in re cũ hitu quãdo hitus adq̃ritur. Nec oꝫq̃ dicatur ꝓtuos̃ qꝛ nõ seq̃tur ꝓtutẽ ꝫ magis ecõueso. Similr etiã forte nõ oporteret ꝙ eẽt cũ hitu qꝛ nõ ẽ cã ei̇ ꝓprie vt

Ad mo. 1. opi.

dictum est supra: sed nō curo de ista solutiōe teneo me cū prima. ¶ Ad sextum dico q̃ iusticia originalis erat habitus superadditus nature hominis licz non esset adquisitus sicut dictum est in scdo z ꝗtuz ad hoc q̃ nō erat adq̃situs nō est simile de ipo z nostris ꝗtutibus adq̃sitis. Hec de primo articulo.

qd i gnatiōe ꝗtutis pncipali⁹ se habeat. 1.opi.

¶ Quantum ad secundū articulum. Est vna opinio vni⁹ doctoris q̃ in gnatione virtutis mozalis principalius se habet intellectus vel aliquid se tenēs ex parte intellectus q̃ voluntas. Obiectum enī vt apprehensum per intellectum z ēm formam quā dat sibi apprehensio ē illō vnde actus habet pncipaliter suam bonitatem vel maliciam mozalem sicut dicit z nō ex volūtate vel aliquo alio. ¶ Secūdo dicit q̃ vtriq̃ scilicet tā voluntati q̃ rōni attribuēda est imputabilitas actus mozalis licet magis ꝓuenięter attribuatur voluntati vel magis cōmuniter. ¶ Primū ꝓbat multis vijs. Primo sic. Ex illo principalius z verius hēt actus bonitatem mozalē ex quo habet naturā z speciem suam z a quo specificatur. Nam bonitas mozalis vel malicia sequūtur ipam substātiā actus vl speciem ēm perfectionem z perfectionē actus. Sz ab obiecto per rationem apprehēso/ vt bonum vel malum habet actus suam speciem effectiue z etiaz terminatiue. Unde ex ipo specificatur sicut motus ex termino ad quem. 5. phisicoꝝ. z potentia ex actu secūdo de anima. Et qz actus diuersificātur ēm diuersitatem obiectorum z nō ex volūtate q̃ est potētia pure passiua z mere receptiua talis act⁹. g̃ z c̄.

5. phisi. z 2. de aia

Potentia enī passiua nō perficit actū nec largitur sibi perfectionē: ꝗs magis ecōuerso actus talē potētiam perficit. ergo z c̄. ¶ Secūdo sic. Ab illo ē bonitas vel malicia mozalis in actu per cōformitatez vel difformitatem dicitur actus bonus mozaliter vel malus. Sed hoc est per obiectum a rōne apprehensum. Nam si voluntas ꝓformiter velit ad rationem rectam vel obiectum dictatū per rōnem rectā eo ipo bene vult z actus bon⁹. Si difformiter act⁹ est malus. ergo z c̄. ¶ Tertio sic. Ab illo hz actus voluntatis suam bonitatē vel maliciam mozalē q̃ est per se mensura ei⁹. Sed hoc est obiectum apprehensum sicut etiā obiectū est mensura actus sciēdi. quinto metaphi. z habitus etiā. ergo z c̄. ¶ Quarto sic. Bonitas mozalis in actu ꝓcipue dependet ex lege diuina. Patet. Sed ad intellectum ꝓtacticum seu ad obiectum eius apprehensum ꝓcipue pertinet lex diuina sicut dictamē quoddam ꝓtacticum vel obiectum dictatū a ratione recta. ergo z c̄. ¶ Quinto sic. Si voluntas daret suo actui bonitatem mozalem z illā nō haberet ex obiecto apprehenso. Sequeretur q̃ oīs act⁹ voluntarius esset bonus vel malus mozaliter sicut esset volūtarius z ita nullus eēt actus indifferens q̃d est falsum z contra illa que dicta sunt in scdo. Leuare enī festucam sic absolute est act⁹ indfns z nō videtur hoc nisi ex obiecto. ¶ Ultimo cōfirmatur hoc per auctoritatem scripture Osee. 9. Facti sunt abhominabiles sicut z ea q̃ dilexerunt. Ecce q̃ act⁹ hz maliciā mozalez ex obiecto suo nō ex voluntate diligente. Ut nō dicit scriptura. Facti sunt abhominabiles qz ea dilexerunt sed qz dilecta obiecta sunt z erāt abhomīabilia. ¶ Sic g̃ diceret isti ꝓiter q̃ sicut intellect⁹ vel aliquid se tenēs ex parte eius puta obiectū apprehensum ēm formā rōnis dat actui bonitatē vel maliciā mozalē z non voluntas ipa cū sit pure passiua sic ꝓcipaliter concurrit ad generationē virtutum mozalium z voluntas nō ꝓcurrit sicut mere passiua z receptiua actus sui ad quē ꝓiter vel concomitanter gnatur habitus mozalis virtutis nō in ipa sed in appetitu sensitiuo ex motione volūtatis z ratione pncipaliter vel potius obiecti per rationem apprehensi. ¶ Secūdum declarāt sczq̃ actus habet imputabilitatē ex vtroq̃ scz voluntate z ratione qz per vtrūq̃ habet hō q̃ actus nō solum exterior sed etiam interior sequēs plenā deliberationem sit ī sua potestate per hoc q̃ ēm istas potētias potest reflecti super suos actus z deliberare plene quid sit eligendum vel nō. Tamē īputabilitas ista magis z cōmunius attribuitur voluntati q̃ ratiōi quia voluntas ꝓpinquior est actui exequendi q̃ ratio. ideo z c̄.

¶ Contra istā opinionem intēdo primo arguē z postea aliter ad istū articulū respondere z ad rationes opinionis. ¶ Contra opinionē dico primo q̃ ipe ꝓsupponit vnum fundamētum falsum z ꝓiculosuz z excōicatum scz q̃ voluntas respectu sui actus elicīti qui est velle qui solus formaliter z primo est mozalis ēm istos sit pure passiua. Per hoc enī tollit omne meritum z demeritū z omnis imputabilitas actus sicut ostēdi in scdo. Et ideo dico ꝓiter q̃ tota opinio vel positio est falsa. ¶ Tamē arguo ꝓtra eam. Primo sic. Ipi dicūt z bene q̃ actus volūtatis formaliter z primo solus est mozalis: z alij act⁹ non sunt mozales nisi ēm participationē aliquam vel habitudinē ad talem actum. Tūc sic. Volūtas dicitur bona mozaliter vel iusta ex actu suo bono mozaliter: et similiter mala vel īiusta ex actu malo vel iniusto mozaliter. ptz ēm oēs. Sed null⁹ dī malus vel īiustus mozaliter ex eo solū q̃ patitur iniustum vel malū. Patet. 5. ethicoꝝ. Nā iniustū z malum patitur quis nolēs ergo volūtas respectu act⁹ mozalis boni vel mali nō solum est passiua sed etiā actiua. Alioq̃n non esset per ipm iniusta. Si dicas q̃ nō est iniusta ex hoc precise q̃ patitur: sed q̃ voluntarie patit z posset impedire ne hoc ab obiecto pateretur. Dico q̃ ex hoc seqtur semp aliqua actiuitas volūtatis respectu actus sui: z ita bonitas vl malicia in actu est ex actiuitate volūtatis. ¶ Secundo sic. Habitus vel actus essentialiter electiu⁹ habet mozalitatem ex voluntate vel potentia electiua non minus q̃ ex ratione vel ex obiecto vt videtur. Nam a voluntate habet q̃ sit voluntarius. Si autem non sit voluntarius impossibile est q̃ sit mozalis. Sed habitus vel actus mozalis est electiuus sicut et habitus vel actus mozalis virtutis secundo Ethicorum. ergo z c̄. ¶ Tertio sic. Ab illo non habet totaltter actus q̃ sit mozaliter bon⁹ circa quod idem existens potest esse mozaliter actus malus. Patet quia oportet q̃ ex aliquo distinguatur actus mozaliter bonus ab actu mozaliter malo. Sed circa idem obiectum non variatum omnino ꝓsentatum per rationem potest esse actus mozaliter bonus vel malus. Puta circa dare elemosinam vel subuenire pauperi quia si ꝓpter finem bonum fiat secūdum alias circūstantias est act⁹ bonus. Si ꝓpter finē malum est actus malus. Dico malicia ꝗris bonitati mozali rōe positiue circūstātie male nō solum malus malicia ꝓiuatiua ꝓpter carentiam debite circūstantie. ergo z c̄. ¶ Quarto sic. Ab illo ꝓcipalius habet esse actus bonus vel malus a quo habet q̃ sit meritorius vel demeritorius magis q̃ ab alio z etiā imputabilis ad laudem vel ꝓmium vel ad vituperiū z penam. Sed hoc habet magis a voluntate q̃ ab obiecto. Obiectum enī q̃tūcunq̃ ꝓsentatū per rationē nō agit nisi mere naturaliter z libere z determīate ad vnū q̃tum est ex parte sua nec est liberū habens in potestate ipm actū sed volūtas ipa. quare z c̄. ¶ Hoc potest confirmari per auctoritatem philosophi. 2. ethicorū. Ubi querit questionē de per se causa virtutis z determinat eā dicens q̃ electio est principalis causa. Electio aūt per se ꝓtinet ad voluntatez licet ꝓsiliatio pertineat ad rationem z ꝓcedat. Unde z Cōmentator ibi dicit. Justus enī vere est q̃ vult z agit iusta z temperatus similiter z ꝓdens z fortis. ¶ Similiter ista est determinatio philosophi scdo ethicoꝝ z Cōmentatoris z lyncoln. Similiter hec est intētio Anselmi de casu ꝓdiaboli. Ubi dicit Necesse est in voluntate iusta concurrere q̃ velit z quō quatenꝰ se temperet et subdit vt scilicet ꝓ hoc q̃ volet liberum arbitriū possit modum excedere. Per hoc autem q̃ iuste nolit vel nōvelit excedere. Ecce q̃ expresse attribuit modū z excessum in quibus consistit virtus z vicīū attribuit volūtati. Unde quia ad voluntatem principaliter z libere pertineret modificare actū. Dico q̃ ab ipa pncipalit act⁹ habet mozalitatem z imputabilitatem z nō ab obiecto vel rōne: z per ꝓns q̃ voluntas multo principalioz est in generatione virtutis mozalis q̃ obiectum vel ratio apprehendens.

Ethi.

Anselm.

¶ Quantū igitur ad istum articulū. Dico ꝓmo q̃ act⁹ mozalis voluntatis pōt habere triplicem bonitatē Unam que est bonitas nature que ꝓuertitur cū entitate z istam habet ex seipo formaliter ex suis per se causis causaliter de ista non est sermo. Secūdaz bonitatem habet q̃ dicitur bonitas ex genere. z est bonitas ista in actu ex obiecto cōueniēte. Ex hoc enī q̃ actus trāsit sup obiectū ꝓueniēs ēm iudiciū rationis recte siue sit finis siue ordinabile in finem dicitur esse actus bonus ex genere z ista prima bonitas mozis: z dicīt bonitas ex gne qz bonitas ista non ꝓtrahitur ex obiecto ad aliquam specialem bonitatem mozalem. Sed sicut genus cōtrahibile est per quācunq̃ differentiam suā ad speciē. Sic etiā bonitas ista ex obiecto ꝓtrahibilis per aliquas circunstantias ad bonitates speciales mozales. Hāc aūt bonitatem ex obiecto habet actus vel habitus formaliter ex habitudīe ad obiectū talevel ex seipso in ordine tamen habitudine actuali vel aptitudinali ad obiectum causaliter habet eam a suis causis. Tertia bonitas est actus qui dicitur perfecte mozalis z ista formaliter ꝓsistit in integritate ꝓuenientie actus debite ēm omnes circūstātias q̃ possunt z debēt inesse ēm iudiciū rōnis recte. Quarū prima est ꝓcipua z videtur esse circūstantia finis cōueniēs. Alie vero sunt multe vt circūstantia modi agendi z tempozis z loci ꝓueniētis z huiusmodi quādo fit actus ꝓpter q̃d oportet z vbi oportet. z c̄. Ita q̃ bonitas mozalis in actu est integritas cōuenientie actus ēm oēs circūstantias debitas inesse. Hec videtur dicere ista bonitas nisi modificationē actus ēm oēs circūstātias. Ita q̃ bonitas mozalis in actu nōvidet dicere nisi cōformitatem actus ad rationem dictātem tales circūstantias vel habitudines plures siue relationes ad finem ꝓueniētem z alia ēm que dicitur actus circūstātionaritlicz act⁹ vel habitus mozalis in se q̃tum ad suam substātiā z naturam cui insunt tales habitudines vel respectus sit aliquid absolutum z de prima specie qualitatis z q̃tum ad illos respectus vel illum respectū Dicit Aristoteles. 7. phisicoꝝ q̃ virtus est aliq̃d z similiter de actu virtutis potest dici. ¶ De mali cijs aūt ꝓme z scde bonitati oppositis Pꝗz q̃ act⁹ tunc est malus ex genere qñ trāsit sup obiectum disconueniēs ēm iudiciuz rōnis recte qd nec est finis cōueniēs nec ordinabile in talem finem ꝓuenientē. Similiter etiā actus est malus mozaliter loquēdo de malicia ꝓiuatiua quādo caret aliqua circūstantia debita in esse ēm iudicium rationis recte. Sed loquēdo de malicia ꝓtraria tunc est malus qñ non solum caret circūstantia debita: sed etiā habet circunstantiam ꝓtrariam: vt quādo nō solum nō ordinatur in finem debitum sed etiam quādo fit ꝓpter malū finē vt dare elemosinā ꝓpter vanā gl̃iaz z hꝰi.

Opi. ꝓpa doct.

5. ethico.

¶ Ad ꝓpositum igitur dico q̃ cū predictas ꝓditiones bonitatis vel malicie mozalis principali⁹ habet actus vel habitus mozalis a voluntate sicut a potentia electiua dñatiua z libera z imperatiua q̃ a ratione vel intellectu potentia ꝓsiliatiua z persuasiua seu ab aliquo pertinēte ad itellectū. Puta ab obiecto apphēso sicut patet per ratiōes adductas superius q̃ ad generationem virtutū mozaliū pncipalius ꝓcurrit voluntas q̃ intellectus vel aliq̃d se tenēs ex parte intellectus cuiusmodi est obiectum apprehensum.

Resolutio.

¶ Ad ꝓmum aliorum quādo dicūt q̃ ab eodem est mozalitas actus z species vel natura specifica ipsius Dicitur vno modo q̃ ista ꝓpositio nō est vera: quia tunc sequeretur q̃ sicut substātia actus est principaliter a deo/ ita etiam malicia eius mozalis esset a deo z sic peccatum pncipaliter esset a deo. Ad maiorem cū dicitur q̃ species act⁹ est ab obiecto apphenso: ita q̃ ex ipo actus specificatur nō ex voluntate. Dī q̃ aliquo mō verum est q̃tum ad innotescētiā qz eniz obiecta magis variātur q̃ voluntas z sunt aliquo modo ꝓioza magis īnotescit dfa specifica actuum ex obiectis q̃ ex voluntate. Nō tamē sequitur ꝓpter hoc q̃ obiectū sit pncipalior causa act⁹ q̃ volūtas ipa. Causa dico effectiua īmo ēm aliquos nullo modo est causa effectiua nec totalis nec nec particularis ēm alios: licz sit particularis nō tñ est pncipaliter sed magis volūtas ipa in cui⁹ ptāte libera est z ita seqtur oppositū ꝓclusiōis ex rōne ducta ad oppositum. Qñ dicūt q̃ motus distinguūtur ex terminis. Alias dixi de hoc q̃ ad eundem terminū specie pōt esse ali⁹ z ali⁹ motus spē. Ut z ꝓmētator dicit. 5. phisicoꝝ q̃ distinctio motuū uel mot⁹ ꝓ terminos non est formalis sed magis materialis. Ut dicit q̃ motus habet duplicez ꝓsiderationē qñ ēm materiam est in genere eius ad qd est mot⁹ ēm aūt formam id est ēm q̃ est transmutatio cōiuncta cum tpe est in predicamēto passionis. Et Aristo. ponit motū in tribus gñibus qz tria genera sunt materia motus. Materia circa quā ꝓfatur motus scilicz vt circa terminū. Ecce q̃ motus ē aliud forāl̃r a fora

Ad dicta. 1. opinio.

Cōmen.

Aristo.

Auicen. vel termino. Et hoc etiã dicit Auicẽ. 2. phisicorũ. ca. 3. Abhorreo inquit dicere q̃ nigrescere sit qualitas ⁊ augeri quãtitas. Imaginantur ergo falsuʒ aliq̃ q motus sit idem cũ forma. Et dato q ymaginantur ipm esse idem vel nõ idem nõ habent ꝓpositum qꝰ si est idem tunc causaliter nõ distinguitur a termino sicut nec idem est causa suiipius. Similiter etiam nõ sic se habet actus ad obiectum qꝰ nõ est idem sibi. Si non est idem Dico q̃ nec distinguitur principaliter a termino sicut nec causatur: sed magis a mouente. Ita dico q̃ actus a volũtate pn cipaliter agente. Quod dicũt vltra q̃ actus variatur ꝛm variationem obiectorum. Dico q̃ istam variationem formaliter ⁊ intrinsece habent actus ex seipsis cãliter vero magis pncipaliter vel forte totaliter a voluntate: licʒ sit vna ĩdistincta ꝑ modum cause equiuoce respectu plurium effectuũ. Innotescent vero magis ex obiectis sicut potẽtie ex actibus suo mõ. Quod dicũt vltimo volũtatem eẽ pure passiuam falsum est ⁊ periculosum dictum sicut ostensum est in secũdo. ¶ Aliter dicitur ad primã rationem totalem q̃ ⁊ si aliquid concludat nõ concludit nisi de bonitate naturali actus nõ aũt de bonitate morali. Alia est enim bonitas moralis actꝰ Alia bonitas naturalis sicut supra est ostensum.

Et diceretur q̃ aliunde habet actus vnam ⁊ aliun de aliam. Moralem vero pncipaliter habet ex voluntate intendente in finẽ ⁊ circũstantionatã libere actum suum ꝛm predictas circũstantias sicut ostẽsum est supra. ¶ Ad secũdum pncipale ipozum dicitur vno modo q̃ licet bonitas moralis in actuo luntatis nõ possit esse sine cõformitate ad dictamẽ rationis rectevel saltem cũ difformitate qꝰ si actus est difformis rõni etiã nõ recte semper ẽ moraliter malus: tamẽ ex hoc nõ sequitur q̃ bonitas vel malicia moralis principalius sit in actu ex ratione sed magis ex voluntate causante libere ⁊ voluntarie in actu suo talem conformitatẽ vel difformitatem ad rationem. Ita q̃ bene cõformitas vel difformitas accipitur ex ratione sicut relatio ex termino: sed nõ sicut ex principali causa vel principio. ideo ⁊c. Aliter dicitur q̃ intellectꝰ practicus vel ratio practica in sua rectitudine. Iudicãdo depẽdet ex appetitu finis. Ita q̃ rectum iudiciũ practicũ ꝑsupponit in voluntate appetitũ finis boni: ⁊ ita adhuc principalis causa rectitudinis ⁊ rationis practice ⁊ actꝰ moralis in voluntate. Voluntas ipa ⁊ appetitus tendens libere in talem finem. Q̃ aũt appetitus finis sit principiũ intellectus ⁊ rationis practice. pʒ

6. Ethi. sexto ethicorum in pncipio. ¶ Ad tertiũ dicit q̃ ꝗtum ad bonitatem vel entitatem naturalem / vel etiã ex genere actus voluntatis mẽsuratur ex obiecto sicut ⁊ actus intellectus suo modo: sed ꝗtuʒ ad bonitatem moralem magis mensuratur ex volutate libere intendente finem ⁊ ponẽtem circũstantias circa actũ vel magis causatur ⁊ principaliꝰ vt ostẽsum est supra. ¶ Ad quartũ de lege dico q̃ nõ concludit nisi q̃ a rõne vel obiecto dictato per rationẽ dependet actus moralis tanꝗ ex cõsilliante vel viri gẽte. Sʒ hoc nõ est pricipaliꝰ causare actũ vel habitum moralem sed magis a voluntate imperante ⁊ mouẽte vt dictum est supra. Obiectum enim cuʒ sit indifferens ꝛm se ad actum bonũ vel malum moraliter nec sit liberum nõ potest esse causa principalis ⁊ determiãtiua moralitatis ĩ actu ponẽdo ipaʒ in actu ĩmo nec ratio ipa licet possit dictare. Et tõ sicut dicitur. 9. metaphi. requiritur voluntas ⁊ proheresis sicut principale determinãs hoc fieri vel nõ ¶ Ad quintũ qñ dicũt q̃ nullus actus esset indifferens Dico q̃ ĩmo sicut apparuit in secũdo. Quãdo dicis q̃ nõ qꝰ quilibet est voluntariꝰ ⁊ causatꝰ a voluntate. Ita tibi dico cõtra te q̃ quilibet eẽt causatus ab obiecto. Si igitur ex obiecto apprehenso habet actus moralitatem: ita bene sequitur q̃ quilibet est bonus vel malus ⁊ nullus indifferẽs. Dico ergo q̃ est aliquis actus indifferens a voluntate ita bene sicut ab obiecto esse posset. Nam volũtas potest actum suũ elicere indifferentẽ circa aliquod obiectum. Ita bene sicut per te posset ipm recipere ab obiecto. ¶ Ad vltimuʒ de auctoritate. Dico q̃ peccatores facti sunt abhominabiles sicut ea que dilexerunt. Non qꝰ malicia moralis sit principaliter in actu ipsorum ex obiecto sicut ex causa: sed qꝰ cognoscitur abhominatio eorum ex obiectis abhominabilibus dilectis vel finibus: licet pncipaliꝰ sit a voluntate diligente. Unde magis causaliter loquendo. Facti sunt abhominabiles ex malis volũtatibus ex malis obiectis. Unde ⁊ circa obiectum malũ ⁊ abhominabile sicut circa fornicari vel adulterari potest aliquis habere bonum actũ ⁊ meritorium detestãdo ⁊ odiẽdo ipm. Et similiter circa obiectum bonum põt habere actum malum detestando ipm vel etiã actum malum ꝛm arbitriũ voluntatis. Unde dico q̃ ipa est pncipalis causando actuʒ bonum vel malũ moraliter: ⁊ per ꝓñs ad ꝗationẽ habitus moralis cõcurrit pncipalius ꝗ intellectꝰ vel aliquid se tenẽs ex parte intellectꝰ. ¶ Ex predictis apparet q̃ imputabilitas actus debet attribui voluntati soli sicut soli potẽtie libere rõne cuiꝰ actus est in potestate agentis ⁊ per ꝓñs ꝑmiabilis vel punibilis: ⁊ sic imputabilis ad laudem vel premium vel ad vituperium vel penã. Unde ⁊ ipa sola volũtas ꝛm Anselmum punietur sicut dictuʒ est in secundo. Hec de secũdo articulo.

Correlarium.

¶ Quãtum ad tertium articulum An scilicet in nobis sufficiãt virtutes adq̃ste cũ theologicis vel sit necessariũ ponere alias infusas cũ theologicis ⁊ adquisitis ĩ nobis. Est vna opinio q̃ sic. ita q̃ oportet ponere aliquas ꝗtutes infusas ⁊ eodẽ modo nominatas cum adquisitis sicut iusticiam infusam ⁊ prudentiam ⁊ fortitudineʒ ⁊ temperantiam. ¶ Quod pbant. Tum qꝰ sicut ꝛm virtutes adquisitas oportet hominem ordinari ad ciuilitatem vel policiam iuxta se ⁊ temporalẽ Ita per aliquas infusas oportet eum ordinari ad ciuilitatem supernam ⁊ supra se ad ciuilitatem beatitudinis vt videtur. ¶ Secundo quia ꝛm exigentiam finis accipienda sunt ea que sunt ad finem. ergo sicut ad finem naturalem ꝓñdum. Puta ad felicitatem naturalem requiruntur virtutes naturaliter adquisite. Sic ad felicitatem vel finẽ supernaturalem requirũtur virtutes supernaturaliter ĩfuse. ¶ Tertio qꝰ nõ minus ꝑficit deꝰ paruulũ ĩ baptismo per cõparationẽ ad alios actus ꝗ per cõparationem ad actuʒ credendi: qꝰ actus iuste ⁊ tempare operandi necessarius est sicut ⁊ actꝰ credẽdi. ꝗ non minus ĩfundit paruulo ceteras ꝗtutes ꝗ fidem vt videtur. ¶ Quarto qꝰ sicut in voluntate reqꝗritur virtꝰ ĩfusa ad bene mouẽdũ ⁊ opandũ puta caritas

De sufficiẽtia virtutum 1. opi.

Ita in appetitu sensitiuo ad seruiendũ. quare ⁊c. Et dicuntur iste infuse mozales nõ qꝰ ex moze: sed quia versantur circa materiam mozaliuʒ. Secũdo dicũt q̃ iste ꝗtutes infuse sunt alterius rõnis a virtutibus adquisitis qꝰ nõ vident necessitatem ponẽdi eas si essent eiusdem rationis.

ʒ pcedẽ. opi. ¶ Sed istam opinionem nõ teneo. Non eim video aliquã necessitatem ponẽdi tot habitus vel virtutes in nobis. Tũ quia non videtur probabile q̃ paruulus a batismo suo sit prudens habitualiter ⁊ temperatus ⁊ fortis ⁊ huismodi. Tum qꝰ sufficere videtur ad omnia supernaturalia q̃ intellectus per fidem perficiatur ⁊ voluntas per spem ⁊ caritatem ꝗtum ad portionẽ superiorem. Tum qꝰ nec appetitus sensitiuus nec alie virtutes ĩmediate versantur circa aliq̃d supnaturale sed tantum circa passiones vel operationes naturales licet oẽs respiciant finem remotũ supernaturalẽ. Et qꝰ non sunt ponẽda plura sine necessitate vel rationis vel cogentis auctoritatis nõ pono eas sicut nec ponerẽ fidem ⁊ caritatẽ que tamẽ magis viderentur ponẽde nisi haberem de ipis co

opi. doc. gentes auctoritates scripture ⁊ sanctorũ. ¶ Dico igitur q̃ sufficiunt virtutes adquisite cũ theologicis nec alie sunt ponẽde. Et dico q̃ inter virtutes adquisitas quatuoʒ dicũtur cardinales que sunt inter alias principales ⁊ ad quas alie reducũtur. Et dicũtur cardinales a cardine. Nam sicut hostiũ in cardine voluitur sic tota vita humana in istis virtutibus ⁊ ꝛm ipas circa materias iparum ꝛ volui.

4. ꝗtutes car. Et sunt quatuoʒ in genere/scʒ prudentia/ iusticia/ fortitudo/ ⁊ temperantia. Quarũ sufficientia accipitur sic. Virtus eim cardinalis aut est intellectiua perficiens intellectum/ ⁊ sic est prudentia. Aut moralis vel appetitiua/ ⁊ sic vel perficit appetituʒ seu voluntatem in ordine ad alterũ: ⁊ sic est iusticia que est circa operatiões ad alteruʒ. Aut perficit hominem in ordine ad seipm. Et hoc dupliciter vel ꝗtũ ad appetitum irascibilẽ: ⁊ sic est fortitudo vel ꝗtũ ad concupiscibilem: ⁊ sic est temperantia.

ad moti. 1. opi. ¶ Ad primum aliozũ. Dico q̃ non reqꝗritur necessario aliq̃ virtus ĩfusa etiam theologica ad ordinandũ hominẽ ad illam ciuilitatem supernaturalem ex natura rei sed tantum ex ordinatione diuina ⁊ ꝗtum ad hoc q̃ requirũtur si tũ alique requirũtur sufficiunt virtutes theologice que habent deum pro obiecto immediato ⁊ fine. Alie vero adquisite sufficiũt respectu aliozum obiectorum ⁊ finium ĩmediatozũ. Eo modo ad secũdum. ¶ Ad tertiũ Dico q̃ nõ decet q̃ sic infundantur alie ꝗtutes sicut fides/ ⁊ spes/ et caritas ipsis paruulis in baptismo: qꝰ non sunt ita nobiles ⁊ perfecte: ⁊ sunt etiam adquisibiles ꝑ actꝰ ꝗtum sufficit ad perfectionem vite hũane. ¶ Ad quartum Dico q̃ sufficiunt impressiones habituales adquisite in appetitu sensitiuo que nõ sunt virtutes vere: ⁊ formaliter dicẽdo ad hoc vt bene obtemperet voluntati. Nec ipa caritas ponitur necessaria in voluntate ad bene imperandum: quia nihil facit ad actum sicut dictum est supra: sed tantũ ponitur ibi sicut quidam decoʒ ⁊ ornatus spiritualis sine quo deus ordinauit nõ acceptare aliquẽ actũ.

Adrões pncipa. ¶ Ad primum principale Dico q̃ natura non sic inchoat virtutẽ q̃ aliquid virtutis habeat formaliter ⁊ in actu nisi mediãte actu quo adquirit eam: sed solum sicut habet principia. ⁊ ideo sicut potest inchoare per illa principia adq̃stionem virtutis/ ita ⁊ perficere ⁊ nihil cõtra me. ¶ Ad secũdum dico q̃ natura nõ deficit in necessariis ꝗtum ad naturalia sed ꝗtum ad superueniẽtia: ⁊ precipue tales habitus nõ dat nisi principia ⁊ hoc sufficit nec in hoc deficit. ¶ Ad tertium dico q̃ viciũ nõ est inaturale sic q̃ priuet vel destruat naturam ⁊ aliquid quod inest a natura: ⁊ ideo non oportet q̃ ꝗtus insit a natura: sed bene qꝰ est preter vel contra iudicium rationis. ideo ⁊c.

¶ Distinctionis trigesimetertie.
Questio Tertia.

Ertio quero vtꝰ omnes virtutes mozales cõsistant in medio circa passiões ¶ Videtur q̃ nulla virtꝰ sit circa passiones. Illud qd̃ est habitus firmus ⁊ certus non est circa aliquid variabile et mutabile. Sed virtus est habitus certus ĩmo certior omni arte ꝛm philosophũ Passiones vero sunt variabiles ⁊ mutabiles. ꝗ ⁊c. ¶ Secũdo sic. Qua ratione virtus esset circa vnã passionem eadem ratione circa passionem contrariam moderando ambas ⁊ mediãdo inter eas. Sʒ hoc est falsum. Tum qꝰ oporteret contrarias passiones simul stare quod est impossibile. Tum qꝰ habitus virtutis nõ sic est cõtrariozum sicut habitus 5. ethico. scientie ꝛm philosophũ quinto ethicozũ. Nam habitus ꝗtutis determinate inclinat in vnũ per modum nature. ergo ⁊c. ¶ Tertio sic videtur q̃ nulla virtus cõsistat in medio qꝰ qd̃ est extremum non est medium nec ꝓsistit in medio. Sed virtus est extremum. Viciũ vero aliud vel malicia. ergo ⁊c.

¶ Contra secũdo ethicorum. Dicit philosophus q̃ ꝗtus est mediũ inter 2. Ethi. duas malicias. Q̃ aũt circa passiones sint oẽs virtutes mozales: videtur eẽ planũ de aliis a iusticia. Sed de iusticia etiã q̃ versatur circa passiones vꝰ manifestũ qꝰ opationes ad alterũ nõ pnt bene moderari vel mediari, nisi moderẽtur passiones. Patet manifeste. ergo ⁊c.

¶ In ista questione sic pcedã ¶ Primo inquirã vtrũ oẽs virtutes mozales sint circa passiones moderãdas. ¶ Secũdo vtrũ oms consistant in medio vel nõ. ¶ Tertio quale sit illõ medium. ¶ Ultimo ad rationes.

ꝗtu. mo. an circa passiões 1. opi. ¶ Quantum ad primũ videtur fuisse ⁊ esse opinio aliquoꝝ q̃ oẽs ꝗtutes mozales sunt circa passiones / etiam iusticia de qua minus videtur. ¶ Ad hoc adducuntur rationes. Omnis virtus mozalis mediat aliq̃d vel moderat seu reducit ad medium. Sed hoc nõ videtur nisi aliqua passio. ergo ⁊c. ¶ Secũdo sic. In subiecto impassibili non potest esse aliqua virtus mozalis nec adquirit ⁊ vnde ⁊ subiecto adquirẽti virtutem moralem repugnat ipassibilitas. Sed hoc non est nisi qꝰ ꝗtutes mozales sũt circa passiões. ꝗ ⁊c. ¶ Tertio sic. Si aliq̃ ꝗtꝰ nõ eẽt circa passiões/ hoc maxĩe

videretur de iusticia. Sed iusticia est circa passiones siue legalis siue particularis. De legali patet. Nam ipa ꝓcipit actus virtutũ que versantur circa passiones sicut ⁊ lex. Unde ⁊. 5. ethicorum dicit philosophus q̃ lex ꝓcipit que fortis sunt facere. puta non derelinquere aciẽ nec fugere vel abijcere arma. Ꝓcipit etiã q̃ tempati sunt. puta nõ mechari ⁊ huiusmodi: ergo versatur circa passones ipa legalis iusticia. Similiter etiam legalis iusticia non est pars virtutis sed tota virtus. Cũ ergo alie virtutes sint circa passiones/ videtur etiã q̃ iusticia q̃ est tota virtus. ¶ Quarto sic. ⁊ est de particulari iusticia. Homo debet magis amico q̃ alij. Nullus aũt debet eẽ ita amicus alteri sicut sibiipi: ⁊ ita nõ minus ex iusticia debet bonũ sibiipi q̃ alteri. Sed bonum suiipius nõ põt esse sine moderantia passionum. igitur ex iusticia tenetur moderare passiones non solum alicuius sibi ꝓiuncti sed etiam suiipsius ⁊ ita iusticia est circa passiones vt videtur ⁊ per cõsequẽs oẽs ꝓtutes mozales sunt circa passiones.

5. Ethi.

¶ Sed dico aliter q̃tum ad hunc articulum q̃ virtutes mozales non sic absolute loq̃ndo sicut dicũt isti sunt circa passiones sed alie ꝓtutes a iusticia sunt circa passiões magis/ magis per se ⁊ directe vel ĩmediate circa operationes ad alterum siue illud alt. ꝓ sit cõitas sicut iusticia legalis siue ꝑsona singularis sicut iusticia particularis: licet etiã mediate ⁊ secõdario bene sit circa aliquas passiones. Primũ ꝑz sicut etiã ꝓbat philosophus secõdo ethicorũ circa eandẽ materiam hñt esse vicia opposita ꝓtutibus ⁊ virtutes q̃ circa eãdem materiam bene se hñdo fit homo ꝓtuosus male hñdo frequẽter fit vicios. Sed vicia opposita virtutibus alijs a iusticia sunt circa passiões. Puta delectatiões vel tristicias/ timozes vel audacias ⁊ huiusmodi vt ptz. ergo ⁊c. ¶ Secũdo sic. Circa illa hñt esse virtutes ꝑdicte que ꝑsequendo vel fugiendo fim' deteriozes vel meliozes/ Sed iste sunt passiones vt delectationes vel tristicie ⁊ huiusmodi passiones vt ꝑz. ergo ⁊c. ¶ Tertio sic. ꝓpter delectationes ꝓñdas mala opamur ⁊ ꝓpter tristicias vitandas a bonis recedimus. Ex quo ꝑz q̃ necesse est virtuosum sic se hñe ad delectatiões ⁊ tristicias ⁊ huiusmodi passiones q̃ nec ꝓpter delectatiões cõsequẽdas malũ faciat q̃ fit per temperãtiaz nec ꝓpter tristicias vitãdas a bono recedat: ⁊ hoc fit per fortitudinẽ ⁊ sic sunt tales virtutes circa hmõi passiones. ¶ Quarto sic. Delectatio est nobis a principio vite ꝓplãtata ⁊ incozporata ⁊ per ꝓñs ad hoc q̃ in nobis moderetur ⁊ etiã refrenẽ facilitervidetur requiri aliq̃s habitus ⁊ hoc nõ nisi habitus virtutis mozalis que est de bono ⁊ de dissimili ex parte operis. ergo virtus mozalis circa passionẽ versatur sicut circa materiã suã ꝓximam ĩmediataz ⁊ ꝓpinquam. ¶ Nota hic ꝑm Aristotelem virtutes non sunt ĩpassibilitates sed moderatiue passionuz. Unde ⁊ virtuosi non sunt ĩpassibiles sed passiones moderãtes. Et hoc idẽ tractat Augustin'. 9. de ciuitate capitulo quarto ⁊ quinto vide ibi. ¶ Aduertendũ est tñ q̃ licz oĩs virtus mozalis ꝓficiẽs hoĩez versetur circa passiones moderandas nõ tamẽ oẽs circa easdem. puta circa voluptates vel delectationes ⁊ tristicias sed diuerse circa diuersas ⁊ isto modo sunt circa passiones vt circa aliqua moderabilia vel modificabilia per ipas vel actus ipãrum/ ⁊ hoc siue tales passiones sint in voluntate vel in appetitu intellectiuo vel in appetitu sensitiuo. Verũ est tamen q̃ si passiones moderabiles ponantur in voluntate q̃ ĩmediatius respiciuntur ⁊ moderantur a virtute q̃ passiones appetit' sensitiui. ¶ Secundo notandũ est q̃ nõ sic ꝓcise virtus mozalis respicit passionẽ q̃n aliquo modo respiciat operationem vel interiozem que est operatio volũtatis ꝑm virtutem ⁊ de tali operatione nõ est sermo q̃ planũ est q̃ quelibet virtus suã operationez sic ĩmediate respicit sed non sicut materiam ſz magis sicut actũ ꝓprium siue etiã exteriozẽ operationẽ sicut operationes ĩperatas mẽbrozum exteriozũ ad quas voluntas virtuosa mouet. De iusticia aũt que perficit hominem ad alterũ. Dico q̃ nõ est sic ĩmediate circa passiones ad alterũ reddendi scz alteri quod suũ est mediãdo ⁊ modificãdo tales opationes ꝑm' philosophum quinto ethicoꝝ: ⁊ de vtraq̃z iusticia hoc dicit. Unde ibidẽ ca. 4. post q̃ ostẽdit aliam eẽ iusticiam legalem a particulari ⁊ in iusticias ipis opositas eẽ alias ⁊ diuersas q̃ ambe in eo q̃ ad alterum habent potẽtiam. Puta circa operationẽ statuendo in ea mediũ ꝑm debitas circũstantias operatio aũt ad alterũ passio non est vt patet. Unde distributio vel cõmutatio non est passio sed operatio vel actus quidam. Dico tamẽ q̃ ꝓ fre quẽter cõcomitantur passiones quibus nõ moderatis nõ ē perfecta iusticia. ¶ Sed ad opera iiusta mouetur q̃s ex passionibus que sunt principia operationũ sicut ex ira ad occidendum vel dãnificandum ⁊ ex cõcupiscentia oculozum ad furandũ vel rapiendũ iniuste ⁊ ex cõcupiscentia carnis ad mechãdum cũ vxore ꝓximi ⁊ faciendo sibi talem iniusticiam cõcomitanter vel secũdario. Iusticia respicit passiones inq̃tum virtutes cõcomitantes que sunt circa passiones vt fortitudo ⁊ temperãtia ⁊ hmõi Iuuãt iusticiam vt ꝓdictum est quoꝶ vel etiã inq̃tum legalis iusticia ꝓcipit actus virtutũ sicut superius est adductum ⁊ ꝓbatum per philosophũ in arguendo pro opinione aliozum. ¶ Uñ circa q̃dicta ē aduertendum q̃ virtus potest intelligi versari vel eẽ circa aliquid tripliciter. Uno modo per se ⁊ ꝓximo Secũdo modo ꝑ se nõ ꝓximo. Et tertio modo per accidẽs. Ita q̃ nec per se nec ꝓxio. ¶ Ꝓximoꝶ tẽperantia est circa medium rationis in delectationibus ꝑm gustum vel tactuz: ⁊ fortitudo circa mediũ timozis ⁊ audacie/ ⁊ iusticia circa mediũ iustum in operatione ad alterum: ⁊ sic de alijs suo modo.

Mota.

5. Ethi.

Mota.

ꝓtus circa aliqd ꝓsat tripliciter.

¶ Secũdo modo temperantia ⁊ fortitudo sunt circa obiecta passionum quas moderãt: ⁊ iusticia circa obiecta operationum. ¶ Tertio modo iusticia est circa passiões per accidens scilicet modo supradicto inq̃tum fortitudo ⁊ temperantia que moderant passiones concomitãtur perfectam iusticiam ⁊ iuuãt ipam/ ⁊ iusticia ipa ꝑm equalitatem que debetur ad alterum imperat actus rectos ⁊ media predictarum virtutum obseruari in passionibus circa quas versantur ꝓfate virtutes. ¶ Et similiter etiã apparet ex dictis q̃ tempantia ⁊ fortitudo sunt circa operationes per accidẽs inq̃tũ moderãt passiones sine quibus moderatis nõ sunt operatiões perfecte: sed de facil i deficiunt a medio iusticie. quare ⁊c. ¶ Sic ergo patet q̃ non vniformiter iusticia et alie virtutes sunt circa passiones: sed multum differenter.

ad rõnes 1. opi.

¶ Ad primũ aliozum dico q̃ iusticia per se primo mediat operationẽ non passionẽ sed alie moderant passiones. ¶ Ad secundum dico bene q̃ virtutes non sunt impassibilitates nec adquirũtur in subiecto impassibili cõmuniter: sed nõ ꝓpter hoc oportet q̃ quelibet moderet per se ꝓximo passionez sed q̃ possit cõcomitari passionẽ: quare ⁊c. ¶ Ad tertium dico q̃ bene concludit iusticiam legalẽ versari per accidẽs vel remote circa passiões pro quãto imperat actus illarum virtutum que versant circa passiones. ¶ Ad quartũ de iusticia particulari dicẽdum q̃ propzie loquẽdo non est alicuius ad seipsum sed ad alterũ. Unde nec est propzie et per se circa passiones nisi quia faciliter hoc deuiat a iusto particulari debito alteri nisi sit moderatus in seipso q̃tum ad passiones per alias virtutes sicut ostẽsum est supra. Hec de primo articulo principali.

oĩs virt' mozalis an ꝓsistat in medio 1. opi.

¶ Quãtum ad secũdum articulum videtur q̃ non omnis virtus mozalis cõstet in medio. ¶ Ꝓximo quia magnanimitas ⁊ virginitas ⁊ paupertas sunt virtutes: ⁊ tamẽ omnes iste tenẽt extremũ. Ꝓxima honozis secũda in abijcendo voluptates venereas omnino. tertia in abijciendo diuitias tẽpozales. ¶ Secũdo quia passiones sunt simplices ⁊ indiuisibiles ⁊ tote simul in instãti sicut etiã Aristoteles dicit in. 4. ethi. de visione. ¶ Tertio quia virtutes intellectuales non consistunt in medio sed circa vnitatem indiuisibilem.

August.

¶ Quarto quia si consisterent in medio oporteret q̃ illud medium esset reale sicut ⁊ virtutes sunt reales ⁊ maxima bona quibus nullus male vtitur ꝑm Augustinũ. 2. de libero arbitrio ⁊ sic quelibet virtus mozalis semp esset in medio reali: ⁊ per consequẽs pũctuali ⁊ indiuisibili ⁊ inuariabili quod est falsum. ¶ Quãto quia de extremo ad extremũ nõ est transitus nisi per medium: ⁊ per cõsequẽs si virtus mediaret inter duas malicias de vna malicia vel de vno vicio nõ esset trãsitus ad aliud nisi ꝑ virtutem. ¶ Sexto quia iusticia non cõsistit in medio duarũ maliciarum. Auferre eñ ab aliquo plus q̃ suũ vel accipere vitium est vel vitiosum sed accipere vel recipere minus non est vitium vt ptz: g ⁊c.

Modus aucto.

¶ Sed his non obstantibus dico cum philosopho. 2. ethicorũ q̃ omnis virtus mozalis consistit in medio ⁊ ponit medium in passionibus vel in operationib'. Et loquor de mozalibus adquisitis: non autẽ de theologica mozali q̃ est caritas: si tñ ē mozalis. ¶ Hoc declaro sic. Virtus excludit a passiõe vel operatione superabundãtiam ⁊ defectum ꝑm dictamen rationis rectum. Patet. 2. ethicozũ. Sed hoc nõ est aliud q̃ virtutẽ constare in medio ⁊ ponere mediũ ergo ⁊c. ¶ Secũdo sic. Sicut bonũ regulati ⁊ mẽsurati est q̃ non excedat regulam ⁊ mẽsuram nec deficiat ab ipa sicut patet ĩ artificiato respectu artis Sic bonũ mozale est q̃ nõ excedit nec deficit a mẽsura sua que est ratio recta operantis. Sed hoc est stare in medio ꝑm debitas circũstantias: ergo ⁊c.

Resolu.

¶ Tertio sic. Virtus est moderatiua vel modificatiua passionis vel operationis sicut dictũ est supra Sed tale moderare vel modificare nõ est nisi ponere medium vitãdo superabundãtiam ⁊ defectũ ergo ⁊c. ¶ Dico igitur q̃ virt' quelibet mozalis in medio consistit vel circa mediũ. Sed quomodo est hoc intelligẽdum. Dico q̃ non est intelligẽdũ virtutem vel actũ virtutis esse formaliter quoddã medium inter extremas passiones vel operationes in equales quasi aliquid compositũ ex ipsis. Et ita ipsam virtutẽ formaliter in medio consistere q̃ hunc modum. Sed magis intelligitur stare in medio vl circa medium obiectiue vel quasi effectiue pro tanto: quia habẽtem virtutem non permittit excedere nec deficere ꝑm passionem vel in operatione. Virtus eñ existens formaliter in voluntate mediante actu suo elicito imperat appetitui sensitiuo ⁊ refrenat ipsum ne excedat in passione vel deficiat sicut nec fortitudo excedat per audaciã vel deficiat per timozem sed passionẽ audacie ⁊ timozis temperat vt mediocriter ⁊ ꝑm q̃ oportet audeat ⁊ etiam passionem timozem vt moderate fortis timeat ⁊ vt homo. Nec oportet q̃ simul semper insint iste due passiones quando inest actus fortitudinis sed sufficit q̃ altera insit per talẽ actum tẽperata vel possit inesse. Sic igitur dico etiã de alijs suo modo q̃ virt' quelibet mozalis consistit in medio ponẽdo mediũ predictuz ⁊ amouẽdo superabundãtiam ⁊ defectũ in passione vel operatione.

quale sit medium virtutũ.

¶ Sed vt expediam me etiã de tertio articulo qui satis est ꝓximus isti secundo articulo quale medium est istud mediũ. Dico q̃ aliud ⁊ aliud medium ponitur in virtutibus circa passiones ad seipm ⁊ in iusticia que est ad alterum. Nam in primis ponitur mediũ rationis q̃ dicitur pro tanto medium rationis nõ: quia sit tñ ens rationis sed quia dictatum est a ratione recta Sic q̃ nõ distat equaliter ab extremis sicut mediũ rei distat equaliter: licet etiam dictatũ sit a ratione sed ipsum medium rationis plus accedit ad alterũ extremozum ⁊ debet accedere ꝑm rationẽ rectã et patet in exemplo. Nam medium q̃ obseruat tẽperantia est medium rationis: quia eñ proni sumus naturaliter ad prosequẽdum delectationes ⁊ superabundãtias ipsarũ delectationes dico ꝑm gustum et tactum ratio recta dictat q̃ virtus obseruãs medium in delectationibus magis debet elongare se a superabundantia talium q̃ a defectu. Similiter etiã quia difficile est aggredi terribile et proni sumus ad resiliendũ ratio recta dictat q̃ fortitudo vl fortis obseruãs medium in aggressione terribiliũ magis debet elongari a timore q̃ ab audacia ⁊ sic dico de istis virtutibus q̃ consistũt in medio rationis. ¶ Sed de iusticia dico q̃ cõsistit in medio rei q̃ quidem sic dicitur non quia nõ sit iudicatũ a ratione: sed quia equaliter ꝑm proportionẽ aliquam reales tale mediũ distat ab extremis ⁊ est idẽ apud omnes. Non sic medium rationis. Et hoc declaratur sic. Est eñ ꝓportio arismetica ⁊ ꝓportio geometrica ⁊ varie ꝓportionalitates inter istas. Ꝓportio eñ habitudo duozum terminozum vel duorum extremozũ. Sed proportionalitas est habitudo duarũ ꝓportionũ ⁊ similis habitudo. Et quia proportionalitas nõ potest esse in paucioribus terminis q̃ in tribus in quibus oportet esse medium ideo proportionalitas etiaz medietas nominatur.

ꝓportio ꝓportionalitas.

¶ Notandũ ergo q̃ in proportionalitate geometrica proportiones sunt equales sed illud in quo extremũ vel terminus vnius proportionis differt vl distat ab alio termino vel extremo non est equale il

Nota de proport. geo.

li in quo terminus alterius ꝓportionis differt ab alio verbi gratia quaternarij ad binarium est proportio dupla ⁊ octonarij ad quaternariū similiter. Sed illud in quo differunt quaternarius ⁊ binari⁹ nō est equale illi ī quo differūt quaternari⁹ ⁊ octonari⁹: qz octonari⁹ excedit q̄ternariū ī quatuor: sed quaternarius nō excedit binarium nisi in duobus. Binarius autē non equatur quaternario. Similiter etiā si ponatur proportionalitas geometrica in quatuor terminis vt inter terminos vnius proportionis. 16. ⁊. 8. ⁊ terminos alterius ꝓportionis. 6. et tria vel quatuor ⁊ duo. In proportionalitate vero arismetica proportiones sunt inequales ⁊ dissimiles: sed differētie terminorū sunt equales vt patet in proportionalitate q̄ consistit inter duas proportiones quarū vna est ternarij ad binariū ⁊ alia quaternarij ad ternarium: quia proportio ternarij ad binariū est sesquialtera sed quaternarij ad trinariū est sesquitertia: ⁊ tñ quaternari⁹ nō distat a trinario nisi in vnitate sicut nec trinarius a binario.

resolutio de medio virtu. ¶ Ad propositū igitur applicādo dico sicut patet quinto ethicorū q̄ medium qd̄ est equale ⁊ iustū in operatione ad alterū in iusticia cōmutatiua ⁊ forte etiam in iusticia legali de quo tñ non curo qz nec de hoc facit ibidem Aristoteles mētionē accipitur ſm proportionalitatē arismeticam: quia differentie terminorum dati ⁊ accepti sunt equales ſm q̄titatem. Unde si accipio a te decē debeo tibi dare valorem istorū decē: ⁊ econuerso ſm iusticiam cōmutatiuam. ¶ Sed medium in iusticia distributiua accipitur ſm equalitatē proportionalitatis geometrice. Nam per iusticiam distributiuā sic debēt aliqua distribui. Puta bona cōmunitatis ꝑsonis vtilibus cōmunitati q̄ proportio bonorū distributorum inter se equalis sit proportioni personarum quibus distribuuntur vt si ꝑsona plus valet in duplo cōmunitati q̄ alia plus detur sibi in duplo q̄ alijs. Non tñ oportet q̄ differētie terminorum sint equales quia plus datur vni q̄ alteri sicut termin⁹ vnius proportionis in ꝓportionalitate geometrica in plus excedit alium q̄ alius alterius ꝓportionis excedat alium. Non sic est in iusticia cōmutatiua que respicit equalitatem q̄titatis ſm valorem dati ⁊ accepti. Et ita licet inter personas possit esse inequalitas proportionis: non tñ debet esse inter terminos proportionū sed debet esse equalitas simpliciter dati ⁊ accepti quasi inter differentias terminorum.

ad rōnes aliorum. ¶ Ad primū in contrarium per quod probatur q̄ virtus non cōsistit in medio. Dico q̄ magnanim⁹ querēdo maximos honores non excedit medium rationis: qz non querit maximos honores simpliciter ⁊ absolute sed statum suum vel ad personam decentes ⁊ ſm qd̄ oportet ⁊ quando oportet ⁊ propter qd̄ oportet: licet ergo querat ⁊ intēdat honorem maximum sibi conuenientē: non tñ excedit quia non querit honorē maximū vel tantum honorem q̄tus est debitus maiori se vel meliori hoc eñ esset superbia. ¶ Ad illud de virginitate dico q̄ tenet medium non rei sed rationis qz abstinet quomodo oportet ⁊ quādo oportet ⁊ propter quod oportet. Et similiter de paupertate. Uñ ⁊ recta ratio dictat sic abstinere declinando ad aliud extremū eo q̄ multum sumus proni et inclinati ad delectationes venereoꝝ ⁊ huiusmodi.

¶ Ad secūdum dicitur q̄ licet passiones ſm se et in essentia sua sint simplices ⁊ indiuisibiles ⁊ sic in eis non sit dare medium tñ aliquomodo ſm magis et minus per accidēs variantur in q̄tum ſm diuersas circūstantias inuenitur eis magis ⁊ minus: ⁊ p consequēs medium ⁊ sic virtus tenet mediū in passionibus. Aliter videtur michi dicendum q̄ passiones ⁊ licet possint esse simul tote in instanti nec sint diuisibiles in partes successiuas sicut motus tñ diuisibiles sunt intra se ⁊ possibiles intēdi vel remitti: ⁊ per consequēs mediari et ad mediū rediqi ſm dictamen rationis recte ⁊ hoc etiam dicit cōmētator. 2. ethicorū cōmento. 10. vbi facit istud argumētum ⁊ soluit. ¶ Ad tertium nō est simile de virtute intellectuali ⁊ morali sicut patet. Virtus eñ intellectualis consistit immediate circa obiectū suuꝫ inuariabile ſm q̄ huiusmodi. Puta circa veritatē que vt sic est inuariabilis. Non sic autē moralis sed circa passiones ⁊ operationes variabiles. Unde ⁊ virtus intellectualis mensuratur ab obiecto. Sed virtus moralis magis mensurat ⁊ modificat obiectum vel passionē. ¶ Ad quartū dico q̄ illud medium in iusticia est reale modo supradicto ⁊ ī alijs est medium rationis ⁊ dico q̄ cōuenientius est hoc q̄ q̄ omniū esset medium reale sicut patuit supra. Verū est tñ q̄ vtrūq̄ est reale: quia nō est ens rationis tñ sed extra intellectū. ¶ Ad quintum dico q̄ per motū continuum nō proceditur ab extremo in extremū nisi per medium distantie interiacēter vel per medium cōpositum ex extremis essentialiter ordinatū inter extrema in cōparatione ad talem processum vel motum. Modo dico q̄ nec virtus est tale mediū inter duas malicias nec etiā est talis processus vel motus continuus a vicio in vicium: quare ⁊c. ¶ Ad sextuꝫ dico q̄ licet iusticia in propria materia medium teneat eo modo quo dictum est supra: non tñ sicut alie virtutes inter duas malicias licet eñ imputetur homini ad vicium q̄ nimis vel parum timeat vel audeat ⁊ huiusmodi: non tñ homini imputatur ad vicium q̄ minus q̄ suum commutando recipiat: licet sibi imputetur ad viciuꝫ q̄ plus q̄ suuꝫ accipiat. vel etiā dici potest q̄ sicut in delectationibus homini imputatur ad viciū q̄ nimis delectetur ⁊ non imputatur in vicium q̄ modicū vel omnino non delectetur in delectationib⁹ venereis. Sic in proposito. Unde nec q̄tum ad hoc oportet q̄ iusticia semp cōsistat ī medio: quare ⁊c.

Ad argumēta principalia. ¶ Ad primuꝫ principale quādo dicis q̄ habitus certus ⁊ inuariabilis non est circa variabile. Patet de scientia. Dico q̄ sicut de variabili ſm aliquā rationē inuariabilem potest esse scientia sic circa passiones variabiles ſm q̄ reducuntur ad medium rationis ⁊ ad mediuꝫ rei modo supradicto potest esse virt⁹ ⁊ immobilitare aliquo modo circa tale medium. ¶ Ad secundum dico q̄ eadem est virtus moderatiua cōrariarum passionum sicut eadē fortitudo moderatiua audacie ⁊ timoris sicut suo modo inter cōrraria est idē mediū et idem motus. Unde ⁊ eiusdē virtutis est moderare cōrraria ⁊ intēdere vnum ⁊ remittere. Tu dicis virtus non est circa contraria. Uex est tanq̄ circa principaliter intētavirtute sed magis circa mediū Tu dicis contraria non sunt simul. Dicitur q̄ vex est sub suis excellentijs ⁊ ita nec passiones: sed non

curo de ista solutione. Dico q̄ contraria possunt esse simul redacta ad medium ⁊ etiā sub suis excellētijs sicut superius est ostēsum. ¶ Ad tertiū dico q̄ virtus facit vnum extremū cōtra vicium: ⁊ ideo nō potest esse medium vel cōsistere in medio qd̄ participat rationē viciorum vel maliciarum vel constituatur ex malicijs sicut etiam nec inter aliquas virtutes potest esse vicium medium: bene tamē potest esse medium per abnegationem duarum maliciarū ponendo medium qd̄ nec superabundat nec deficit ſm iudicium rationis recte et in tali medio pōt cōsistere: ideo ⁊c.

¶ Distinctionis Trigesimequarte.
Questio Unica.

Circa distinctionem Trigesimāquartā quero vtrū virtutes dona beatitudines ⁊ fructus sint idē habitus per essentiam. ¶ Videtur q̄ virtutes ⁊ dona nō sint idem habitus. Primo quia illa q̄ non similiter diuiduntur non sunt idem. Sed virtutes diuiduntur in infusas ⁊ adquisitas dona autem nō sic diuidūtur. Nam omnia dona sunt infusa: vt videtur: ergo ⁊c. ¶ Secō argutur de donis ⁊ virtutibus ex vna parte ⁊ beatitudinibus ex alia: qz virtutes ⁊ dona sunt septē sed beatitudines sunt octo. Mathei. 5. ergo ⁊c. ¶ Tertio de fructibus hoc idem q̄ non sunt idem cū alijs: qz fructus sunt duodecim ad Galathas quinto. Fructus autē spiritus ⁊c. Sed nulla aliorum est in tanto numero: ergo ⁊c.

Ad Galath. 5.

¶ Contra quia nō videtur necessarium ponere tot habitus. sufficiunt eñ paucioꝫ vt dicetur infra. Cum ergo non sint ponenda plura sine necessitate videtur q̄ non sint habitus distincti.

¶ In ista questiōe sic pceda.

¶ Primo ponā vnā opinionē de questione ⁊ aliā iuxta eam q̄tum ad virtutes dona ⁊ beatitudines et arguam cōtra eas. ¶ Secūdo ponā aliam ⁊ declarabo eam ⁊ simul dicam aliquid de fructibus. ¶ Tertio instabo contra dicta ⁊ soluam. ¶ Ultimo ad rationes principales.

7. virtutes capitales. ¶ Quātum ad primum. Notandū q̄ septem ponūtur virtutes capitales in nobis quarum sunt tres infuse ⁊ quatuor cardinales adquiste: scz fides spes caritas prudentia iusticia fortitudo ⁊ tēperantia. Septem etiaꝫ ponuntur et enūerātur dona ab ysaya. 11. vbi dicit de Christo. Requiescet super eū spiritus sapientie ⁊ intellect⁹ spiritus consilij ⁊ fortitudinis spiritus sapientie ⁊ pietatis ⁊ spiritus timoris domini. Beatitudines vero nominantur octo. Mathei. 5. vbi dicit. Saluator. Beati pauperes spiritu beati mites beati q̄ lugent beati qui esuriunt ⁊ sitiūt iusticiam. Beati misericordes. beati mūdo corde. beati qui persecutionē patiuntur propter iusticiam. Et tenetur cōmuniter q̄ vltima nō pont in numerū cum alijs scz est declaratiua aliarum. Signū est eñ probatiuuꝫ et declaratiuum aliarū beatitudinū quando homo

7. dona.

Beatitudines. 8.

Math. 5

sustinet persecutionē propter iusticiam. Unde nō sunt nisi septem beatitudines proprie in numerum ponētes. Et dicūtur beatitudines non quia formaliter ⁊ in actus nos beatos efficiant: sed quia meritorie quasi ad beatitudinē nos disponūt ⁊ ordināt

Fructus spūs. 12. ¶ Fructus autē spirit⁹ ad Galathas. 5. enumerātur. 12. attendēdo ad vocabula vel nomina ipsorū. Sunt eñ caritas/gaudiū/pax/patientia/longanimitas/bonitas/benignitas/mā suetudo/ fides/modestia/continētia/castitas/vtrum vero sunt tot ſm rem quot sunt ſm nomina vel vocabula magis inferius apparebit. Et dicūtur ista fructus pro quāto sunt aliqua bona delectabilia habentibus ipsa.

1. opi. ¶ Hoc premisso dicū aliqui quoꝝ opinio videtur ꝓbabilis inter alias quas nolo tenere q̄ virtutes dona ⁊ beatitudines ⁊ fructus sunt aliqua essentialiter distincta. Sed virtutes ⁊ dona dicūt habitus beatitudines vero magis dicūt actus virtutū perfectarū per dona vel potius ipsorū donorum. Unde ⁊ ſm omnes beatitudo in actu consistit magis q̄ in habitu: fructus vero sunt delectationes consequētes tales operationes quasi illa que capiuntur ⁊ consequuntur operationes perfectas virtutū ⁊ donorum sicut operationē perfectam consequitur vel concomitatur delectatio. ¶ Qz autē virtutes ⁊ dona sint habitus essentialiter distincti declarāt: quia dona eleuant ad actum perfectionē q̄ possent facere virtutes vnde ⁊ dāt operari modo superhumano ⁊ quasi supnaturali sicut virtutes modo naturali/ ⁊ ideo sicut virtus heroica distinguitur cōtra virtutē simplicē eo q̄ modo excellenti facit operari/ quasi modo diuino ſm philosophum. Sic dona a virtutib⁹ multo magis distinguntur. Qz autez beatitudines sint actus patet per modum loquendi Saluatoris Mathei. 5. vbi enūerādo beatitudines ponit multos actus. Sed q̄ fructus sint delectationes cōsequētes patet etiam ex predictis.

2. opi. ¶ Secundus modus dicēdi est in parte conueniens cū isto: tñ in parte discordans q̄ virtutes dona ⁊ beatitudines sunt habitus essentialiter distincti ita q̄ beatitudines nō dicūt actus sed habitus ¶ Hoc declaratur sic. Nam sicut circa delectationē potest aliquis male se habere triplici modo scilicet modo humano ⁊ ꝓmuni modo superhumano et magis excedēte ⁊ modo humano in superlatiuo vel quasi in summo nō curās quomodocūq̄ vel cū quocunq̄ vel cū quacunq̄ attingat delectationem etiam cōtra modum ⁊ instinctū nature sic circa materiam virtutis potest aliquis se habere tripliciter bene. Vnomodo humane ⁊ modo cōmuni sicut cōmuniter se habēt virtuosi respectu materie virtutis Secūdomodo superhumano ⁊ excellēti vel speciali ⁊ tertio modo in humano ⁊ diuino quasi ⁊ superexcellēti sicut ponitur exemplum q̄ circa materiā fortitudinis aggrediēdo terribile potest aliquis se habere modo humano aggrediendo terribile cū tristicia tñ ⁊ dolore. Tamē propter bonum cōmune ne cadat in vicium sustinēdo tristia. Secūdomodo qñ sustinet tristia vel aggreditur terribilia cuꝫ leticia ⁊ gaudio ⁊ exultatione sicut plures martires hoc fecerunt ⁊ hoc est superhumane. Tertiomodo ꝓhumane ⁊ quasi diuino modo quādo seipsuꝫ totaliter negligat q̄tum ad carnē ⁊ corpus ⁊ exponit se spō

te mori et ad sustinendum tristia et optat ꝛ desiderat sicut fecit Laurentius et Paulus desiderabat dissolui ꝛc. ¶ Ad actus ergo bene se habēdi circa materiam virtutis / primomodo necessaria est fortitudo virtus sed ad actum se habendi secundomodo necessaria est fortitudo donū. Sed ad actum se habendi/ tertiomodo necessaria est fortitudo beatitudo qua homo sic aggreditur terribilia non curans sustinere tristia ac si iā esset beatus ipsa despiciendo: ꝛ sic de alijs donis ꝛ virtutibus et beatitudinibus suo modo.

3 pcedē. opi. ¶ Contra istos modos dicēdi pro quanto cōueniunt ꝗtum ad dona ꝛ virtutes arguitur. Et similiter ptra secundū pro quāto ponit beatitudines esse habitus ꝛ distinctos habitus a virtutibus ꝛ donis. ¶ Primo sic. Si virtutes ꝛ dona sic distinguntur sicut dicūt primi ꝛ vltra beatitudines ipse sicut dicunt secūdi sequiꝝ ꝙ dona sint habitus perfectiores ꝗ virtutes ꝛ similiter beatitudines perfectiores habitus ꝗ dona ꝛ ꝙ consequēs ꝗ virtutes. Sed hoc est falsum: qꝛ caritas virtus est excellētissimus ꝛ nobilissimus habitus inter omnes ꝯm Apostolum. 1. ad Corinth. 13. ꝛ ꝯm Augustinū. 15. de trinitate: ꝗ ꝛc. ¶ Secūdo sic. Si dona essent habitus sic distincti a virtutib⁹ sicut ponūt primi ꝛ beatitudines vltra sicut dicūt secundi. Ita ꝙ virtus daret operari modo humano ꝛ donū modo superhumano ꝛ beatitudo modo inhumano cū circa eandem materiam nō possit homo simul operari modo humano ꝛ superhumano ꝛ inhumano. Nec sit necessariū si potest operare modo superhumano ꝙ operetur modo humano vel si potest modo inhumano ꝙ operetur modo suphumano vel humano. Sequeretur ꝙ virtutes non starent cū donis ꝯm primos ꝛ ꝙ virtutes ꝛ dona non starent: sed omnino superfluerēt cum beatitudinibus in habēte beatitudines Hoc est falsū. ¶ Tertio sic. Si ista distinguerētur ab invicē sicut ponūt illi siue primi siue secūdi hoc non esset nisi propter diuersos modos operādi circa materiam virtutis. Sed hoc non est necessariū. Nam ad actū perfectissimum operādi circa materiaꝫ virtutis sufficit virtus perfectissima sicut ad actum perfectum pfecta virtus ad actū perfectiores perfectior ad actū perfectissimū perfectissima. Non ergo oportet ponere alios habitus vt videtur. Et cōfirmatur per Aristotelem qui virtutē heroycam vel perfectam non distinxit a virtute imperfecta vel minus pfecta tāq̄ inter aliquos habitus alterius ꝛ alterius rationis vel sicut inter perfectum ꝛ perfectuꝫ: quia et in actu perfecte virtutis posuit stare felicitateꝫ. Nec posuit alium habitum necessarium ad actum felicitatis vie nisi prudētiam ꝗtum ad felicitatē politicam ꝛ ciuilem vel sapientiam ꝗtum ad felicitateꝫ speculatiuā. ¶ Quarto sic. Si virtutes et dona et beatitudines sic distingūtur ꝯm modos agendi humane ꝛc. Cum circa materiam cuiuslibet particularis virtutis cōtingat agere illis tribus vt videt sequitur ꝙ circa quālibet materiam cuiuslibet virtutis erit donū aliquod ꝛ beatitudo aliqua ꝛ sic tot erunt virtutes quot dona ꝛ econuerso quod tū nec primus nec secundus cōcederet. ¶ Quinto sic: qꝛ aliquibus videtur illa verba parabolica de modo agendi humane ꝛ inhumane. Homo ēm quicquid agit recte ꝛ ꝯm rationē rectam humane agit et ꝯm

Aristo.

ꝙ homo: ꝛ ideo ex illis modis agēdis parabolicis non debet accipi vt videtur distinctio habitū predictorum. ¶ Sexto contra rationē primi ꝙ beatitudines sunt actus: qꝛ beatitudo ꝛ felicitas in actu consistit. 4. ethicorū videtur esse: qꝛ beatitudines ille nō propter hoc beatitudines dicuntur: qꝛ actu et formaliter beatos nos faciant. Non enim lugere vel persecutionē pati vel esurire vel sitire faciunt homīes actu ꝛ formaliter beatos: igitur ex hoc argui nō potest ꝙ beatitudines sint actus. ¶ Similiter etiā septimo cōtra illud quod dicunt secundi ꝙ oportet panere fortitudinē donum ꝛ habitū distinctum a fortitudine virtute ad aggrediendū ꝛ sustinēdum delectabiliter tristia videtur contra philosophum in. 2. ethicorum. Ad hoc ēm videtur sufficere fortitudo virtus perfecta. Nam in scdo ethicorum dicit ꝙ signū generati habitus est superueniens delectatio. Et similiter Gregorius pmo moralium dicit ꝙ fortitudo donū dat confidētiam trepidanti. Et hoc idem attribuit Aristoteles fortitudini virtuti. 3. ethicorum vbi dicit ꝙ fortitudo facit in pauidū in periculis. Facere autē in pauidum in periculis est prestare cōfidentiam: igitur non sunt virtutes distincte. Si dicas ꝙ immo quia fortitudo virtus facit cum tristicia sed fortitudo donū cū delectatiōe ꝛ gaudio vel leticia sicut etiā dicit philosophus. 3. ethicorū de fortitudine virtute ꝙ actꝰ eius est cū tristicia. ¶ Ad hoc respondet Lyncoñ. ibidem ꝙ ꝗtum est ex parte obiecti ꝛ materie actꝰ est tristis: quia obiectum est tristabile vel cōtristās Sed ꝗtum est ex parte fortis ꝛ perfecte virtuosi p̄cipue actus est delectabilis sicut immediate probatur per philosophū. 2. ethicorum. Sic ergo non videtur stare p̄dicti duo modi dicēdi. ¶ Alij sunt modi multi dicēdi quos ponit Tho. in scripto suo vide ibi. Hec de primo principali.

4. ethic.

2. ethico.

Grego.

3. ethico.

Lyncoñ.

¶ Quātum ad secūdum articulū dicitur aliter ꝗtum ad dona ꝛ virtutes ꝙ nō sunt habitus per essentiā differentes sed septē dona sunt idem habitus cū septem virtutibus: qꝛ ēm ipsos sapientia est idem habitus cū caritate cōcernendo spē qua tenditur in deum ꝛ expectat. Qꝛ autem sapiētia donū sit habitus cū caritate. Probatur per illud. Dilectio dei honorabilis sapientia et neminē diligit deus nisi cum quo sapientia inhabitat. Similiter etiā qꝛ caritas est illa virtus que facit sapere de deo ꝛ de diuinis. Donū vero scientie ꝛ intellectus sunt idem habitus cum fide: aliter tū et aliter se habēte: quia donum intellectus idem est cuꝫ fide de articulis fidei quasi de principijs. Sed donū scientie est idem cum fide explicita quo dono sequuntur ea que sunt fidei ꝛ possunt deduci ex articulis sic ꝙ rationabiliter etiā cōtra alios possint defensari ꝛ sustineri. Donum vero consilij est idem habitus cum virtute prudētie. Donum pietatis cū virtute iusticie perfecte ad deū ꝛ ad proximū donū fortitudinis idem habitus cū virtute fortitudinis donū timoris cum virtute tēperantie precipue ꝗtum ad partem sui que dicitur humilitas reuerētie Alij tū conuenientes cum predictis ꝗtum ad quatuor vltima. Dicūt ꝙ tria prima non sunt idē habitus cuꝫ virtutibus infusis sed cū tribus adquisitis intellectualibus: qꝛ donum sapientie cū virtute intellectuali que dicitur sapientia. Donū intellectus

3. opinio quātenet doctor.

nota hec de. 7. donis.

cum virtute que dicitur intellectus precipue circa principia agibilium. Sed donū scientie idem cum virtute scientie circa ista inferiora. Sapientia vero magis circa diuina ꝛ altissima. Patet. 6. ethicorū quia nō videtur istis multum probabile ꝙ sapiētia sit idem qd̄ caritas cum sit virtus intellectualis nō appetitiua ꝛ iste modus vltimus michi placet magis. ¶ De habitudinibus vero probabile videtur michi cū alijs ꝙ non sint habitus sed magis actus virtutū vel donorum sicut etiam rationabiliter videtur per modum enumerādi ipsorū a saluatore in quo plurimi exprimūtur actus. Verū est tamen ꝙ ab aliquibus etiam ponūtur idem habitus cū donis ꝛ virtutibus. Ita ꝙ idem habitus dicatur virtus in cōparatione ad actum dicatur donū inq̄tū a spiritu sancto gratuito datum vel datus: qꝛ omne datum optimū ꝛ omne donū perfectū ꝛc. Dicatur beatitudo pro quāto ad beatitudinē nos disponit: sed quomodocūq̄ se habeat siue sic siue nō beatitudines virtutibus ꝛ donis correspondēt. Sed quomodo: quia diuersimode dicitur a diuersis ꝛ nō est magna difficultas in hoc trāseo gratia breuitatis ¶ De fructibus dicitur ꝙ aliqui fructus sunt passiones consequētes operationes perfectas virtutū vel donorum ꝛ inter illos duo sunt cōmunes omnibus talibus operatiōibus ꝛ eis correspondēt scilicet gaudium ꝛ pax. Gaudiū quod est delectatio ex causa positiua. Pax que magis puenit ex amotione impedimēti. Aliqui vero fructuum sunt habitꝰ et sunt idem cū virtutibus infusis sicut fides cū fide virtute ꝛ caritas cū caritate ꝛ longanimitas cū spe. Alij septem fructus ꝯm aliquos sunt idem habitus cū septem donis ꝛ virtutibus vel actus ipsorū vel delectationes speciales cōcomitantes actus ipsorum ꝛ consequētes: quomodo autē correspondeant dimitto gratia breuitatis. ¶ Qꝗtum igiꝭ ad articulum mouētur isti ad ponēdum ꝙ dona ꝛ virtutes sunt idem habitus per essentiam ꝛ adhuc ꝯm alios beatitudines simul: quia non videt necessitatem ponēdi tot habitus distinctos. Nec ad hoc habēt cogentē auctoritatem ꝛ ꝙ possint dici idem habitus: licet diuersimode nominentur. Patet sicut alij etiam dicūt ꝙ multa istorum sunt diuersi habitus licet eodē nomine nominētur sicut patet de fortitudine dono ꝛ virtute ꝙ etiā virtutes ꝛ dona sint idem habitus per essentiam videtur posse accipi a Gregorio primo moralium sicut allegatū est supra de fortitudine contra alios ꝛ per Ambrosiū primo libro de spiritu sancto ꝛ ponitur ī litera Magistri capi. 1. Similiter per ipsum ibidē super illud Job. Erāt enim septem filij dicit ꝙ per septem filios intelliguntur septem dona ꝛ ibidē etiam dicit ꝙ per ipsos intelligūtur septem virtutes per quod dat intelligere ꝙ sunt idez. Hec de scdo articulo. ¶ De tertio articulo transeo causa breuitatis.

6. ethi.

Habit⁹.

Fructus

Resolu.

Job.

ad rōnes pncipa.

¶ Ad primum principale patet ex predictis. Nam ēm ponētes ꝙ dona sunt idē habitus cum septem virtutibus quarum tres sunt theologice ꝛ infuse ꝛ alie quatuor cardinales ꝛ adquisite. Ita dona diuidūtur per infusum ꝛ adquisitum sicut ꝛ virtutes. Secūdum ponētes vero ꝙ dona omnia sunt idem habitus cū virtutibus adquisitis sic bene concludit ratio ꝙ non sunt idem habitus cū virtutib⁹ infusis vel theologicis. ¶ Ad secundum patet ex dictis ꝙ vel beatitudines nō sunt habitus: ꝛ sic nō sunt idem habitus cū virtutibus et donis vel si sic qd̄ tamen nō puto illa octaua beatitudo non ponit in numerū: sed tm̄ est declaratiua aliarum. ¶ Ad tertium patet dicendum de fructibus ꝙ non sunt idem cū alijs penitus sed aliqua sic et aliqua non. Nec oportet ꝙ sint sub numero aliorum: ideo ꝛc.

¶ Distinctionis Trigesimequinte.
Questio Vnica.

Circa distictionez Trigesimamquintaꝫ quero. vtrum vita contemplatiua in statu presentis vie sit nobilior ꝛ perfectior ꝛ maioris meriti ꝗ vita actiua. ¶ Videtur ꝙ acria sit melior ꝛ maioris meriti quia illa vita est melior si ne qua homo non potest ad regnū peruenire ꝗ illa sine qua potest. Sed sine actiua nō potest sine contēplatiua potest ꝯm Gregorium sup Ezech. pte. 1. Omelia. 2. ergo ꝛc. ¶ Secūdo sic. vita perfectior nō debet ꝓpter imperfectioreꝫ dimitti: sed magis econuerso. Sed contēplatiua dimittēda est ꝓpter actiuam. Unde ꝛ monachus ꝗtumcūq̄ contēplatiuus assumi potest ad presulatū qui est status vite actiue exercēde multo facilius ꝗ episcopus vel p̄latus possit descēdere ad monachatum extra de renūciationibus. Nisi cum predi. ꝛc. ꝗ ꝛc. ¶ Tertio sic. Perfectius est ꝛ maioris meriti proficere sibi ipsi ꝛ proximo ꝗ solum sibijpsi. Sed actiua proficit sibi ꝛ proximo cōtemplatiua solum sibi. Unde et sancta rusticitas solum sibi prodest: ergo ꝛc.

¶ Contra Luce. 10. dicit Saluator commendando vitam contemplatiuam in maria. Maria inquit optimam partem elegit: ergo ꝛc. Luc. 10.

¶ In ista questiōe sic ꝓcedā.

¶ Primo ponā vnam opinionem de questione cū motiuis eius. ¶ Secundo arguam contra eam et ponā aliam. ¶ Tertio respondebo ad motiua illiꝰ opinionis. ¶ Ultimo ad rationes principales.

¶ Quātum ad primū est opinio cuiusdam doctoris in suo quolibet. Contēplatiua vita pro statu presenti est simpliciter nobilior et perfectior ꝗ vita actiua. Ad cuius euidentiam dicit ꝙ quedam est vita actiua hominis tantū propter seipsum queversatur circa temporalia bona ꝛ corporalia sicut sunt actio et huiusmodi. Alia est actio hominis propter virtutē adquirēdam vel nutriendam in seipso sicut actio refrenandi carnem ꝛ castigandi ieiunando/laborando/vigilando: et huiusmodi. ¶ Secūda est actio prelatorū qui ad hoc instituuntur: vt procurēt vtilitatē ꝛ salutē aliorum precipue subditorū p̄dicando confessiones audiendo ꝛ puniendo vel corrigēdo malos ꝛ huiusmodi. De prima ꝛ secūda actione vel vita actiua dicit ꝙ in homine disposito ad contēplationem nobilior ꝛ perfectior ꝛ maioris meriti est vita cōtēplatiua ꝗ actiua etiam ꝗtum ad vsum qd̄ probat de prima: quia sicut bona spiritualia circa que intēdit contē

De vita actiua ꝛ cōtemplatiua. i. opi.

platiua sunt maiora q̃ illa temporalia vel corporalia circa que intẗdit prima actiua. Sic contẽplatiua prefertur illi ⁊ ista actio contẽplationẽ impedit teste Gregorio quinto moraliũ dicẗe. Neq; mens ad contẽplanda eterna deducitur nisi ab his q̃ exterius instruunt subtrahat. ¶ De secunda etiã actione declarat q̃ contẽplatiua sit melior simpliciter: quia illa actiua ordinatur ad contẽplatiuã sicut ad finẽ. Exercitium eñ virtutũ quibus homo seipm componit comprimẗdo passiones ⁊ moderãdo exteriores actiones ad contẽplatiuam vitam ordinatur dicẗe Gregorio primo moraliũ. c. 23. Qui cõtẽplationis arcem tenere desiderat primo in cãpo operis se probare studeat et super Ezechie. pte. 1. homelia tertia. ¶ Actiua peior est tempore q̃ cõtemplatiua: quia ex bono opere tẗditur ad contemplatiouẽ. Sed loquẽdo de cõtẽplatiua vita ⁊ actiua prelatorum tertiomodo accepta dicit q̃ contemplatiua nobilior est in se ⁊ perfectior q̃ actiua: sed q̃tum ad vsum actiua est perfectior ⁊ maioris meriti ⁊ precipue si procedat ex obediẗia superioris precipientis ⁊ ex zelo feruentis caritatis ⁊ non solum homo plus proficit proximo ẽm vsum actiue: sed etiam sibijpsi. Hoc probatur. Tum q̃ vita actiua lye cõparatur in glosa sup Genesim. Sed contemplatiua racheli. Lya autẗ planum est q̃ fecundior fuit q̃ rachel. Tum quia etiã Augustinus de opere monachorum reprehẽdit aliquos qui laborare nolebant ẽm vitã actiuam excusantes se de vita contẽplatiua. Tum quia hoc videtur dicere decretalis illa de renũ ciationibus nisi cum prudẽ. Tum quia etiam deo nullum est matus sacrificium q̃ zelus animarũ ẽm Gregoriũ super Ezech. pte. 1. homelia. 20. q̃ ⁊c. Hoc etiam videtur probari p illud Gregorij. 7. moraliũ. Caritas que nos ad vim cõpassionis humiliat altius in culmen contẽplatiõis leuat ⁊c. Hec de primo articulo principali.

Brego. Brego. Brego.

¶ Quãtum ad secundum articulum videtur michi dicẽdum simpliciter ⁊ absolute ceteris paribus q̃ vita cõtẽplatiua est melior et simpliciter nobilior ⁊ maioris meriti q̃ actiua q̃cunq; ⁊ q̃tum ad essentiam ⁊ q̃tum ad opus vl ad vsum suum. ¶ Unde arguo contra predictã opinionem q̃tum ad illud qõ dicit cõtrarium: q̃ vsus alicuius habitus in anima nõ cõsistit nisi in operatione ẽm talem habitum. Cum igitur ẽm nobiliorem habitũ sit nobilior operatio ceteris paribus ⁊ oĩbus pensatis sicut contẽplatiua nobilior est ẽm te ẽm suam essentiam sic etiam ẽm vsum vel operationẽ. ¶ Secundo sic. Illa vita est simplicior melior ⁊ nobilior ⁊ maioris meriti q̃tum ad vsus que est similior vite pfectissime ⁊ diuinissime. Sed hec est contẽplatiua presentis status ⁊ nõ actiua: ⁊ vnde propter eius similitudinẽ maxima ad vitã beatam dicitur manere ⁊ perfici in patria: non autẗ vita actiua. ¶ Tertio sic. Aristoteles. 10. ethicorũ simpliciter prefert contẽplatiuam et q̃tum ad habitum ⁊ q̃tum ad actũ ipsi actiue ẽm virtutes politicas. Nam illa cõuenit homini ẽm q̃ homo ⁊ ẽm portionẽ superiorem ⁊ magis premiat contẽplatiuos q̃ actiuos sicut patet ibidem: q̃ similiter i pro posito. ¶ Quarto sic ex dictis aliorũ. Si eñ contẽplatiua est simpliciter nobilior q̃tum ad essentiã et opus eius ⁊ vsus ita potest fieri ex precepto superioris vel ex obedientia inferioris et ex feruida caritate sicut etiã opus actiue videtur q̃ actus vel vsus seu opus contẽplatiue est simpliciter aliquid nobili⁹. ¶ Ultimo arguitur ex nobilitate obiecti habitus ⁊ actus qui ferũtur per se ⁊ immediate circa nobilius ⁊ perfectius obiectũ in infinitum sunt nobiliores ⁊ perfectiores. Sed habitus vite contẽplatiue sunt huiusmodi: quia versantur circa deũ cogitãdo ⁊ diligẽdo deum immediate. Non sic autem vita actiua q̃ ⁊c. ¶ Ista possunt confirmari p plures auctoritates. Prima ẽ Gregorij sup Ezechie. parte. 1. Homelia. 3. vbi dicit ꝗ tus operis est sub volatu contẽplationis. Et probat p illud Luce. 10. Maria optimã partem elegit ⁊c. Unde ⁊ bene fuit hoc figuratum in hoc q̃ manus animalium per quas actiua signatur erant sub pẽnis eorum sicut etiam deducit Gregorius. Unde ⁊ ibidẽ dicit q̃ actiua minor est merito q̃ contẽplatiua. Nam ⁊ si per actiuam aliquid agimus per contẽplatiuam ad celeste desiderium volamus. ¶ Secũda est eiusdẽ Gregorij vbi supra quãdo dicit q̃ ex bono opere tẗditur ad contẽplationẽ ⁊ ysido. de summo bono dicit q̃ redeundũ est ab actione in cõtẽplationẽ ⁊ hoc verum est finaliter sicut in statum manẽtem. ¶ Tertia est Gregorij vbi supra. Dicit eñ actiua vita cum mortali vita deficit contẽplatiua vero in meliori vita plenius excrescit. ¶ Quarta autẗ est Gregorij etiã describẽtis vitas istas quere alibi. ¶ Secũdo tñ dico q̃ ex causa ⁊ in casu pro aliquo tẽpore melior est actiua q̃ contẽplatiua. Puta qñ vrget obedientia superioris vel necessitas Christi ex precepto diuino. Alioquin enim homo peccaret mortaliter ⁊ transgrederetur obedientiam vel preceptum. Hec de secundo articulo.

Idem. 3. ethico. opi. doc. 5. 1. opi. Aristo.

¶ Quantum ad tertium articulum. Ad primũ dico q̃ licet actiua fecũdior sit extensiue ⁊ q̃tum ad multitudinẽ operũ sicut Lya tamen intẽsiue ⁊ q̃tum ad valorem operis contemplatiua est fecũdior sicut etiam apud Jacob prepõderabat filium Rachelis omnib⁹ filijs Lye. ¶ Ad secũdum dico q̃ Augustinus loquiẗ cõtra aliquos qui de vita actiua se excusabant vel cõtra superiorum obedientiã datã pro tẽpore ⁊ loco vel qui nec vitam contẽplatiuam exercebant ⁊ ita ociosi erant. ¶ Ad tertium dico q̃ illa decretalis quando dicit q̃ vita cõtẽplatiua securior tñ actiua est magis fructifera ⁊ q̃ in fecunditate Lya Racheli est prelata dicẽdum sicut prius. ¶ Ad quartũ dico q̃ in vita contẽplanda deum suum orando nõ minus potest haberi zelus animarum ex feruida caritate q̃ in vita actiua. Unde ⁊ Moyses ⁊ multi alij plus profecerunt orando q̃ alij pugnãdo vel operãdo. ¶ Ad auctoritatem vltimã dico q̃ est ad oppositum. Nã Gregorius pensat in bonitatẽ actiue ex hoc q̃ per ipsam disponitur ad contẽplatiuã: ⁊ per cõsequẽs plus ponderat contemplatiuam.

ad rõnes 1. opi.

¶ Ad primum principale dico q̃ maior illa non est vera: quia perfecti ⁊ imperfecti possunt ad regnũ peruenire: ⁊ tamen status pfectionis nobilior est cuiusmodi est status vite contẽplatiue. ¶ Ad secundum dicitur q̃ vita contemplatiua non debet simpliciter dimitti propter vitã actiuã. Unde ⁊ prelati vtrãq; vitã debẽt exercere

ad rõnes principales.

in casu tamen ⁊ pro tẽpore ⁊ ex causa potest dimitti propter actiuã nõ obstãte q̃ sit nobilior. ¶ Ad tertium dicẽdum q̃ contẽplatiua non solum proficit sibijpsi: sed proximo vt dictum est supra. vel dic q̃ actus proficiendi sibijpsi per contẽplationẽ põt esse ceteris paribus vtilior ⁊ perfectior ⁊ preponderat actui proficiẽdi sibijpsi ⁊ primo per actiuã.

¶ Distinctionis Trigesimesexte.
Questio Unica.

Circa dstictionẽ Trigesimamsextam q̃ro. vtrũ virtutes ad inuicẽ sint cõnexe

¶ Videtur q̃ sic. Necessario qui habet vnã virtutẽ virtuosus est. Sed virtuosus non est qui habet aliquod vitiũ: ergo qui habet vnã virtutem nullũ habet vitium: ⁊ per cõsequẽs omnẽ virtutem habet vt videtur. ¶ Secundo sic. Prudẽtia non stat in intellectu cũ malicia in affectu. Nã malicia subuertit iudiciũ rationis. Juxta illud. Excecauit eos malicia eorũ. Et Aristoteles dicit in. 3. ethicorum q̃ omnis malus est ignorans: igitur cũ vna sit prudẽtia respectu omniũ virtutũ moralium oportet q̃ ipsa si est in intellectu excludat omnẽ maliciam oppositam virtuti a voluntate et per consequẽs arguit omnẽ virtutẽ ⁊ econuerso quelibet virtus arguit ipsam: quia nulla virtus sine prudẽtia esse potest nec prudẽtia sine moralivirtute. 6. ethicorũ. ergo omnes sunt cõnexe. ¶ Tertio sic. Illa sunt ad inuicẽ connexa quorũ vnus est necessarium ad conseruationẽ vel perfectionem alterius. Sed ita est de omnibus virtutibus. Si eñ vnus caret aliqua virtute non est pfecte virtuosus ẽm aliam ⁊ cito cadit ab ipsa sicut qui nõ est fortis cito timore mortis decidit a castitate ⁊ facit cõtra ipsam: ergo ⁊c.

¶ Contra. Experientia docet aliquos esse virtuosos circa vnã materiã et non circa aliam. Aliqui eñ sunt casti ⁊ non sunt mites vel humiles. Aliqui liberales ⁊ non sunt casti ⁊ huiusmodi: ergo virtutes non sunt necessario connexe.

De cõnexione virtutũ moralium. 1. opi.

¶ In ista questione sic pcedã

¶ Primo inquiram vtrum omnes virtutes morales sint cõnexe adinuicẽ necessario. ¶ Secũdo inquiram vtrum sint connexe cum prudẽtia ⁊ ecõuerso. ¶ Tertio vtrũ virtutes theologice sint cõnexe. ¶ Ultimo ad rationes.

¶ Quantum ad primũ articulum. Est vna cõmunis opinio quasi omnium doctorum q̃ virtutes morales q̃tum ad suum adquiri ⁊ esse imperfectũ non sunt necessario cõnexe: sed vna potest adquiri sic imperfecte ⁊ haberi sine alia sed ẽm esse perfectũ ⁊ cõsummatus necessario sunt connexe nec vna potest haberi sine alia hec est sentẽtia ipsorum: licet verba aliquorum varientur. Puta verba Magistri henrici qui distinguit quadruplicẽ gradũ virtutis moralis ⁊ habẽdi se circa ipsam. Unus est gradus incipiendi secũdus est proficiendi: tertius est perficiendi: ⁊ quartus est excedẽdi sicut exceedit virtus heroica vel habẽs ipsam ẽm eam primos duos status vel gradus scz inchoationis ⁊ perfectionis vocat magis status dispositiõis ad virtutem q̃ statum virtutis ⁊ de illis plane dicit q̃ in ipsis nõ oportet virtutes conuerti ⁊ esse simul. Tertium vero statũ adhuc subdiuidit: sed nõ curo. Nam tandẽ dicit cum alijs q̃ si virtus accipitur in statu perfectiõis sue ⁊ gradu q̃tumcũq; circa heroycam q̃ virtutes pro illo statu sunt cõnexe: licet nõ vt virtutes absolute sed vt perfecte sunt et consummate ⁊ multofortius in statu vel gradu heroyco qui est quasi superhumanus ⁊ diuinus stat⁹.

August. Brego. Bernar. Tullius.

¶ Q̃ autem virtutes ẽm esse incõpletum ⁊ imperfectum non sint connexe nec necessario simul. Probatur. Tum quia homo est magis pronus ⁊ naturaliter dispositus ad vnã virtutem ⁊ nõ ad aliã: immo ad vicium oppositum vel saltẗ multomagis ad vnã q̃ ad alias. Tum quia homo in adquirẽdo virtutẽ potest se exercere ⁊ actus frequẽtare circa materiam vnius virtutis ⁊ nõ circa aliam et ita perfecte habere vel adquirere sine alia. Tum q̃ magis potest occurrere materia vnius virtutis q̃ alia: immo materia alicuius virtutis vix vnq̃ occurrit sibi. ¶ Sic ergo patet hoc tam ex parte operãtis q̃ ex parte actus vel operis q̃ ex pte materie vel obiecti q̃ scilicet virtutes in adquirẽdo ⁊ ẽm esse incompletum non sunt necessario connexe nec simul. Alioquin simul omnes adquirerẽtur qõ est impossibile. Secũdum vero declaratur q̃ virtutes morales in esse completo ⁊ perfecto sint cõnexe ⁊ necessario simul. Probatur. Tum quia illa nõ est perfecta virtus que cõpatitur secum obliquitatẽ illius potẗie cuius est circa aliquã materiam virtutis cuiusmodi est omnis virtus que nõ habet secũ aliam virtutẽ sibi connexam. Tum quia illa non est perfecta virtus que nõ facit delectabiliter operari ⁊ immobiliter. Sed virtus non habẽs secum aliam cõnexam non facit delectabiliter operari: quia potest impediri ⁊ difficultatẽ contrahere ex passione circa materiam alterius virtutis respectu cuius non habet virtutẽ. Unde ⁊ habẽs castitatẽ nisi habeat fortitudinẽ difficulter continebit timore mortis intentato. Tum quia illa virtus non est perfecta que non ducit ad finẽ virtutis nec consequitur vel assequitur ipsum. Virtus vero non habẽs secũ alias ⁊ per consequẽs compaciens secũ vicium oppositũ alteri virtuti non potest consequi finẽ virtutis nec attingere efficaciter ad ipsum. Puta ad beatitudinem alias viciosus in vna materia posset consequi beatitudinem nec respectu finis indigeremus nisi vna virtute qõ est falsum: q̃ ⁊c. ¶ Ad hoc adducũtur auctoritates multe que ẽm eos verificãtur saltem de virtutibus in esse cõpleto ⁊ perfecto. Prima est Augustini. 6. de trinita. c. 4. vbi dicit q̃ virtutes que sunt in animo nullomodo ab inuicẽ separari possunt. Secũda est Gregorij primo moraliũ vbi dicit. Neq; eñ vna virtus vere est si mixta alij non est idem cõnexa. Tertia est eiusdẽ. 12. moraliũ vbi dicit q̃ vna virt⁹ tãto minor est quãto deserũt cetere. Et ibidem dicit q̃ vnusquisq; tunc virtute pollet cum vicio nõ subiacet. Quarta est Bernardi de cõsideratione primo vbi dicit. Suauissimum esse concẽtum cõplexumq; virtutũ ⁊ vnam pendere ex altera: quare ⁊c. Quinta est Tullij de tusculanis questionibus lib. 2. vbi dicit sic. Si vnã virtu

tem confessus fueris te non habere nullam te habere necesse est. Ad idē videtur esse auctoritas Magistri in litera presentis distinctiōis. Sexta auctoritas est Cōmentatoris. 6. ethico. vbi dicit. Temperātiam appellamus hic velut prudētiam. Sozores ēm ad inuicem sunt virtutes.

cōmēta.

¶ Sed licet ista opinio sit ꝓbabilis ⁊ videatur dictis sanctorum conformis non capio eā esse verā: ⁊ ideo arguo primo contra eam sic. Ex eisdem actibus vel similib⁹ habitus generatur ⁊ augetur ⁊ perficitur sed ēm eos in primo dicto. Homo potest adquirere virtutes ꝑ aliquos actus in esse imperfecto circa aliquā materiam virtutis et nō circa aliam: ḡ plus ⁊ plus possit elicere vel frequētare tales actus circa materiā predictam videtur q̄ perfecte possit sibi adquirere et habere habitum virtutis circa vnā materiam sine alia virtute circa aliam materiam. Ita q̄ ex primo dicto eorum arguitur contra secūdum dictum et ex motiuis primi dicti contra secūdum dictū: qr enim homo ēm inclinationē vel dispositionem maiorem quā habet ad vnam virtutē q̄ ad aliam potest actus elicere circa materiam virtutis ⁊ nō circa materiam alterius ⁊ illa materia potest occurrere sic q̄ non alia. Non apparet ratio quare per ampliorem actuum frequētationem nō possit virtutē perficere etiam vsq̄ ad grādum virtutis heroycus ēm iudicium ⁊ dictamen rationis recte conformiter ad inclinationes vel pronitatem naturalem vel etiam dato q̄ non esset tanta pronitas sed minor ⁊ hoc ex imperio ⁊ motione voluntatis. ¶ Dices q̄ dato q̄ materia alterius virtutis non occurrat: tamen potest in se generare habitum virtutis respectu illius materie ⁊ necessario si perficiat aliā virtutes ⁊ possibile est hoc sicut pauper homo dato q̄ nunq̄ occurrat pecunia danda ab ipso ⁊ nunq̄ habeat: potest tn̄ adquirere virtutē liberalitatis eligēdo frequēter bene distribuere ⁊ liberaliter si haberet: ⁊ ita licet materia non occurrat sibi in re: tn̄ occurrit in ratione vel in intellectu ⁊ circa illā potest frequētēr bene eligere ⁊ virtutē generare. ¶ Contra: quia nō video q̄ sit necessarium siue materia alterius virtutis occurrat siue nō siue in re siue in ratione q̄ voluntas eliciat aliquē actum circa illā et ita potest frequentare actus circa vnā ⁊ non circa aliam ⁊ ita generare ⁊ perficere virtutē circa vnam ⁊ nō circa aliam. Preterea possibile est q̄ materia alterius virtutis nunq̄ occurrat nec in re nec in ratione exercenti se circa materiam alterius virtutis. Ponatur ēm aliquis nutritus a puero in loco solitario in quo nichil audiat de cōmutationibus vel distributionibus ⁊ ita nichil sciat de materia iustitie particularis: tamen nutriatur in magnis cibariis ⁊ frequētent eum pulchre mulieres iste iudicio rationis recte posset moderate ⁊ tēperate comedere ⁊ ab illicitis circa mulieres se tenere et honeste circa ipsas se habere ⁊ sic tēperātiam adquirere et tamen nunq̄ occurreret sibi nec in re nec in ratiōe materia iustitie particularis ⁊ ita nunq̄ adquireret ipsam: quare ⁊c. ¶ Videtur ergo in statu ⁊ gradu perfecto virtutis et in quo meretur dici virtus potest adquiri aliqua virtus mozalis sine alia. Dices adhuc q̄ non qr ad hoc q̄ sit perfecta virtus necessario habet respectum ad alias sicut suomodo ad prudētiam. Dico q̄ quicquid sit de prudētia et respectu virtutis mozalis ad ipsam de quo infertur apparebit nō video q̄ aliquē respectum necessariū ad perfectionē virtutis intrinsecā habeat vna virtus mozalis ad aliam. Unde nec in diffinitione virtutis ponitur aliqua habitudo virtutis mozalis ad aliam: sed solum ad prudētiam. Virtus ēm est habitus electiuus determinatus recta ratiōe sicut sapiens id est prudēs determinauit. Est ēm habitus inclinās vel facilitans ad actum ēm iudiciū rationis recte ⁊ nō plus. ¶ Secūdo arguo sic principaliter. Si virtus potest adquiri ⁊ haberi in esse perfecto sine alia ⁊ nō in esse perfecto sequitur q̄ quādo perficitur vna virtus vt mereatur dici virt⁹ q̄ vnico actu omnes alie simul ⁊ in instāti generanr. Probatio quia in toto esse imperfecto virtutis p̄cedēte non habebatur nec erat necessariuz aliquid haberi de alijs virtutibus ēm eos. Si ergo necesse est haberi omnes alias quādo perficitur virtus sequitur q̄ simul vnico actu generantur ⁊ vltra sequitur q̄ generātur non ex actibus earum sed ꝑ actuz vel ex actu alterius virtutis que prius habebatur imperfecte ⁊ modo perficitur. Sed ista sunt inconuenientia vt patet ḡ ⁊c. ¶ Tertio sic. Si vna virt⁹ mozalis in suo esse perfecto depēderet ex alia pari ratione econuerso: ⁊ sic esset circulus per se in depēdendo virtutes ab inuicem qd̄ est impossibile. Tūc enim quelibet esset anteq̄ esset ⁊ esset virtus perfecta anteq̄ esset virtus perfecta ⁊ ecōuerso qd̄ est cōtradictio. ¶ Quarto sic. Magis viderētur ꝓnexe virtutes spē differētes eiusdem generis proximi ⁊ circa eandē materiam q̄ eiusdem generis remoti. Sed ille nō sic sunt connexe etiā q̄ oporteat eas simul stare in esse perfecto sicut patet de castitate cōiugali cum qua nō oportet stare virginitatē vt patet: ergo nec virtutes alterius generis. Puta temperātiam ⁊ fortitudinem ⁊ iusticiam ⁊ huiusmodi.

5. r. opi.

¶ Ad hoc adducūtur auctoritates q̄ non oportet virtutes sic esse necessario ꝓnexas. Prima est Augustini de sentētia Jacobi ad Hieronymū. Nō est inquit diuina sentētia qua dicitur q̄ qui vnā virtutem habuerit habet oēs ciq̄ nulla est cui vna defuerit: ergo non est sentētia vera. Alioquin esset diuina: quia omne verū a spiritu sancto est: nec est ad ꝑpositum Augustini qd̄ soluunt aliqui q̄ non est diuina sentētia: quia licet sit vera: nō tn̄ scripta est in diuina scriptura: ⁊ ideo non est diuina. Similiter etiam qd̄ dicūt alij q̄ Augustinus intelligit de virtutibus in statu vel gradu imperfecto. Nā ipsemet in eodē libro dicit de castitate coniugali q̄ ipsa virtus est. Hec ēm vicīū dici potest: ⁊ tamen secū non habet omnes virtutes necessario ad hoc vt sit perfecta puta virginitatem ⁊ ideo patet q̄ ipse dicit q̄ illa non est diuina sentētia non solum: quia non est scripta in scriptura diuina sed etiam quia nō est vera. ¶ Contra secūdam etiā solutionē potest argui eodēmodo. Similiter etiā sequeretur q̄ nullus vn q̄ posset habere vel adquirere aliquā perfectā virtutem nec heroycam: quia impossibile est q̄ homo omnes virtutes adquirat propter diuersitatem statuum ⁊ modozum viuēdi ⁊ multozum alozum q̄ necessario ab hoc impediunt vt videtur. ¶ Secunda auctoritas est Augustini vbi supra. Dicit enim q̄ vnus et idem homo maiorem habet pudicitiam q̄ pacientiam ⁊ adhuc nō habet continētiam licet habeat magnā misericordiam: ⁊ per consequēs nō est

August.

August.

necessarium si habet vnā perfectā q̄ habeat aliā ⁊ ideo dicit q̄ non est diuina sententia dicere q̄ qui habet vnam virtutem habet omnes sicut Stoyci posuerunt.

opi. auc.

¶ Quātum igitur ad istum articulum dico aliter primo sicut dicunt alij q̄ non oportet virtutes esse cōnexas in suo adquiri vel esse imperfecto. ¶ Secūdo q̄ nec in esse earum perfecto loquēdo de perfectiōe ipsarū intrinseca ⁊ formali q̄ vna queq̄ habet ex seipsa intrīsece ⁊ formaliter sicut probatū est arguendo cōtra opinionē primā. ¶ Tertio dico q̄ loquēdo de perfectione earū extrinseca: ⁊ per accidēs que magis debet dici perfectio habentis eas q̄ perfectio earū potest dici q̄ oēs simul compossibiles in eodē sunt cōnexe: qr ad hoc vt habēs omnino virtutes sit omnino pfectus oportet q̄ habeat oēs tales virtutes ⁊ quāto habet pauciores tāto est minus perfectus ⁊ magis impediri potest ab actibus aliarū quāto vero plures tāto perfectior. ¶ Quarto dico q̄ sicut etiā cōmuniter dicitur virtutes pfecte vel in esse perfecto habite, sunt cōnexe pro tanto: quia modus operādi aliarū quasi cuilibet conuenit. Sunt ēm quatuor modi operandi virtuose que in qualibet virtute inuenium tur: diuersis tn̄ virtutib⁹ appropriant. Puta quatuor cardinalibus scz discretio/rectitudo/firmitas et modus vel moderatio. Prima ꝓditio appropriatur prudētie scdā iusticie. tertia fortitudini ⁊ quarta tēperantie. Fortis igitur ⁊ operatur discrete et sic dicit habere cōnexam prudētiam q̄tum ad hoc Utrum autē aliter habeat eam cōnexam dicam infra ⁊ operatur recte: ⁊ sic dicitur habere iusticiā annexam non q̄tum ad habitū sed q̄tum ad operādi modum: quia alia est rectitudo simpliciter iusticie ⁊ fortitudinis: et sic de alijs.

4. modi operādi virtuose.

ad rōnes 1. opi.

¶ Ad argumenta aliozum.

¶ Ad primum pro connexione virtutum in esse perfecto dico q̄ perfecta virtus iusticie potest secum compari obliquitatem que non est sibi opposita puta obliquitatem circa materiaz alterius virtutis. Perfecta dico perfectione intrinseca sibi licet non perfectione accidētali ⁊ extrinseca: ⁊ sic de alijs. ¶ Ad secundū dico q̄ virtus sine alia potest dare faciliter operari per se loquēdo sine alia circa propriā materiā: licet per accidens impediri possit operans a delectatione ex defectu alterius virtutis et ideo bene cōcludit argumētum q̄ habēs virtutē vnā tn̄ q̄tumcūq̄ perfectā sine alijs nō est vsquequaq̄ pfectus circa totā materiam mozalē. ¶ Ad tertiū dico q̄ quelibet virtus in se pfecta q̄tum ad perfectionē intrinsecam attingere potest ad finem propriū sibi precise correspōdētem. Puta ad actū suum virtuosum eo modo quo actus dicit finis habitus sed ad finē totalē ⁊ perfectū omnib⁹ vel pluribus correspōdētem attingere nō potest sine alijs nō obstante q̄ in se sit pfecta. Et ideo bene concludit argumentū q̄ ad pfectionē habētis omnimodā respectu finis consequēdi nō sufficit vna virt⁹: sed alie requirunt. ¶ Ad oēs auctoritates vno verbo dici pōt q̄ nō intēdūt dicere virtutes necessario cōnexas nisi vel q̄tū ad modos generales appropriatos aliquibus ipsarū vel q̄tum ad pfectionē omnimodā habētis ⁊ sic q̄tum ad perfectionē earum extrinsecā ⁊ accidētalem. Nisi q̄ ad auctoritatē Tullij dici potest aliter q̄ ipe loquebatur ēm opinionē stoycozum quam opinionez reprobat Augustinus sicut superius est allegatum. Hec de primo articulo principali.

ad auctoritates.

¶ Quātum ad secūdum articulum de cōnexione virtutū mozalium cū prudentia inquirēdum est primo. An sit vnica tn̄ prudentia numero ⁊ specie in habēte ipsam correspondēs omnib⁹ virtutibus mozalibus. Vel an sint diuerse ⁊ varie prudētie ēm speciem correspondētes ad diuersas virtutes mozales circa diuersas materias. Et de hoc cōmuniter dicit q̄ vna prudētia ēm speciem ex parte intellectus correspondēs oībus virtutibus mozalib⁹. Hec oportet ipsam variari vel multiplicari. Nn̄ ⁊ ī eodē hoīe nō est nisi vnica prudentia numero circa totā mozalē. ¶ Q̄ autē ita sit Probat primo sic. Habitus per se adnuū obiectū formale est formaliter ⁊ ꝑ se vn⁹. patet. Nā habit⁹ secant ⁊ ꝓsimiliter vniunt. quēadmodū ⁊ res circa quas sunt. 3. de aīa. Exemplū est de potētia visiua que respicit oēm colorē sub eadē ratiōe formali colozis ⁊ est vna. ¶ Et cōfirmat. Naz qr geometria habet vnū per se primū obiectū ⁊ formale scz lineā ēm rationē linee est vnus habitus in se formaliter et ēm speciem. Sed prudētia respicit vnū ꝑ se obiectum formale ⁊ sub vna ratione formali scz bonū humanū vel vnū agibile ⁊ cōtingēs per ꝓns patet 6. ethi. ḡ ⁊c. ¶ Secūdo sic. Si prudētia variarēt circa diuersa agibilia hoc nō videretur nisi ꝑpter diuersitatē materiarum vel obiectorum. Puta ipsorum agibilium diuersorum dictabilium per prudentiam. Sed hoc non obstat. Nam in genere et materia speculabili plus distat conclusio a principio ⁊ econuerso q̄ diuersa agibilia adinuicem in materia mozali: ⁊ tamen idem est habitus principij et conclusionis: quia eadem scientia considerans principia et conclusiones. Quod patet ex hoc. Nam q̄to aliquis plures conclusiones ex eodem principio cognoscit tanto perfectius cognosci principium qd̄ non esset nisi esset eadem noticia vtriusq̄: quare ⁊ cetera. ¶ Tertio sic. Habitus qui considerat vnum primū principiū in aliquo genere vl in aliqua materia ad tot se extendit manens vnus ad quot et illud principium. patet sicut ⁊ principiuz ipsum. Sed prudentia cum sit ratio recta agibiliū et respiciat agibile ordinabile ēm rectam rationez pro obiecto habet considerare primum principiuz agibilium. Patet: ergo manēs vna ad omnia agibilia se extendit. ¶ Quarto sic. Licet multa et alterius rationis considerentur a habitu: si tamen habent attributionem per se ad aliquid vnum habitus est per se vnus. Patet de methaphisica cuius obiectum non est vnum: nisi secundum analogiam vel attributionem vnius entis ad alterum: sed omnia obiecta prudentie. Puta omnia agibilia etiam vt considerantur ab ea attributionem vl analogiam habent ad vnum finem vltimū ad quez omnia ordinantur per prudentiam: ergo ⁊ cetera.

de cōnexione virtu. mozalū prudētia.

1. opi.

¶ Quinto sic. Intelligere est motus rei ad animam. Sed velle est motus anime ad rem. Sed res maiorem vnitatem habent in intellectu q̄ in seipsis: igitur non oportet prudentiam que est habitus intellectualis variari sicut virtutem mozalem

non obstante diuersitate materie mozalis Et confirmatur:quia si obiecta puta bona agibilia varierent prudētiam hoc videretur de bono monostico politico ⁊ yconomico. Sed eadem est prudētia respectu omniū quia vnū ordinatur ad aliud sicut ad finē. Patet ⁊ propter hoc dicit philosophus.3.politice q̄ eadem virtus ⁊ prudētia p̄ consequens boni viri ⁊ boni principis. Virtus autē principis est politica:boni viri yconomica:quare ⁊c. ¶ Vltimo confirmatur per Aristotelem.6.ethicozū vbi hoc expresse videtur determinare.

6.ethi.

opi. doc.

¶ Sed licet ista positio sit probabilis ⁊ cōis tm̄ non teneo ipsam. Teneo em̄ q̄ tot sunt prudentie ēm species circa diuersas materias mozales quot sunt virtutes mozales adquisite circa ipas:⁊ ita cuilibet virtuti mozali sua ꝓpria prudentia correspondet. Ita q̄ prudētia in cōmuni debet poni vna virtus ēm genus remotū sicut etiam virtus mozalis adquisita est vna. ¶ Ad hoc adduco aliquas rationes. Habitus q̄ respicit plura obiecta formalia ēm diuersas per se rationes formales nō est vnus sed plures. Patet ex maioze aliorū:et auctozitate philosophi tertio de anima. Sed prudentia est huiusmodi. Nam sicut quelibet virtus mozalis respicit bonū agibile ēm propriam rationem sibi correspondētem:⁊ ideo virtutes mozales circa bonū agibile multiplicantur ⁊ variantur sic oportet necessario q̄ directiuum cuiuslibet virtutis scz prudentia respiciat tale bonū ēm propriā specialem rationē. Alioquin em̄ virtus ferretur in aliquod obiectum formale vel ēm aliquā rationem formalem obiecti vel boni agibilis circa quam nō dirigeretur nisi per accidēs ⁊ ita causaliter tenderet in suum per se obiectum:ergo ⁊c. Vnde ꝓpter istam rationē capiendam. Dico q̄ non video:quare prudētia ex parte intellectus que est per se directiua mozalis virtutis non respiciat obiectū agibile ēm proprias ⁊ diuersas rationes speciales sicut et virtus mozalis. Et non video etiam q̄ ad directionē necessariam circa bonū agibile sufficiat respicere bonū agibile sub ratione cōmuni ⁊ generali sed oportet q̄ sub ratione speciali sicut et virtus mozalis tēdit in ipsum sub ratione speciali. ¶ Secundo arguo sic. Illi habitus sunt essentialiter et specifice distincti quorum vnus adquiritur in aliquo nō adquirēdo alium nec aliquo gradu eius in eodem. Videtur em̄ q̄ si essent idez habitus q̄ vno adquisito adquireretur alius vel saltē aliquis gradus ipsius. Sed adquisita prudētia circa aliquam materiam mozalem in speciali non adquiritur prudentia circa aliaz materiam in speciali nec aliquis gradus eius. Probatio q̄ prudētia tota perfecta circa aliam materiam. Patet:quia cū sicut probatum est supra virtutes mozales non sint necessario connexe sequeretur saltem cōtra eos q̄ prudentia circa aliquā materiam esset sine mozali virtute sibi correspondēte. Si dicas q̄ nō est incōueniens saltem incōueniens est q̄ aliqua virtus totalis adquiratur mediantibus actibus circa alienā materiam q̄ etiam nec aliquis gradus quia pari ratione posset adquiri tota vel saltem ꝯtum ad gradus valde multos qui sufficiunt ad virtutem vt videtur ⁊ sic sequitur idez qd̄ prius:g ⁊c. ¶ Tertio. Sicut ars est recta ratio factibilium ⁊ artificialium sic prudētia est recta ratio agibilium.6.ethicozum:igitur sicut ars respicit factibilia sic prudētia agibilia. Sz planū est q̄ respectu diuersozū factibiliuz alterius ⁊ alterius rationis diuerse sunt artes specie differentes. Alia em̄ est specie ars domificatiua a frenefactiua ⁊ huiusmodi:g ⁊c. ¶ Quarto sic. Magis differūt totum integrale ⁊ sua pars a parte ꝯ totum vniuersale ⁊ sua pars vt videtur:quia totuz vniuersale de sua parte predicatur. Non sic totum integrale. Sed circa totum vniuersale ⁊ suas partes sunt diuerse scientie specie differētes quarum vna habita nō habēt alia:vt patet q̄ circa corpus mobile est scientia libri phisicozum ⁊ circa mobile ad formā scientia de generatiōe ⁊ circa mobile ad vbi scientia de celo:ergo etiā alia videtur prudētia circa bonū agibile monosticum ⁊ yconomicū ⁊ politicū:quozum primū est pars integralis secūdi et ambo tertij vel etiam circa diuersa bona agibilia disparata alterius rationis:quozū neutrū est pars alterius nec integralis nec subiectiua. ¶ Quinto sic. Si ponatur aliquis habitus respectu principiorum alius est habitus principij ⁊ cōclusionis sicut probatū est in primo. Tum quia ignozātia conclusionis stat cū noticia principij vt patet. Et similiter habitus cōclusionis dicit scientia ⁊ est scientia ⁊ habitus principij dicitur intellectus ⁊ distinguntur ab inuicē.6.ethicozum. Similiter etiā alteri⁹ ⁊ alterius conclusionis que sunt diuerse. Patet q̄ diuersi sunt habitus scientiales sicut ostendi in primo in questione de vnitate theologie: qz vnus habetur sine alio ⁊ obiecta per se formalia sunt diuersa ⁊ alterius rationis. Puta diuerse veritates cōplexe ergo similiter sicut ꝓnat prudētia circa principia ⁊ conclusiones agibiliuꝫ oportet eā ēm speciem variari. Hoc confirmat:qz videmus aliquos esse prudētes circa aliquā materiā ⁊ nō circa aliaz et ecōuerso. Ex quo patet q̄ nō est eadem prudentia circa omnes.

6.ethi.

¶ Ad primū aliozum dico ad maio rē q̄ nō oportet quoscūqz habitus respicientes idem obiectum formale vel ēm eandē rationē formalem esse vnuz habitū specie sed possunt diuersificari specie sicut dictū est supra de fide spe ⁊ caritate. Si em̄ oportet hoc necessariū eēt prudētiā ⁊ virtutē mozalem ēm aliquos eē eundē habitū specie:qz respiciūt eādē mozalē materiā vel idē obiectū sub eadē ratiōe formali:tm̄ nō curo ō hoc tm̄ dico q̄ maioz nō est vera:licet em̄ habit⁹ distinguant ēm distinctionē primozū obiectozū formaliū nō tm̄ vniunt ēm vnitatē ipsozū. Hec hoc dicit Aristo.3.de aīa sz pmū bm̄ dicit. Ad minozē dico q̄ nō est vera. Dico em̄ q̄ sicut diuerse virtutes mozales directe a prudētia respiciūt diuersa ⁊ distincta obiecta formalia ēm ꝓprias rōnes:ita etiā prudētia ēm spēs suas cū sit directiua p̄dictarū ꝑtutū mozaliū. Ad pm̄.6.ethic.pōt dici q̄ prudētia ī genere respicit totum bonū hoīs mozale ⁊ agibile ēm rectā rationem qd̄ est bonū in cōi vel in generali sicut etiā ꝑtus mozalis ī gne respicit tale bonū tm̄ in speciali etsic etiā ēm species variaꝫ sicut ⁊ virtus mozalis. Si autē velis omnino īponere Aristoteli q̄ vnica prudētia ēm specie respicit istud totū obiectū nego eū:quia non video rationē pro ipso sicut nec de mozali ꝑtute. Nō em̄ video quare non posset dici q̄ vna virtus mozalis ēm speciem sic esset circa totā materiam mozalem.

ad motiū 1.opi.

¶ Ad tertium dico q̄ sicut probatū est supra. Si habitus ponatur circa principia vel principium sicut videtur Aristoteles ponere.6.ethicozū q̄ aliq̄ est habitus principij ⁊ alius vnius conclusionis et alius alterius ita q̄ non est idem habitus ambozū Et Aristoteles hoc ponit primo posterioꝫ ⁊ sexto ethicozum sicut videtur. Quando dicis q̄ vna est scientia considerans principia et conclusiones. Dico q̄ de principio ēm q̄ huiusmodi non est sciētia et per consequens non est vna scientia de ipso ⁊ cōclusione. Vnde ⁊ Geometria considerās principia et deducēs conclusiones nō est vnus habitus simpliciter ēm speciem indistinctus sed ordine tantū. Tu dicis habet vnum primū obiectum simpliciter sub vna ratione formali. Puta lineam vel magnitudinem continuam. Dico q̄ bene respectu huius obiecti est vnus actus vel habitus simplex: sed ille non est scientia formaliter sed virtualiter sicut dictum est in primo vel quasi virtualiter. ¶ Ad tertium dico q̄ habitus considerans principium nun ꝯ se extendit ad conclusiones vel conclusionē sic q̄ sit habitus cōclusionis formaliter sicut nec intellectus est scientia:⁊ ideo dico q̄ talis habit⁹ nō oportet q̄ se extendat formaliter ad omnes questiones contētas virtualiter in principio. Vnde etiaz nec metaphisica que se extēdit ad primū principiū virtualiter continēs omnes questiones ēm aliquos licet non ēm me. Planū est q̄ non potest concludere nec deducere omnes cōclusiones cuiuslibet sciētie in particulari:tunc em̄ non oporteret addiscere nisi metaphisicam vt scirētur omnes cōclusiones omnium scientiarū qd̄ non videtur. Ad minozem dico q̄ prudētia etsi respicit primū principiū agibile et est habitus nō respicit cōclusiones agibiles formaliter sed oportet ponere alios habit⁹ distinctos respectu ꝯclusionū necessario sicut est de sciētijs:quare ⁊c. ¶ Ad quartū dico q̄ habitus respiciēs multa obiecta sic q̄ respicit alia per rationē vnius ⁊ illud vnū primo non debet poni variari ex illo obiecto:sed dico q̄ habitus talis nō debet dici scientia vel recta ratio plurium cōclusionū sed tm̄ vnius obiecti simpliciter vel simplicis cuius est formaliter ⁊ respectu conclusionū virtualiter vel quasi virtualiter. Vnde ⁊ respectu plurium cōclusionū metaphisicaliū debēt poni diuersi habitus formaliter ⁊ alterius rationis vel speciei:licet sit vnus habit⁹ ordine quodā ⁊ sic dico de prudētia suomodo in proposito q̄ est plures habitus circa diuersas conclusiones agibiles ⁊ dictabiles licet ordinē aliquē habeant ad inuicē quoquomodo. Habitus tm̄ qui eēt respectu alicuius obiecti primarij simplicis primo et aliozū secundario vnus esset:saltē nō necessario ponerētur plures respectu illozū obiectozum q̄ nō esset talis habitus respectu cōclusionū de tali obiecto dictabilium ⁊ cōplexarū. ¶ Ad quintum dico q̄ dictum illud est parabolicū de motu rei ad aīam vel anime ad rem. Ita em̄ intellectus cōsiderat rez in seipsa sicut voluntas vult eā ⁊ econuerso:⁊ ideo q̄ equaliter currūt per omnia ꝯtum ad propositū spectat. ¶ Ad sextum de Aristotele si intētio sua est opposita predictis nego eū. Si vero concordat cum predictis potest exponi q̄ ponit vnam prudētiam vnitate nominis ⁊ ordinis ⁊ generis plus ꝯ alie quoquomodo non sic autem virtutes mozales que non sic in vno nomine cōueniunt. Vnde ad illud qd̄ additur dico q̄ prudētia monostica ⁊ yconomica et politica sunt diuerse rationis ⁊ alteri⁹ speciei. Et quādo dicit philosophus.3.politice q̄ vna est virtus boni viri ⁊ boni principis. Dico q̄ verū est vnitate subiecti vel ordinis quia ad bonū virus si sit omnino perfectus pertinet bene principari vl̄ ad bonum principantem viuere ēm virtutem boni viri. Hec de secundo articulo principali.

6.ethi.

¶ Quantum igitur ad precedētem articulum cōmuniter dicitur q̄ prudētia est connexa cum virtutibus mozalibus vel cū virtute mozali ⁊ econuerso. Ita q̄ vna sine alia nec haberi nec adquiri pōt. Hoc probat multipliciter. Prio sic ⁊ probatur q̄ prudētia secū habeat annexā virtutem mozalem prudētia est habitus pertinens ad intellectū practicū. Sed obiectū intellectus practici recti est veritas confesse se habēs ad appetitum rectū.6.ethicozum:igitur cū appetitus non sit rectus nisi per mozalem virtutē sequitur q̄ prudētia non possit esse sine mozali virtute. ¶ Secundo sic. Prudētia est recta ratio agibiliū.6.ethicozū. Sed impossibile est haberi rectā rationē agibilium sine virtute mozali. Nam sicut dicitur:6.ethico. Malicia est corruptiua principij ⁊ corrūpit iudicium recte rationis etiā de fine:quia qualis vnusquisqz est ēm virtutē vel vitium talis sibi finis videtur g ⁊c. ¶ Tertio sic. Stante recto iudicio rationis in vniuersali ⁊ in particulari ēm prudētiam impossibile est voluntatē non velle. Patet.6.ethicozū. Nā accepta maioze in vniuersali ⁊ minoze in particulari per rationē confestim sequitur operari potentē nō prohibitum. Sed per bene velle cōformiter ad iudicium rationis adquiritur vel habetur virtus mozalis:ergo prudētia esse n ō potest sine virtute mozali. ¶ Quarto sic ⁊ est de ꝑtute mozali q̄ nō possit eē sine prudētia sed necessario est sibi ꝯnexa. Dinus videt cōnexa prudētia cum virtute mozali ꝯ ecōuerso. Nā prudētia prior est ⁊ regula ipsius virtutis mozalis. Sed prudētia cōnexa est virtuti mozali necessario vt dictū est ⁊ pbatū:g multo fortius ecōuerso. ¶ Quinto sic virt⁹ mozalis est habitus electiuus cōsistēs immediate determinat⁹ recta ratione.2.ethi. Sed recta ratio illa nō est nisi prudentia. Vñ ⁊ subdit sicut sapiēs.i. prudēs determinauit: ergo ⁊c. ¶ Sexto sic. Si ꝑtus mozalis nō necessario ꝯnectit cū prudētia q̄ est recta ratio agibilis sequit q̄ ipsa possit stare vel cū rōne corrupta de agibili vel cū ignozātia de ipso agibili. Sed hec sunt ī possibilia. Patz qz ex principio ⁊ iudicio corrupto nullū bonū pōt sequi ēm etiā q̄ inuisa possum⁹ diligere īcognita nequaqz:g ⁊c. ¶ Septimo sic. Bonitas mozalis in actu vel hītu sicut dictū est supra cōsistit in respectu cōformitatis ad rectū iudiciū rōnis dictātis circūstātias deditas ī esse actu. Sed illa ratio recta nō est nisi prudētia vel act⁹ eius. Sicut igit īpossibile est relationē esse sine termino. ita hītu bonū mozalē sine prudētia. Sequeret em̄ alit q̄ idē hit⁹ vl̄ act⁹ posset eē ꝑtuosus ⁊ viciosus ad uenientē vel recedētē cōformitate ad prudētiā qd̄ nō videt. ¶ Ad ista de ꝯnexione necessario prudētie ⁊ ꝑtut; mozal sunt multe auctozitates. ¶ Prima.6.ethico. dicit phūs vbi ex intētione loquitur de cōnexione virtutum q̄ vna virtus nō est sine altera nec prudētia sine mozali virtute nec ecōuerso.

prudētia cōnectit cum ꝑtu. mozali. ⁊ ecōuerso.

6.ethi.

Unde vicit q̃ prudētie vni inexistēti omnes inerūt
cōmēta. ¶ Secūda est Cōmentatoris super eodem verbo vbi dicit q̃ prudētia existēte simul huic ⁊ virtutes mozales coerunt. ¶ Tertia est Cōmentatoris. 7. ethico. cōmento. 5. in fine. Prudentia habet sequē
Idem. tes ⁊ alias virtutes mozales vbi adest. ¶ Quarta est cōmentatoris. 10. ethicozum cōmento. 17. cōiugata est prudētia mozis virtuti idest mozali virtuti ⁊ mozalis virtus prudentie ⁊ ab inuicē non contingit separari. Hec est cōis ⁊ probabilis positio.

¶ Sed ꝓtum ad istum articulum videt michi aliter vicēdum sine
Peculiaris opi. docto. preiudicio. Primo de prudētia q̃ non est connexa necessario mozali virtuti sed potest esse ⁊ adquiri sine mozali virtute. ¶ Hoc probo primo sic. Habitus essentialiter distinctus ab alio ⁊ prior illo non dependēs omnino ab illo nec in esse nec in adquiri pōt esse ⁊ adquiri sine illo patet de se. Sed prudentia est huiusmodi respectu virtutis mozalis. Q̃ sit habitus essentialiter distinctus. Patet. Q̃ non dependeat ab ipso patet: quia est naturaliter prior sicut actus intellectus prior actu voluntatis: g ⁊c.

¶ Tertio sic. Sicut se habet actus ad actū sic suo modo habitus ad habitū. Sed actus prudētie potest stare sine actu mozalis virtutis. Patet. Intellectus eēm potest dictare de agibili ēm rectā rationem ⁊ voluntas ratione sue libertatis potest nōvelle vel non eligere conformitatem ad rationē rectā et ita intellectus potest talē actum frequētare: et p̃ consequēs prudētiam adquirere ⁊ virtus mozalis nō erit nec adquirēt in voluntate quare ⁊c. ¶ Sed ad hanc rationē respōdetur. Primo q̃ stante iudicio recto prudētie in vniuersali ⁊ in particulari nō potest voluntas nō eligere conformiter ad rationē rectam ⁊ ita non potest virtus mozalis non adquiri nec prudētia stare sine ipsa. ¶ Secūdo respondetur q̃ licet voluntas possit nō eligere conformiter ad rationē rectam: tūc actus ratiōis recte dictatiꝰ nō potest frequētari. Nam statim voluntas inficitur ⁊ ratio obumbratur ⁊ ꝓto plus non eligit conformiter ad rectum iudicium rationis tāto plus ratio obumbratur: ⁊ per cōsequēs prudentia in ipsa non generatur sed magis si in ipsa prefuisset corrūperetur ⁊ desineret esse: ⁊ sic intelligitur illud tertij
oīs malꝰ ignorās. ethicorum q̃ omnis malus est ignorās ⁊ si nō ignorantia preuenente tūc subsequente vel concomitante. ¶ Aliter dicitur tertio q̃ licet in intellectu possit aggenerari aliquis habitꝰ recte dictatiuus agibilium cuiusmodi est scientia libri ethicorū vel huiusmodi sine mozali virtute non tamen ille habitus dici debet nec est vera prudētia virtus. Unde ⁊ aliquis homo pessimus qui nichil habet de prudētia nec de virtute potest habere dictamē aliq̃d rectum vel noticiam rectam de agibilibus saltē in vniuer
¶ Secũdo sic. Dis abusus vocis vel sermonis est pctm̃. Sed oẽ mendacium est abusus vocis vel sermonis. Nã ad hoc est nobis datus sermo vt presto fiant mutue voluntatis iudicia ꝛm platonẽ. Et ꝛm Aristotelẽ voces sunt note earũ passionũ q̃ sunt in aia z tunc ptz q̃ mentiẽs abutitur sermone z voce sua qz per ipam nõ exp̃mit illud q̃ est in mente q̃ intendit sed aliud. ꝗ ꝛc. ¶ Tertio sic. Omne illud pctm̃ est quod opponitur ꝓtuti. Sed oẽ mendaciũ est actus oppositus actui virtutis q̃ est ꝓitas z discordans a ratione recta. ꝗ ꝛc. ¶ Quarto sic. Oẽ illud est pctm̃ q̃ q̃tũ est de se est alterꝰ deceptiuũ. Sed omne mendaciũ q̃tum est de se deceptiuũ est audientis. Nã ꝛm Augustinũ ꝓtra mendaciũ Mẽdacium est falsa sig̃tio vocis cũ intentione fallendi. Et intelligẽdum est q̃tum est ex natura mendacij: licet non semp ex parte mẽtientis. ꝗ ꝛc. ¶ Ad hoc sunt auctoꝛitates multe. Eccle. 17. Noli mentiri omne mendaciũ. Et in ps̃. Filij hoim vsqꝫquo graui corde vt quid diligitis ꝓitatẽ z queritis mendacium. Et August. ꝓtra mendacium dicit. Mendaciozum genera multa sunt q̃ quidẗ oia vlr odisse debemus. Nullũ em̃ mendaciũ est q̃ nõ sit ꝓtrarium veritati. Et ponit exẽpluꝫ. Sicut lux z tenebra cõtrariantur. Est em̃ mendaciũ iocosum q̃ nulli alteri a dicẽte abest sed ꝑdest alicui ad solaciũ mendaciũ ociosum q̃ nec dicẽti nec alteri ꝑdest nec alteri a dicente obest. Mendaciũ officiosum q̃ alteri a dicẽte vel dicendi ꝑdest ad aliquẽ effectũ pniciosum q̃ alicui obest z nulli ꝑdest z oia sunt peccata q̃ omnia ista breuiter obsunt dicẽtib⁹. Hec de primo articulo.

Aristo.

August.

August.

Ecclesiastici. 17.

¶ Quantum ad secundũ articulum dicitur cõmuniter q̃ non omne mendaciũ est mortale peccatũ simpliciter z quibuscũq̃ personis: sed solum mendacium perniciosum. Unde mẽdacium iocosum vel ociosum seu officiosum nõ est peccatum viris vel personis imperfectis quia non sunt caritatem dei nec proximi nec tollunt caritatem ab habente ipsam: sed solum mendacium perniciosum quod est contra caritatem directe vt satis patet. Sed in viris perfectis cuiusmodi sunt viri religiosi vel prelati vel doctores legis diuine dicunt aliqui q̃ omne mendacium est peccatum mortale non solum perniciosum q̃ fit ex malignitate et voluntate nocendi proximo sed etiam iocosum officiosum vel ociosum. Et ratio huius est: quia omnibus istis commissa est veritas specialiter defendenda z tuenda. Et ita nullo modo nisi cum graui offensa possunt mẽtiri. ¶ Secundo quia mens virorum perfectorum superne veritati debet adhere re z adheret q̃ non possunt dicere contra veritatem nisi ex conceptu. Sed hoc est peccatum mortale. ergo ꝛc. ¶ Cõfirmatur per glosam super illud ps̃. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Dicit ibi q̃ mendacium perfectis non cõuenit nec etiam ꝓ temporali alicuius vita seruanda.

An omne mẽdaciũ sit mortale pctm̃. 1. opi.

Glosa. Psalmi.

Opi. doctoris. ¶ Sed ista opinio videtur mihi sine ratione esse ⁊ etiã nimis dura: et vellem q̃ qui ponunt tales opiniones ita duras sine efficaci ratione vel cogente auctoritate q̃ ipsi vltra alios obligarẽtur ad obseruandum eas. ¶ Dico enim q̃ mendacium non omne est mortale peccatum viris perfectis sine ratione vite assumpte sine ratione doctrine veritatis predicande vel docẽde siue ratione prelationis exercẽde nisi illud mendacium fieret in scandalũ audientium vel in preiudicium veritatis in actu iudicij vl̃ in actu docendi vel huiusmodi. Cum ẽsi alia mendacia a pernicioso sine alijs venialia circũstantia persone nõ trahit ea ad mortale sicut nec aliquod aliũ peccatum nisi forte alicuius annexi. Puta voti de opposito vel alicuius talis quod nõ habet locus in ꝓposito. Unde istis nõ sic cõmittitur veritas custodienda q̃ in omni actu eorum necessario aduertendum mortale peccatum debeat veritas obseruari: sed bene in actibus supradictis pertinentibus ad perfectionem. Puta in actu docẽdi ⁊ iudicãdi ⁊ vt scandalum vitetur sed nõ semꝫ nec in cõmuni actu eorum. ¶ Si enim ratio ipsorum esset bona q̃ omne mendacium mortale est religiosis ⁊ doctoribus vel prelatis quia alias veritas que ipsis cõmissa est specialiter periclitaretur pari rõne cũ non minus cõmissa sit perfectio vite ꝗ veritas doctrine oẽ peccatum esset eis mortale ⁊ nullum veniale quod est cõtra beatum Johãnem in canonica sua q̃ erat prelatus ⁊ perfectus ⁊ tamen dicebat. Si dixerimus q̃ peccatum non habebus ipsinos seducimus et veritas in nobis nõ est. Et planum est q̃ de peccato veniali nõ mortali intendebat. Unde patet q̃ rõ eorũ non valet. ¶ Ad auctoritatem glose dico q̃ mẽtiri perfectis viris nõ conuenit inq̃tum perfecti sunt sed imperfectionis est mentiri non tamen imperfectionis mortalis sed frequẽter venialis. Hec de secundo articulo.

b. Johã.

De hitu mẽdacij. ¶ Quantum ad tertium articulum: Notandum est q̃ ex assiduitate vel frequẽtia mentiendi generatur in mente aliquis habitus viciosus facilitans ad actum mendacij sicut ex actibus frequentibus verum dicendi gñatus est habitus virtuosus qui dicitur habitus veritatis qui est virtus vel pars virtutis qua eligit aliquis prõpte ⁊ faciliter manifestare alteri veritatem quã habet ĩ mente ꝓpter bonum finem ⁊ sicut oportꝫ ⁊ qñ ⁊ vbi oportet ꝟm iudicium recte rationis. ¶ De isto ergo habitu mendacij dubium est ad quã potentiam formaliter pertineat vel ĩ qua generetur. Et dicũt aliqui q̃ ad intellectum pertinet ⁊ nõ ad voluntatẽ Primo quia ad intellectum pertinet loqui ⁊ verbũ mentale ⁊ non ad voluntatem. Secũdo q̃ ad intellectum pertinet verum ⁊ falsum. Unde verum ⁊ falsum sunt in intellectu ⁊ bonum ⁊ malum sunt in re. Unde verum ⁊ falsum ad intellectuꝫ pertinẽt sicut obiecta ⁊ per cõsequẽs dicere verum vel falsum ⁊ p̃ consequẽs mentiri. Tertio q̃ ad intellectum pertinet decipi vel errare. ergo similiter ad ipꝫ pertinet decipere ⁊ mẽtiri. Dicũt ergo q̃ ad intellectum pertinet formaliter habitus viciosus mendacij ⁊ non ad voluntatem.

1. opinio.

5. 1. opi. ¶ Sed contra istam opinionẽ dico q̃ habitus viciosus mendacij pertinet formaliter ad voluntatem ⁊ ipa generatur ⁊ non pertinet formaliter ad intellectum. ¶ Hoc probo sic. Ad eandem potentiam pertinet virtus veritatis ⁊ habitus mendacij vel vicij falsitatis. Sed ad voluntatẽ pertinet virtus ꝟitatis q̃ ipa est pars iusticie ꝟm oẽs Justicia vero ad volũtatem pertinet. ergo ⁊c. ¶ Secũdo sic. Habitꝰ electiuus manifestandi alteri q̃d habet loquẽs in mẽte ꝟm iudicium rationis recte ad voluntatem pertinet. ergo similiter habitus electiuus pretendendi vel loquẽdi alteri quod nõ senti t pertinet ad voluntatem. Sed talis est habitus mendacij viciosus. ⁊c. ¶ Tertio sic. Ad illam potentiã ad quam pertinet mouere potẽtiam locutiuam exteriorem ⁊ linguam ad verbum mendacij pertinet principaliter habitus viciosus mendacij. Sed hoc est ad voluntatẽ non ad intellectũ ptz. ergo ⁊c. ¶ Quarto sic. Aut ille habitus pertinet ad intellectum aut ad voluntatem aut ad potentiam exteriorem exsecutiuã. Sed ad potentiam exteriorem nõ pertinet habitꝰ alicuius vicij sicut nec ꝟtutis. Hec ad intellectũ q̃ nec veritas ꝟtus ad intellectum pertinet quia non est virtus intellectualis. Patet. 6. ethi. Similiter etiam q̃ intellectus ꝗtũcunq̃ homo mẽtiatur nõ necessario mentitur nec iudicat falsum: sed põt iudicare ⁊ dicere verum tantũ homo ex imperio voluntatis ⁊ motione dicit aliud a vero q̃d intellectꝰ iudicat ⁊ sentit. ergo ⁊c. ¶ Dico igitur q̃ habitus mendacij viciosus pertinet ad voluntatem ⁊ generatur in ipa sicut in subiecto.

Resolu. doctoris

¶ Ad primum aliorum. Dico q̃ licet ad intellectuꝫ pertineat mẽtaliter loqui ⁊ verbum cognoscãdo verum vel falsum ad ipm tamẽ nõ pertinet loqui mẽdacium. Sꝫ ad linguam exteriorem motam ab ipa volũtate ꝗtũcunq̃ intellectus verũ iudicet ⁊ sit cum veritate que est obiectum intellectus non que est ꝟtus q̃ illa pertinet ad voluntatem sicut dictum est supra/ ⁊ ideo ad ipam etiam pertinet habitus falsitatis sibi oppositus. Unde ⁊ ꝓprie loquẽdo vicium falsitatis quod opponitur ꝟtuti morali ipsius veritatis non pertinet ad potentiam ad quã pertinet loq̃ elicite sed magis ad potentiam ad quã pertinet impaiue ⁊ motiue cuiusmodi est voluntas. ¶ Ad secũdum ⁊ tertium per idem quod dictum est vltimo est dicendum q̃ sez ad potentiam ad quã pertinet verum vel falsum per modũ obiecti saltem ĩmediate/ ⁊ ad illam ad quã formaliter pertinet decipi vel errare non pertinet formaliter veritas virtus vel falsitas vicium/ sed magis ad voluntatem q̃ isti non sunt habitus cognitiui sz electiui vt dictũ ẽ supra.

ad rõnes 1. opi.

¶ Ad primuꝫ principale dico q̃ actus ex se malus qui nõ potest bene fieri ⁊ trãsit super obiectum disconueniens: ⁊ ita non est bonus ex genere sicut est actus mendacij qui transit super obiectum cuius oppositum concipitur ⁊ sentitur a dicente non est necessario peccatum mortale sed aliquid plus requiritur scilicet q̃ sit contra caritatem sed dico bene q̃ est peccatum veniale saltem.

Ad pnci palia ar.

¶ Ad secundum per idem dico q̃ non omnis actꝰ oppositus actui cuiuscunq̃ virtutis est peccatum mortale: licet bene sit saltem veniale sicut de actu bibendi aliquantulum excessiue contra actum temperantie vel sobrietatis.

¶ Ad tertiũ dico q̃ illud verbum debet accipi de mendacio pernicioso. Ad illud in oppositũ dico q̃ non est incõueniẽs illas personas veteris testamẽti venialiter fuisse meritas. Non ẽsi fuerũt perfectiozis status vel gratie ꝗ persone pfecte noui testamenti. De Jacob tamen dicitur q̃ nõ fuit mentitus q̃ ⁊ si non erat Esau in persona/ erat tamen in benedictione recipienda tanꝗ ille cui vendiderat Esau ꝓmogenita ⁊ per ꝓns ius ꝓmogeniture.

¶ Distinctionis Trigesimenone.

Questio Prima.

Circa distinctiõez trigesimamnonã quero. Utrũ licitum sit iurare. ¶ Videtur q̃ non q̃ quod est prohibitus non est licituꝫ. Sed iurare est prohibitum Mathei. 5. Ego dico vobis nõ iurare omnino

Mathei quinto.

Et Jacobi quinto. Ante oia fratres mei nolite iurare. ergo. ⁊c. ¶ Secũdo sic. Illud quod est malum ⁊ a malo non est licitum: q̃ est ad malum facienti. Sed iurare est a malo Mathei. 5. Sit sermo vester. est. est. nõ. nõ. quod amplꝰ est a malo est. ergo ⁊c. ¶ Tertio sic. Si licitum eẽt iurare hoc maxime videretur per deum q̃ iuramẽtum fit ad attestationẽ ⁊ confirmationẽ. Sed deus non aliter confirmat dictum iurantis post iuramẽtum ꝗante. ergo ⁊c.

Jaco. 5.

math. 5.

¶ Contra. Deutero. 6. Dominum deum tuum timebis ⁊ illi soli seruies ac per nomen illius iurabis.

Deut. 6.

¶ In ista questione sic ꝓcedã ¶ Primo ostẽdam an licituꝫ sit iurare ⁊ quo mõ. ¶ Secũdo per quid sit iurandum. ¶ Tertio. vtrũ omne iuramentum promissozium obliget ad implẽdum. ¶ Ultimo ad rationes.

¶ Quantuꝫ ad primum Dico breuiter q̃ iurare vel actus iurandi est actꝰ quo iurans dictum suum confirmat adducendo deũ in testem vel aliquid aliud pretendẽdo cuiusmodi est creatura aliqua siue sit spiritualis siue corporalis. Iste aũt actus non est de se malus nec habet de se aliquid repugnãs rõni recte nec transit necessario super obiectũ discõueniens. Similiter etiã non est necessario bonus de se nec bonitate generis nec bonitate moris. Potest ẽsi transire super obiectum disconueniẽs puta super falsum vel dato q̃ sup obiectum conueniẽs nõ tamẽ ꝟm omnes circũstãtias rationis recte: ⁊ ideo potest ⁊ bene ⁊ male fieri.

Iurare quid.

Quo sit licitũ iurare.

¶ Ex quo patet q̃ nõ est appetẽdus talis actꝰ nec exercendus nisi ꝟm rationem rectam. Tunc autem est ꝟm rationem rectam qñ habet tres comites sibi necessarios. Oportꝫ ẽsi q̃ fiat in ꝟitate ita q̃ verꝫ sit omne illud quod iuratur. Unde ⁊ omne iuramẽtum transiens super falsum obiectum peccatum ẽ. Oportet etiam q̃ in iusticia q̃ pro iusta causa vel ex causa legitima vtendi inuocatione dei per quez iuratur vel adducendi seu opignerandi aliquid ipsi deo quia nõ ex quacunq̃ causa leuiter debet homo iurare. Debet nihilominꝰ iurare in iudicio id est cũ discretione ⁊ deliberatione ⁊ ponderevel maturitate ⁊ caute per quod excludit in cautela iurandi: ⁊ si fiat iuramentum cum istis tribus comitibus tũc ẽ licitum ⁊ honestum ⁊ potest eẽ meritozium ⁊ ẽ simpliciter appetendũ sic circũstantionatum. Qui ẽsi sic iurat per deum vel aliquid aliud in relatione ad deum exhibet deo reuerentiam debitam ꝟm actum latrie ⁊ iuocat ipm vt scientem omnem veritatez ⁊ ipam veritatem diligẽtẽ ⁊ volentem iter homines obseruari. Hec de primo articulo.

¶ Quantum ad secundũ articulum. Dico primo q̃ per deũ potest homo iurare cum predictis circunstantijs adhibitis inuocando eum testem veritatis. ¶ Secũdo dico q̃ per falsos deos nõ debet homo iurare: sed tale iuramẽtũ ex parte iurantis ⁊ credulitate factum peccatum ẽ ⁊ contra diuinum preceptum. Diuine prime tabule. Non habebis deos alienos. Ex parte tamẽ recipientis nõ est peccatuꝫ: dũ tamen cõmunicet sibi in incredulitate falsozum deozum sed tantum velit experiri ⁊ habere rectitudinem quam intendit aliꝰ confirmare: ⁊ ita credit confirmari infidelis ⁊ se teneri iurando per falsos deos sicut fidelis perveruꝫ deum. ¶ Tertio dico q̃ potest iuramentum fieri q̃ creaturam nõ inquãtum creatura ⁊ absolute sed in relatione ad deum pro quanto aliquid participat de ipso vel habet aliquam relationem vel habitudinem ad ipm sicut per euangelia vel per sanctos vel per aliquos maiores ipso iurante vel etiam per seipsum vel filios suos ⁊ huiusmodi oppignerando talia ipi deo vt veniat super ea a deo iuramẽtuꝫ siue bonum fuerit siue malum. Unde ꝓpus si alicubi p hibuit iurare per creaturam nõ prohibuit hoc nisi stando in creatura attribuẽdo sibi honorem latrie in iurando quasi infallibiliter cognoscenti purã veritatem sicut deus: sed non phibuit hoc referẽdo in deum. Unde dico q̃ potest per creaturas iurari et conueniẽtius est iurare per creaturas sanctas: ⁊ p̃ creaturas mala tas/ sicut per euangelia vel altare ⁊ reliquias ⁊ huiusmodi multa. Hec de secundo articulo principali.

p qd sit iurandũ.

¶ Quãtum ad tertium articulum. Dico primo q̃ de numero iuramẽtozum p̃missozium quoddam est dolosum quoddam incautum ⁊ quodam coactum. Iuramentum dolosuꝫ vocatur quod in dolo iurantis quando iurat aliquid facere ⁊ non intendit illud facere quãtuncũq̃ sit licitum quod iuratur ⁊ dicitur de iuramento tali q̃ ĩ foro exteriori tale iuramẽtum si probetur quod factum est exterius obligat: quia in tali foro iudicatur de exteriozibus: sed qnãtum ad forum conscientie dicitur vno modo q̃ iste peccat mortaliter sic iurando dolose quia iurat falsum secundum propositum suum. Nam iurat se facturum quod non proponit facere. ¶ Secundo dicitur q̃ ex vi iuramenti non tenetur implere quod iurat: quia ex quo non intendit se obligare non est obligatus quãtũcunq̃ ille cui iurat reputet eum obligatum. ¶ Tertio dicitur q̃ nihilominus tenetur et est obligatus ad cauendum indemnitati proximi cui iurat. Non q̃ ad hoc obligetur ex iuramento: sed ex precepto caritatis proximi cuius indemnitati debet cauere ex p̃cepto diuino: et ista opinio pulchra ẽ ⁊ multũ p̃ babilis. ¶ Scotus hic vꝫ dicere q̃ ad iuramentuꝫ dolosũ ꝗlendũ nõ obligat iurãs ipse cũ nõ intẽdat

De obligatiõe iuramenti.

Scotus.

obligare ad quod tamen obligaretur si iuraret non dolose. Nec sequitur ex hoc q̃ ex dolo suo reportet cõmodum qz reportaret magnum incõmodum scz peccatum mortale quod est maiꝰ q̃ obligari ad aliquid q̃tũcunq̃ penale per iuramẽtum nõ dolosuz. Aliter dicitur q̃ talis sic iurando peccat sicut dicebant primi. ¶ Secũdo qz licet non intẽdat se obligare sed potius non obligare per iuramẽtuz z hoc explicite implicite tamen obligat se iq̃tum iurat z de facto promittit se facturum quod iurat. ita q̃ nõ solum ex precepto caritatis tenetur ad cauendũ indignitati proximi: sed etiam ex vi precepti licz hoc expliceite non intendat. Et pro ista opinione essent plures auctoritates z iura q̃ ꝓ alia. Si dicas quomodo obligatur z quis obligat ipm ex quo intẽdit correlarium. Dico q̃ ex iure diuino de seruando iuramento obligatur z ipe seipsum obligat implicite eoipso quo iurat z voluntarie sic iurat aliquid licitum obseruandum. ¶ De iuramento incauto dico q̃ iuramentum potest dici z esse incautuz vel ex parte modi iurãdi vel ex parte rei iurate z eius qd̃ iuratur. Primo modo dicitur incautum iuramentum quia incõsideratum z non ex deliberatione factum/z isto modo dico q̃ iuramentum incautũ etiã de re licita nõ obligat de necessitate precepti ad tenendum peccat tamẽ qui sic iurat venialiter saltez. ¶ Alio modo potest dici iuramẽtum incautum ex parte rei iurate vel eius quod iuratur quia videlicet non est licitum vel bonum quod iuratur z sic dico q̃ nullum iuramẽtum q̃tũcunq̃ deliberatiue factum z q̃tum ad materiam z q̃tum ad iuramẽtum vel q̃tum ad iuramentum solum obligat ad seruãdum. Peccat tamẽ qui sic iurat z moraliter peccat in actu iurandi. Dico aũt q̃ tunc res iurata non est licita quãdo quisquis iurat aliquid cõtra caritatez z precepta diuina vel etiam cõtra diuina consilia. Et vt breuiter dicã quãdo quis iurat se facturum aliquid qd̃ melius esset nõ facere z ecõuerso nõ facturum quod melius esset facere et ipso facto peccat nec tenetur implere. In aliquibus tamẽ tenet ad superiorem recurrere qui ipm a tali iuramento absoluat vel declaret ad tale iuramẽtum non teneri. ¶ Qz autem ad implendum talia iuramẽta non teneantur iurantes. Patet. 22. q. 4. vbi dicitur. In malis promissis rescinde finem z in turpi voto muta decretum. Et in eadem questiõe dicitur. Si aliquid forte incautius nos iurare contingerit qd̃ seruatum peiorem vergat in exitum illud salubriori mutandum esse psilio nouerimus. ¶ De iuramẽto coacto. Dico q̃ q̃tum ad forũ exterioris iudicij q̃ si compertum sit a iudice q̃ iurauerit coactus p metum cadentem in constantem virum. Iudex debet tale iuramentum relaxare vel in toto vel in parte. Nec debet ipm cõpellere ad seruandum iuramẽtũ coactum quantũcunq̃ illud qd̃ iuratur sit licitum. Si autem fuerit iuramentum coactum non simpliciter: sed metu leui non cadente in constantem virũ sic. Dico q̃ si res iurata sit licita debet iudex iurantem compellere ad seruandum iuramentum. Exceptis aliquibus casibus in quibus nulla est obligatio ipo iure vt in contractu matrimonij z aliquibus alijs casibus quos nõ oportet enumerare modo. ¶ Sic igitur dico q̃ omne iuramẽtuz de re licita deliberatiue factum a psona iuris sui obligat ad seruandum z tenendum facultate habita et loco z tempore. Nullum autem iuramentum non deliberatiue factum vel licet deliberatiue factũ nõ tamen de re bona eo modo quo dictũ est supra obligat ad seruandum: sed ipo facto peccat iurans z in primo venialiter saltem in secũdo vero grauiter. Hec de tertio articulo.

De iuramento incauto.

De iuramẽto coacto.

Resolutio.

¶ Ad primum principale Dico q̃ non prohibet xpus omne iuramentum quacũq̃ ex causa secũdum Augustinum contra mẽdaciũ Sed illud ideo dictum est ne frequenter iurando ad facilitatem iurandi z periculum periurandi veniatur. Et similiter ad auctoritatem beati Iacobi.

Ad rões pncipa.

¶ Ad secundum sicut dicit Magister in litera. Dico q̃ iurare modo suprãdicto licito non est a malo iurantis nec ad malum suum sed magis a malo eiꝰ qui recipit iuramentum vel exigit qui ex infirmitate sua vel ex culpa sua aliter non crederet loquenti nisi adhibeat iuramentum. ¶ Ad tertium dico q̃ licet z per deum z per creaturas iurare aliquando pro tempore z loco z causa. Quando dicis q̃ non quia deus frequenter non declarat veritatem iurantis. Dico q̃ si non declaret per aliquod signũ vel prodigium seu miraculum: tamen audiens vel recipiens iuramentum ex ipso confirmatur credẽs q̃ iurans non adhiberet iuramentum nisi illud qd̃ iurat esset verum. zc.

¶ Distinctionis trigesimenone.
Questio Secunda.

Secũdo queroꝫ omne periurium sit peccatum mortale. ¶ Videtur q̃ sic. Omne mendacium perniciosum est mortale peccatum. Sz omne periurium est mendacium perniciosum saltem iuranti. ergo zc. ¶ Secundo sic. Omne quod est contra preceptum diuinuz est mortale peccatum. Sed periurium omne est contra diuinum preceptuz Leuitici. decimonono. Non periurabis in nomine nec polluetis nomẽ domini dei tui. ergo zc. ¶ Tertio sic. Omnis irreuerẽtia prime veritatis est mortale peccatum. Sed omne periurium est irreuerentia prime veritatis que adducitur a periurante in testimonium falsitatis. g zc.

Leui. 19

¶ Contra Periurium potest esse aliquod surrepticie et non deliberatiue factum. Sed tale non est mortale peccatum. g zc.

¶ In ista questiõe sic pcedã.

¶ Primo inquiram. Vtrum omne periurium sit mendacium. ¶ Secundo Vtrum omne periuriuz sit mortale peccatum. ¶ Tertio. Vtrum periuriũ quod est mortale peccatum sit grauius q̃ homicidium vel furtum seu adulterium.

¶ Quãtum ad primum articulum. Dico q̃ periurium est triplex. Vnum quando aliquis iurat falsum quod credit verum. Aliud quando aliquis iurat esse verum quod credit eẽ falsum. Tertium quando iurat falsum et credit illud esse falsum vel scit. Primum est reprehensibile. Secundum etiam et Tertium amplius.

Dẽ piurium an peccatũ.

¶ Primũ periurium quo iuratur falsum z tñ creditur esse verũ sicut iuratur mendacium est non q̃tum ad formale mẽdacij qd̃ est repugnantia ad mẽtem: quia iurat sicut credit esse sed q̃tum ad materiale qd̃ est falsum: iurat enim falsum. ¶ Secundũ periurium quãdo aliquis iurat verum qd̃ credit falsum mẽdacium est q̃tum ad formale mẽdacij quod repugnantia ad mẽtem. Credit eñ esse falsum qd̃ iurat esse verum. ¶ Tertium est mendacium cõplete q̃tum ad utrũq̃ quia z falsum iurat tanq̃ verum z ipsum scit vel putat esse falsum: quare zc.

ofne piurium an mortale.

¶ Quãtum ad secundum articulum dico q̃ nõ omne periurium est mortale peccatũ sed tñ illud qd̃ fit scienter vel aduertẽter aduertẽdo de iuramento. ¶ Unde aliquis periurare potest nõ aduertẽdo de iuramento nec etiã de iurato aliquãdo z sic non peccat moraliter sed venialiter: dũ tñ illa inaduertẽtia sit surrepticia vel ignorantia que nõ sit crassa vel supina. ¶ Aliquis autem periurat aduertens de dicto sed nõ de iuramẽto: z sic nõ peccat moraliter sed est grossum venialẽ z satis periculosum. ¶ Tertio aliquis periurat non aduertẽs de directo aduertit tñ de iuramento et sic adhucveniale potest dici. Si tñ ita contingat et forte diceretur mortale quia ex quo de iuramẽto aduertit tenetur aduertere de materia iuramẽti et potest sed non affirmo aliquid de isto membro.

¶ Quartomodo. Aliquis periurat non aduertẽs de iuramẽto nec de dicto sed surrepticie vel ex ne negligentia leui z sic nõ est peccatũ mortale sed tñ veniale. Hec de secundo articulo.

de grauitate piurij. 1. opi.

¶ Quantum ad tertium articulum. Est opinio aliquorũ q̃ mortale periuriuz precipue per ipsum deũ est grauius peccatũ q̃ homicidium vel furtũ seu adulterium. ¶ Tum qz est cõtra pceptũ prime tabule. Hõ assumẽs nomẽ dei tui in vanũ. Illa vero sunt contra precepta secũde tabule que minus obligant. ¶ Tuz qz grauior est irreuerẽtia in deum q̃ in proximũ. ¶ Tum qz maius peccatũ est infidelitas q̃ homicidium vel furtũ vel adulterium. Sed periurium maius peccatũ est q̃ infidelitas. Nam ꝫm Magistrum z accipiẽ ab Augustino in epistola ad publicolam. Minus malum est per deũ falsum iurare veraciter q̃ per deũ verũ iurare fallaciter. Sed primũ includit infidelitatẽ. secũdum vero periurium est tñ. ¶ Tum quia grauius est peccare cõtra preceptum prime tabule in quo nõ potest deus dispẽsare q̃ contra preceptũ secũde tabule in quo potest deus dispẽsare. ¶ Tũ quia grauior est deordinatio circa finez q̃ circa id quod est ad finem quare zc.

2. opi.

¶ Alij vero dicũt quibus magis cõsentiendũ videtur q̃ homicidiũ mortale peccatũ grauius est q̃ periurium. ¶ Tum qz graui? est peccatũ qd̃ opponiẽ per se z directe maiori virtuti cuiusmodi est homicidiũ qd̃ per se opponiẽ caritati. Periurium vero opponiẽ minori ꝫtuti puta latrie. ¶ Tum qz si ratio aliorũ esset bona. Sequeretur q̃ grauius peccatũ esset facere opus seruile aliquod in die dñico q̃ homicidiuz qz illud est cõtra preceptũ prime tabule: non autẽ homicidiũ. ¶ Tum qz licet offensa que fit in deũ z que opponitur diuine caritati. Puta odium dei ceteris paribus: immo simpliciter sit maior q̃ offensa proximi vel odium proximi nõ tñ quecũq̃ offensa vel irreuerẽtia dei grauior est quacũq̃ offensa ꝓximi sicut nõ quecũq̃ offensa regis in propria psona grauior est quacũq̃ offensa subditi sui licet cetezis paribus sit maior sic in proposito vt videtur de furto et adulterio cõceditur eñ simpliciter q̃ maius est periuriũ q̃ adulteriũ: qz magis dissonat ordini recte rationis vt videtur q̃ ista. Magis eñ est contra rectam rationẽ deum adducere in testimonium falsitatis q̃ contrectare per se rem proximi sui vel cõuenire cum persona sibi coniuncta. ¶ Ex quibꝰ bus etiam patet q̃ est maius peccatum q̃ fornicatio simplex.

Bernar.

¶ Ad primũ aliorum z ad secũduz dicendum q̃ ceteris paribus grauiora sunt peccata contra precepta prime tabule q̃ alia: sz nõ quodlibet est grauius quolibet sicut dictum est supra. Ita q̃ licet sit bene aliquod grauius cõtra preceptũ aliquod prime tabule q̃ quodcũq̃ contra preceptuz secũde tabule non tñ sic est in proposito. ¶ Ad secũdum dico q̃ infidelitas est grauius peccatũ simpliciter loquẽdo q̃ periuriuz. Et illud dictũ Magistri intelligendum est nõ q̃tum ad infidelitatem inclusam in primo iuramẽto per falsum deũ sed q̃tum ad rationem iuramẽti: quia vnum iuramẽtum licet sit p deum falsum veraciter tñ exhibetur. Aliud vero licet fit per deuz verum fallaciter exhibetur. ¶ Ad quartũ dico q̃ non valet: quia pari ratione concluderet q̃ mẽdacium etiam iocosum esset graui? peccatum q̃ homicidium: quia in mẽdacio nõ põt deꝰ dispẽsare. ¶ Ad quintũ dico q̃ bene est aliqua de ordinatio a fine maior z grauior q̃ aliqua circa id qd̃ ad finẽ: sed non quecũq̃. Dices q̃ Bernardus de precepto z dispẽsatione dicit q̃ non pari culpa negligũtur que nõ pari cura precipiuntur. Cũ ergo precepta prime tabule maiori cura precipiant. Videtur q̃ maiori culpa trãsgrediantur: ergo zc. Dicitur q̃ precepta prime tabule maiori culpa negligũtur ceteris paribus: sed in proposito nõ sunt cetera paria. Nam nõ est motiuum idem periurij z homicidij: quia motiuum homicidij est odiũ proximi directe oppositũ caritati proximi. Motiuũ vero periurij z si bene pueniat ex defectu amoris diuini non tamen ex odio diuinorum q̃ si proueniret tanq̃ ex motiuo ex odio z cetera eẽnt paria grauiꝰ esset. Hec de tertio articulo.

ad motiũ 1. opi.

¶ Ad primum principale dico q̃ non omne periurium est mẽdacium perniciosum eo modo quo accipitur illud mendaciũ mortale peccatum: quia nec omne periurium est deliberatiue factum sicut dictũ est supra. ¶ Ad secundũ dico q̃ non omne periurium est cõtra preceptũ diuinũ nisi deliberatiue z aduertẽter factum modo suprãdicto vel dic q̃ non omne quod fit contra preceptum diuinũ est mortale peccatum nisi fiat aduertenter z scienter modo quo hoc est intelligendum.

ad rõnes principales.

¶ Ad tertiũ dico q̃ nõ oꝫs irreuerẽtia prime veritatis vel dei est mortale peccatũ sed irreuerentia contra preceptũ scienter z aduertẽter facta vel expresse vel interpretatiue saltem.

¶ Distinctionis Quadragesime.
Questio Unica.

Circa distinctionem

Quadragesimā quero. vtrus lex noua in mēte hominis sit habitus vel actus vel obiectū vl aliquid aliud. ¶ Videtur q nō sit habitus: qr nō est habitus infusus. Patet. Nō.n: est fides nec spes nec caritas Nec adquisitus: quia tūc maxime videretur esse prudētia qd non est verus quia ab infidelibus tenetur ⁊ adquiritur prudētia ⁊ nō lex euangelica: ergo ⁊c. ¶ Secūdo videtur q non sit actus: qr actu quocunq transeunte lex manet in mente vt patet. Sed vnū taliū non est alterū: g ⁊c. ¶ Tertio q nō sit obiectum. Illud circa qd est lex vel de quo nō est lex ipa sicut nec materia legis lex est. Sed obiectū agibile est materia legis: g ⁊c.

¶ Contra Lex est aliquid in mente. Sed non est potentia: ergo est habitus vel actus vel obiectum dicatum.

¶ In ista questione sic pceda

¶ Primo inquirā in generali que est ratio legis ⁊ quid sit ⁊ ad quā potētiam ptineat ⁊ ex hoc apparebit de lege noua. ¶ Secdo inquirā vtrū lex noua ĩcludatur in antiqua vel cōtineat ꝗtus ad omnia ⁊ ambe in lege eterna mētis diuine. ¶ Tertio vtrus lex noua sit grauior ad obseruādū ꝗ fuerit lex antiqua vel ecōuerso. ¶ Vltimo ad rōnes pncipales.

Lex qd. ¶ Quātum ad primum articulū dico q nō intelligo per legē nisi dictamē practicū de agibili aliquo vel fugibili agēdo vel fugiēdo sm iudiciū rationis recte ⁊ hoc vel tanq̃ de principio vel tanq̃ de cōclusione deducta ex principio vel deducibili ⁊ ista descriptio se extēdit ad omnes legē iustam que simpliciter lex dicēda est qr lex iusta nō est proprie nec simpliciter lex dicēda. Extendit ergo se descriptio ista ⁊ ad legē diuinā eternā q̃ est in mente diuina ab eterno ⁊ ad legē nature que imprimitur menti creature rationalis vel intellectualis quoquomodo ⁊ ad legē quācunq positiuā datā vel constitutā seu etiā possibilē rationabiliter cōstitui siue poni siue sm rectā rationē simpliciter siue apud aliquos specialiter: qr nō eedem leges positiue oībus expedirēt nec oībus eedem vniuersaliter debēt dari sm iudiciū recte rationis sed diuerse diuersis frequēter sicut patet. ¶ Ex pdictis patet q sicut dictamē practicū ⁊ directiuum ad intellectū ptinet ⁊ nō ad voluntatē. Ita etiā lex ptinet ad intellectū practicū ⁊ nō ad voluntatē. ¶ Nota hic q accipitur dictamē practicū large scz omne dictamen de agibili dicit practicū: licet in intellectu diuino nō sit proprie dictamen practicū ex primo. Sed qr dictamē practicū qd dictū est esse de ratione legis aliquādo dicit habitus dictatiuus ⁊ sic est dictamē habituale. Aliquādo vr actus ipse dictandi. Aliqñ vero vr ipsum obiectū dictatū. ¶ Ideo dubiū est. An lex debeat dici actus vel habitus vl obiectū dictatū. ¶ Et de hoc dicūt aliqui q nec habit⁹ nec actus nec obiectū sed magis aliqd pstitutū per actū intellect⁹. Imaginant enim q p actus intellectus causet ⁊ cōstituat vel derelinquat in intellectu aliquid qd est lex ipsa scz ppositio quedam

Lex ad quam potē. ptinet

Dubium

rnsio aliquorum.

practica de agibili. Ita q sicut ppositio est aliquid cōplexū ⁊ cōstitutū per actū intellect⁹ motū ab obiecto nec est actus intelligēdi nec obiectū ita ⁊ lex in mēte nostra vt videt ⁊ talis ppositio vel talis lex quādoq̃ habet potētialiter tm in ĩtellectu. Puta ante oēm actū intelligēdi. Quādoq̃ actualiter in actu cōsiderādi ipsam qñ actu cōsiderat ⁊ intelligitur talis ppositio. Aliqñ habitualiter qñ habitus iā generatus est in mēte ex actibus cōsiderādi ipaz

¶ Cōtra istud licet videat subtiliter dictū arguūt alij. Primo sic. Nichil constituitur reale in intellectu p actū intelligēdi aliud ab ipo. Probatio quia intelligere ⁊ velle ⁊ tales operationes immanētes primo ethicorū nō sic edificatio. Sed lex est aliqd reale in mēte: g ⁊c. ¶ Item sicut per actū visionis nichil aliud cōstituitur vel derelinquit in visu. Ita videt q nec p actus intellectus in intellectu nichil reale. Lex g cū sit aliquid reale positiuū in mēte nō est aliquid cōstitutū in intellectu sicut dicūt. Si dicas q immo per actū diligēdi frequētatū derelinquit ⁊ cōstituit habitus in mēte. Istud nō iuuat te qr legē non ponis habitum sed aliquid aliud. Preterea etiā qr intellectio nō est actio causatiua habitus sicut domificatio vr actio causatiua dom⁹. Est enim intellectio aliquid absolutū de genere qualitatis non autē est actio de genere actiōis. ¶ Tertio sic. Illud pstitutū puta illa propositio cōplexa quā ponis legē cum ipsa intelligat per actū intelligēdi legē. Alioquin lex intelligeret qd non videt verus oportet q sit obiectū aliquod intelligibile respectu intelligētis legē sz hoc est cōtra eos: qr dicūt q lex nō est obiectū: igit sibijpsis ptradicūt. ¶ Quarto arguunt sic aliqui. Operatio per quā constituit aliquis termin⁹ nō stat cū illo termino sed habito termino cessat sicut motus ⁊ via cessant habitis terminis ⁊ pts. Edificatio enim cessat habita domo. Sed intellectio actualis potest stare cū quocūq̃ cōstituto qd possunt ponere in intellectu: g ⁊c. ¶ Quāto sic: qr illud cōstitutū aut est eiusdē rationis cū ĩtellectione actuali ⁊ sic lex est actus. Aut alterius rationis ⁊ sic est causa equiuoca ipse actus intelligendi respectu illius ⁊ sic aliquid pfecti⁹ est ⁊ nobili⁹ sicut causa equiuoca respectu sui effectus: ⁊ ecōuerso: qr illud cōstitutū se haberet ad actū intelligēdi sicut finis ⁊ terminus sicut domus respectu domificationis: ⁊ sic per consequēs idem esset seipso nobilius ⁊ innobilius pfectius ⁊ impfectius. ¶ Sexto sic. Quidditas rei in intellectu nō est nisi diffinitio ⁊ actus diffiniendi: qr nō est nisi cognitio quidditatiua eius sicut nec color in visu non est aliquid aliud a visione colozis que est noticia intuitiua ei⁹ Excepta specie que est prima actui que nichil facit ad propositus: ergo similiter in intellectu nichil est aliud cōstitutū per actū intelligēdi. ¶ Alique istarum rationū sunt solubiles precipue quarta ⁊ quinta. Nam ⁊ actio per quā constituitur aliquid sicut per actionē vel passionē de genere actionuis bene manet aliquādo cum termino sicut illuminatio cuz lumine ⁊ actio productiua intellectionis cū intellectione licet nō sit ita in omnib⁹. ¶ Similiter etiaz nō oportet ꝗtum ad quintā q quelibet causa equiuoca sit simpliciter nobilior suo effectu nisi eēt causa totalis: quia de partiali non oportet vel etiam illud cōstitutum nō esset per se finis eo modo quo finis habet rationē cause ⁊ priozis et nobiliozis sed

ad rōnes pceden.

magis haberet rationē effectus ⁊ vltimi quare ⁊c. Similiter etiā ad alias rationes posset aliquid dici sicut via satis in sequētibus apparebit.

Mēs doctoris. ¶ Dico autem ꝗtum ad istū articulū q dictamen sicut dictū est supra aliquādo accipit p habitu aliquādo pro actu aliquādo pro obiecto. Et dico q ĩ descriptione legis nō accipitur dictamen pro habitu nec pro actu sed magis pro obiecto cōplexo boni agibilis vel mali fugiendi sm rectā rationē. Vnde lex proprie est tale obiectum dictatū ab intellectu practico dicēte hoc est faciendū illud est dimittendum et actus intelligēdi legē vel habitus generatus ex ipsis nō potest dici lex pprie ⁊ formaliter. Ita q lex est verū agibile cōplexum se habēs per modū obiecti ad ipsum intellectū ⁊ patet tā de pncipio legis ꝗ de cōclusione legis q sunt obiecta pplexa actus intelligēdi vel habit⁹ generali ex tali actu et sicut obiectum cōplexum est aliquid vel non est aliquid extra actū vel habitū respectu legis eius sic lex ipsa potest dici esse aliquid vel non esse aliquid extra actum vel habitū intelligēdi legem sicut etiā principium vel conclusio potest dici aliquid se tenēs ex parte obiecti suo modo extra actum vel habitū sibi correspondētem ex parte intellectus vel saltē nō idem cū actu vel habitu ipso vt patet. Nec oportet q sit aliqd in re extra intellectū sicut etiā nec oportet q obiectū intellectionis simplicis sit aliquid extra intellectū in re licet non sit ipsa intellectio: sed obiectum eius. ¶ Sic dico in proposito de lege q̃ est obiectum cōplexum actus intelligendi ipsam q̃ est actus pertinēs ad secundam operationem intellectus quando apprehenditur sm se aliqua propositio legis vel est etiam actus pertinens ad tertiam operationē quando est actus deductiuus cōclusionis legis ex principio legis. ¶ Ex his cōcludo q non oportet legem id qd est formaliter esse aliquid reale positiuum inherēs menti hominis vel existēs in mente habētis legem vel scientis ipsaz sicut nec propositionē ipsam sed potius si est aliquid est ens rationis ⁊ propositio complexa est ens rationis et cetera talia licet actus vel habitus intelligendi legem bene sit aliquid reale sicut in deo sapientia diuina vel prudētia ⁊ actus suus intelligēdi ⁊ ĩ creatura habitus vel actus qui dicunt in mente aliqua accidētia positiua absoluta. ¶ Ex quo patet q argumēta aliozum primū ⁊ secundum nō concludūt contra primos sed tertium bene cōcludit ꝗtum ad hoc q oportet legem tenere se ex parte obiecti. Vltimū vero argumētum eodem modo potest euadi sicut primū ⁊ secundum. ¶ Sic ergo apparet quid est lex ⁊ q se tenet ex parte intellectus ⁊ per quem modum quia per modum obiecti non per modū habitus vel actus vel potentie: et hec de primo articulo principali.

Resolu.

legis antique nouē acceptiones

¶ Quātum ad secundum articulū. Lex mosayca que dicitur lex antiqua ⁊ lex christi que dicitur lex noua. ¶ Vno modo possunt accipi sm esse qd habent ⁊ habuerunt in mente legislatoris eterni scz dei ⁊ sic nulla earum est noua vel antiqua pprie accipiendo sed vtraq̃ eterna est tanq̃ partialiter vel quasi contenta in lege eterna dei que omne agibile vel fugibile sm rectam rationem cōprehendit: ideo etiam lex nature partialiter in lege diuina continetur sicut dictū est supra ⁊ ꝗtum ad tale esse est eterna sicut ⁊ obiectum a deo intellectum est ab eterno. ¶ Secūdo modo possunt accipi iste leges vt tradite sunt in scripto vel ĩ verbo primo et primis recipientibus ipsas ⁊ sic iā quelibet earū antiqua dici potest. Multa enim fluxerūt tēpora a traditiōe utriusq̃ licet mosayca multo sit antiquior: ⁊ ideo in comparatione ad mosayca potest dici noua ⁊ quelibet in sua prima traditiōe poterat dici noua: lex tamen christi noua dicitur specialiter quia post ipsaz nō succedet alia nec aliqua in qua sit salus succesit post eam. Et sic lex mosayce non potest dici noua: vt patet. ¶ Similiter etiā lex nature ꝗtum ad esse qd habet in mente creature rationalis vel intellectualis potuit dici noua in principio creature ⁊ modo bene antiqua potest dici licet quotidie innouetur in creaturis rationalib⁹ vel intellectualib⁹ que quotidie in generationib⁹ hominū de nouo creantur cuiusmodi sunt aīe humane ⁊ sic etiā quotidie innouat lex antiqua moysi ⁊ lex christi in cordibus suscipientium eas de nouo sicut patet. ¶ Hoc premisso dico q lex antiqua moysi totalis dicitur omnia obiecta preceptorū et aliozum scriptozum in libzis moysi que per se ptinent ad agibilia ⁊ quozum noticia directiua est voluntatis in agēdo aliquo vel fugiendo sm pcepta mozalia iudicialia ⁊ cerimonialia illius legis.

Lex nature.

quid lex vetus.

¶ Lex vero xpi dicitur omnia illa talia q̃ in euangelio continētur siue vt precepta siue vt consilia et omnia quecūq̃ erant mozalia illius antique legis et si qua nō in propria forma forte explicētur et similiter omnia que ex traditis in euangelio ⁊ illis q̃ bus ex euangelio q modo cadant sub lege saluādorum cuiusmodi sunt sacramenta ⁊ huiusmodi. Et tunc dicitur q lex noua tota in veteri lege continebatur sed non implicite sicut tradita est a Christo et apostolis diuulgata sed magis implicite saltem ꝗtum ad multa in figuris et verbis obscuris licet multa explicarentur in ea. Ita q lex noua ab antiqua non distinguitur nisi sicut explicita ab implicita ⁊ perfecta ab imperfecta sm Augustinum contra aduersarium legis ⁊ prophetarum ⁊ hoc ꝗtuz ad mozalia. Cerimonialia enim illius antique legis cessauerunt in noua ⁊ iudicialia ꝗtum ad multa sed mozalia remanserunt modificata amplius ⁊ determinata per xpm. Potest dici tamen q omnia illa euacuata veteris legis aliquid perfectionis significabāt futurū in lege noua ⁊ sic illa adeuiente debuerunt cessare: quia lex noua in illis non continebatur nisi sicut significatū in signo ⁊ figuratus in figura ⁊ lux in vmbra. De ambabus vero tā mosayca ꝗ euangelica. Dico q continētur quasi partialiter in lege eterna mentis diuine que oīa agibilia comprehendit ⁊ ad omnia se extendit tanq̃ lex vniuersalis ⁊ iste tanq̃ leges particulares ad quedam ⁊ non ad omnia se extendentes ⁊ ipsam diuinam legem non adequantes. Similiter dico de lege nature mentis create. Hec de secundo articulo principali.

quid lex noua.

¶ Quantum ad tertum articulum. An scilicet lex noua sit grauior ad obseruādum ꝗ lex antiqua dico absolute q nō. Tum quia paucioza sine cōparatione habet precepta. Intelige de lege noua sm q inuenitur tradita a christo

q lex noua sit leuior antiqus.

Nã multa precepta valde addita sunt a rectoribus populi christiani ad que illi qui viuunt sub lege noua obligãtur. Unde illa fuit onus importabile propter multitudinem preceptorum. Onus inquit petrus qd nec nos nec patres nostri portare potuim? Tum quia motiuum obseruationis noue legis est amor. Motiuum vero antique legis obseruatiõis fuit timor quasi seruilis amissionis scilicet bonorũ temporalium. Facilius autem fit quod fit ex amore licet sim se ⁊ ex parte sui sit difficilius ⁊ pfectius vel magis arduum ꝗ illud quod ex timore. Unde sm Augustinum breuis distinctio legis ⁊ euangelij timor et amor. Unde licet aliqua sint contẽta explicite in lege noua difficiliora vt credere trinitatẽ et diligere inimicũ ⁊ huiusmodi ꝗ in lege antiqua tamen ista facilior est. Tum quia etiã lex noua habet multo pfectiora auxilia et remedia ꝗ antiqua Habet enim perfectiorem gratiã ⁊ perfectiora sacramenta que ipsaꝫ efficiunt ex opere operato non ex opere operantis solum sicut sacramenta veteris legis quare ⁊c. Et ꝗtum ad omnia ista dicit Christus. Iugum enim meum suaue est ⁊ onus meũ leue. Hec de tertio articulo principali.

Petrus

August.

Christꝰ.

ad pnci. argumẽ. ¶ Ad primum principale concedo q̃ lex formaliter accipiendo ipsam non est habitus sed magis aliquod obiectum complexum sicut ostensum est supra. Utrum autem habitus cognitiuus talis obiecti sit fides respectu legis diuine siue fides adquisita siue infusa et respectu legis nature vel etiam talis habitus sit prudentia nõ intromitto me modo. Probabiliter tamen posset dici esse fides adquisita vel etiam prudentia quoquo modo. ¶ Ad secundum concedo q̃ non est actus: quia actu transeunte lex potest manere habitualiter in mente sicut etiã propositio aliqua. ¶ Ad tertium dico q̃ lex non est obiectũ legis sed magis habitus vel actus cognitiuꝰ legis. Et dico q̃ lex obiectum complexum est ad modus propositionis qd quidẽ formatur de bono vel malo sicut propositio aliqua formatus de subiecto enunciando seu affirmando vel negando p̃dicatum de ipso sicut de deo simplici termino formatur vna lex q̃ deus est colẽdus a creatura ⁊ vere colendus: quia sicut tractat in hoc tertio. Ipse est deus ⁊ dominus Iesus christus mediator dei ⁊ hominũ et humani generis reparator sm diuitias gratie sue sm quam obseruari possunt meritorie precepta et consilia legis sue. Qui cuꝫ deo patre ⁊ spiritu sancto viuit ⁊ regnat deus benedictus in secula seculorum. Amen.

Deuota cõclusio operis.

¶ Hic finem accipiunt ingeniosissime Questiones F. Ioannis de Bassolis minorite: Theologi pfundissimi sup Tertiuꝫ sentẽtiarũ: Nup bigilãti cura (vt intuẽti: ac intelligẽti videre est) castigate: ⁊ pristine ĩtegritati restitute. Parhisius (sed nullꝫ antea) impresse: Arte quidem et solertia Nicolai de Pratis fidelissimi calcographi. Sumptibus autem honestorum Bibliopolarum Francisci Regnault: ⁊ Ioannis Frellon. Anno xpi omnium redemptoris. Millesimo quingentesimo decimo sexto: idibus Ianuarij Sole aquarij gradum secundum cum parte. xxxviij. tertij occupante.

Laus Iesu.

Marcescit sine aduersario virtus.

Finis.